

22-a-1

- 8

1911
MAY 10
10


1911
MAY 10
10

1911
MAY 10
10

1911
MAY 10
10

1911
MAY 10
10

2 408 40 Delta MADE IN SPAIN



Distibucion Ultracolorada
CASA DE LA
A
35
81

3
8-130

36 Deo quis annulatus vindicat qd vult ipse qui vindicat. quare? 15.
 18. *Deo ipse qd aliquid a deo fit aut de caprobat: ut no alio egeat testimonio*
 19. *si militaria xami est ad oia aduza pferenda: quid mirum si aduza oia pferunt*
 19. *si filios credulitas est fidele et si filios iudicia fuisse / multiloquunt pro inimici eo no*
 20. *peccat: multi homines quise putat innoxios, multi dicunt sui famae: multi verba*
 21. *malis se veos igne qd concilio / in quo et quom paulu imitator*
 24. *si (cum) pors aut et deo magis uno do ipe sic: tu in multis sic desinunt*
 29. *si plet canoni et no sate: hispanie qm magna oppro paup: desu magis qd*
 31. *si in mundis in malis po: quia locus no est bonis: religio ignobile fat: deteriora pri*
 31. *si in quodidie qd deteriora famm: malefata no pllum: non addim: expugna*
 33. *si qui aspectu deo admittit prope sut ut suba tollat dicit: nisi ipse in corde suo qd sup aspectu*
 35. *si filios nos deus diligit siquid p proprio filio no pperit ppter nos: et sic deus dileximus dicit*
 36/37. *si illud sic neq: agitari qd sup aspectu talis filij: et qd*
 51. *si fluor mis malis tu addere possunt ut nos innoxios iudicent: quid fatim: si*
 51. *no penitent: si no ducant nos: / qui xami et quom peioris infulchit: tu*
 51. *ampt circumstantia fidei et xami.*
 39. *si quom soli xami pvariatoris legis tan sut no ita barbari:*
 40. *si pca quid mis no pnt deus hic et est quo blasphemari fatim: non de*
 50. *si p3 est dicit: dicit: talis qd: expovit: et*
 58. *si sepe un ho malis pctor est: multos sut hui rei et no pauci*
 61. *si quis hor erat mutam: non resp inguita: mis: et que deus bona fert*
 61. *si minere pietate: da nos nobis fatim: mala et moribz malis.*
 67. *si neq: qd vni vere m pperis qd no corripim: aduiss*
 67. *si quidali olim infirmissi barbaros hispanias ob mndia subegerunt: ut inle*
 69. *si vigan: no vives qd valere: mevitom fuisse no vniu*
 70. *si barbari tu germania deim galia deim hispania no cauti vniu: malis*
 70. *si subjugaverunt.*
 70. *si vrbis apud vniu tota generis hui: alia pecc: oia et velut distibuta*
 73. *si p nation: tu asis in oibz excedere vicia: alios: in impunitate et impunitate: expost*
 75. *si no dignis et arguit sacer: dotes: dnum: minus: lexia: reuerentia: fuis*
 75. *si pvariatoris salus hui: sut boni cotinatoris: dessoris: cathastri: qui no tu id agunt*
 75. *si ut ipi boni sut qd ostendere hui: mittit: ut ali: mali et desinat*
 77. *si co mcedat vna: dotes barbaros: qui impunitate et scotta abstulerunt: ab asis et vnuis*
 77. *si increpat socrate et asserit: sig fuisse peiore morte: districte est p iudicia: pba*
 78. *si vate vey agens est no libidine:*
 78. *si in malis pene no longe est a pube pmissis: nos vnuis: ipis: et mittunt in*
 79. *si flamma ignis: nenu laet in ascipio: sum: soli causa pecc: ob que: deo puate iustis*
 79. *si pt no pnuire nos semp ai misericordia*
 80. *si familie dicit: si les do: aut et deterioris hui: usitatus: vnde dei cultus: fauilezai*
 80. *si est qd dicit: far: vobz injuria sua ai suis suis: qui vos tag: tag: pupilla oculi meo:*
 80. *si reuerentia pte corporis vnuis*
 81. *si in qui sine ai: de merito vdiut fuis dei: suo sine ai: hui: sine vate: / latius hui: vnu*
 81. *si p vnu ut quibz vna no auferunt de dote se dicit:*
 81. *si no auferunt hui: formate: s: ada: epuluerit: sut x: de logine: / vnu: miva*
 85. *si nascedi spes opata est: vntas ad: iug: et*
 85. *si p salus profertis ea qd plantat: deo sepe: dicit: frequet: am dicit: vnu: hui: vnu*
 85. *si fash: di: nihil oneris*

36. *si qd x: fuit bapt: a iohane ipse sui pnuis: bapt: 36.*
 100. *si hui: x: et x: pcept: legis moysi: tenet: et ioh: bapt: abun: x: prius admittit*
 107. *si trahit: ostendit: velut: cofiter: qd illis: vobis: ego: abste: debeo: baptizari: et*
 107. *si cofuetudo: vnt: aliquor: dies: quadage: et deuotione: ieiunio: puenire: et*
 110/111. *si x: salutaris: ho: in: ostent: dei: f: aduiss: / qd: circūsperte: et: simpli: me: diabolus: vespis*
 112. *si ser: tentat:*
 112. *si vna: ieiunij: et: et: moysi: et: helie: qd: ve: vni: no: s: vnuis: et: x: sic: et*
 115. *si nox: auferit: oculos: mudo: aurora: restituit: x: qd: vnuis: di: / maria: mana*
 116/117. *si silentiu: et: vna: pilato: et: susane: in: sui: accusate*
 119. *si quata: su: mis: do: et: pene: reiete: a: iuda: n: anops: a: phariseis: s: in: sep: vnuis: p: vnuis*
 120/121. *si vni: expelle:*
 122. *si vnuis: pnt: multos: erroris: nos: ad: patria: redit: / diabolus: p: vnuis: et*
 122. *si sepultura: et: dirupta: et: exarata: vna: que: retinebat: mortuos: germinant: sepulchru: et*
 123. *si vnuis: vna: x: ego*
 127. *si collato: p: vnuis: ab: aremathea: at: x: gins: sepulchru: pates: vnuis: q: x: in: aliena: se*
 127. *si pultura: sepelitur: ut: magdalena: velut: simon: dicit: et: si: tu: fulgri: ai: qd*
 127. *si p: vnuis: p: vnuis: latens: x: in: cruce: dei: no: reuolere*
 127/128. *si copans: p: vnuis: ad: et: negatione: petri*
 130/131. *si abraham: p: vnuis: p: vnuis: et: figura: iose: elegat: x: p: vnuis*
 135. *si sepulchru: sub: tot: custodia: factus: fuit: p: vnuis: p: vnuis: qd: p: vnuis: p: vnuis*
 136. *si vnuis: vnuis: ut: no: ita: vnuis: et: x: vnuis: in: vnuis: ut: p: vnuis: hui: / x: p: vnuis: vnuis*
 136/137. *si laudi: aseribit: no: tam: male: facere: no: posse: qd: nolle:*
 137/138. *si p: vnuis: ut: aquile: / no: aquilas: dix: et: refluat: caro: m: vnuis: / x: vnuis*
 137. *si ieiunij: mimitas: qd: m: ducare: cu: opp: ieiunare: qd: p: vnuis: est*
 149. *si ab: vnuis: p: vnuis: p: vnuis: sua: m: ducit: in: illa: voce: vnuis: / x: vnuis*
 152/153. *si pau: no: m: ducit: m: ducit: p: vnuis: plebe: do: vnuis: / quid: i: qd: vnuis: p: vnuis*
 153. *si p: vnuis: vnuis: vnuis: a: vnuis: sup: aquas: non: peccat: et: qd: vnuis: p: vnuis: / x: vnuis*
 164. *si vnuis: vnuis: est: amantibz: vnuis: vnuis: et: vnuis: p: vnuis: vnuis: / x: vnuis*
 165. *si vnuis: ab: vnuis: vnuis: in: vnuis: vnuis: qd: vnuis: / x: vnuis*
 167/168. *si vnuis: vnuis: vnuis: no: retrahit: a: vnuis: vnuis: / x: vnuis*
 169/170. *si vnuis: vnuis: vnuis: et: quato: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 171. *si vnuis: vnuis: vnuis: et: elegat: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 172/173. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 173/174. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 175/177. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 178. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 189. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 190. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 193/194. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 194. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 194. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*
 194. *si vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis: vnuis*

	199.
199.	331
337.	343.
343.	349.
350.	351.
352.	353.
355.	358/359.
358.	362.
363.	363/369.
365.	370.
373.	374.
377.	230.
231.	251.
251.	255.
261.	263.
263.	268.
272.	280/281.
124/125.	

Del Collegio della Compagnia de Jesus de Granada

Libro


SALVIANI, R - 12.6.16 BBL.

EPISCOPI MASSILIENSIS,
DE VERO IUDICIO ET PROVIDENTIA DEI
LIBRI VIII.

MAXIMI Taurinensis homilia.
PACIANI Barcelonensis de penitentia, & confessione.
SVLPICII Seueri sacrae historiae libri duo.
DOROTHEI Tyrii de prophetis, & discipulis Domini.
HAYMONIS Halberstattenensis sacrae historiae epitome.

ADIVNCTIS IN TRES POSTERIORES
PETRI GALESINII NOTATIONIBVS.
Index nominum & rerum insignium.

Las margenes no hez copiar
Exemplar Salviani per el
de el meso de la inf.
Miguel de Caponera




ROMAE, M D LXIV.

Apud Paulum Manutium, Aldi F.

IN AEDIBVS POPVLI ROMANI.

Cum priuilegio Pii III, Pont. Max.



CAROLO BORROMAEO
CARDINALI AMPLISSIMO,
PATRONO OPTIMO,
PETRVS GALESINIUS
S. P. D.



VI hoc tempore ita se instituunt, Patrone optime, ut ea sola in primis potiora habeant, quæ de Deo, religione, sanctissimisq. Christianæ uitæ institutis tradita ac præcepta sunt; neque inanis cuiusdã opinionis laudi, nec popularibus studiis seruiant, sed uirtute, ac pietate, quæ una præstantissima uirtus est religionis nostræ, & recte factis omnia metiantur; ii bonorum omnium iudicio ueri, ii perfecti, ii maxime Christiani uideri solent. cumq. ita pie atque adeo bene uiuendo ii rectam illam optimæ disciplinæ uiam iam plane susceperint, quam prisca & Latini, & Græci Patres, non minus singulari quadam sanctitate, quam eximie doctrinæ gloria insignes, tritam nobis reliquerunt; tantum profecto adiumentum ab iis summo hoc Reip. Catholicæ tempore sperare licet, quantum certe illi, suo quisque tempore, maximum ad Christianas res attulerunt. nam cum nihil esset, quod ipsi mallent, quam se defensores Euangelii acerrimos esse, summa quadam & pietatis uirtute, & doctrinæ Christianæ scientia ita se se ornarunt, ut non modo religionis seminaria multis prouinciis spargerent, & uirtutum omnium quoddam uelut specimen præberent; uerum etiam id unum omni uel summo studio maxime perficerent, ut Iesu Christi fides, quæ Apostolis, & Apostolorum discipulis ducibus omnem terrarum orbem iam pridem peruagata erat, sæpe turbulētissimis Ecclesiæ temporibus, multis in locis grauissimè oppugnata, quamuis suis illa diuinis ornamentis atque insignibus contenta, dignitate sua satis se ipsa tueretur, ipsorum tamen tum sanctitatis, tum doctrinæ præsi-

defensa, iniquitatem hominum, & iniuriam temporum facile superaret. Hoc igitur pacto, etsi aliquando uictrix illa sceleratorum hominum nequitia, quasi noua quædam procella, subito tempestatu turbine, ciuitatem Christianam inuasit, nullo tamē modo umquam peruertit: immo uero quicumque infenso quodam animo illam conuellere studuerunt, omnes prope eorū Patrum, quorum ob egregia illa facta sunt iam pridem consecrata & litteræ, & uirtutes, salutaribus illis & scientiæ, & pietatis armis uicti, ac superati, aut in fidem nostram se se dederunt; aut, si obstinato animo fuerunt, & in impietate obfirmato, in Deo uolente satis pœnarum dederunt temeritatis atque impietatis suæ. nemo enim umquam reip. Christianæ hostis fuit, cuius non malus plane extiterit exitus. Hoc indicant omnium gentium litteræ, hoc omnium sæculorū testatur historia. sic Aegyptii, sic Babylonii, sic Assyrii, sic Medi, sic Moabitæ, sic Philistæi; hacq. item ratione Antiöchi, Herodes, Nero, Domitianus, Traianus, Seuerus, Decius, & reliqui, siue impii Principes, siue priuati seditionum auctores, sic male multati sunt, ut, qui illorum facta imitantur, eorundem etiam, si sana aliquando mentē sunt, malos exitus perhorrescere debeant. Sed hæc ipsi uiderint. ego sane redeo ad eas res duas, in quibus constans illud ac firmissimum fidei nostræ propugnaculum fuit, doctrinarum cognitionem, & uitæ sanctitatem: quarum una uirtute instructi Apostoli quamuis nullis nec artibus, nec opibus florent, nec uigerent ingenio, non eloquentia, non industria, breui tamen temporis spatio ea perfecerunt, quæ alii, cum ab omnibus uel naturæ, uel fortunæ, uel studiorum ornamentis paratiores essent, perficere nullo modo potuisse leguntur: altera uero potissimum instructi Ecclesiæ Patres, adiuncta etiam morum grauitate, ita philosophis, ita Arabicis hominibus, ita Hebræis, ita hæreticis, ceterisque res nostras oppugnantibus, restiterunt, ut illorum omnium repulsa doctrina, Christianæ scientiæ disciplina firmissime munita, non labefactari, non conuelli queat. Cum igitur hæc res in ciuitate Christiana duæ ita semper plurimum ualuerint, ut iis ipsis non modo defensa sit, sed facta

etiam,

etiam, & propagata religio, de eaq. in omnes iam populos profeminata sint familiæ; uix dici potest, quantum quæ duabus illis res plane contrariæ sunt, uitæ turpitudine, & rerum omnium bonarū ignorantia, ualeant ad interitum. Hic taceo uitia nostra: satis illa cognoscimus, satis perspicimus, idq. magno cum nostro malo, cum uideamus quo in statu res Christiana uersetur, iam diu illud florentissimū Græciæ regnū amissimus; hoc uero Europæ ita tenemus, ut pristinam illam amplitudinis speciem in eo desideremus; regna autē plus minus triginta sex perdidimus: his certe amissis regnis, conuassatis Christianorum prouinciis, in tanta principum dissensione, tantisque hominum sordibus, & opinionum erroribus, atque exulceratis hostium animis, grauiora multo timenda erant, nisi singulari illa Dei benignitate perfectum esset, ut opportunissimo tempore ad gubernacula is sederet, cuius opera plurimum indigeret resp. Christiana. Pontificem igitur is dedit Pium Quartum, auunculū tuum, uirum optimum, & egregiū, mira enim in illo clementia, pietas, integritas, tum singularis etiam quædam in eo animi uis & ratio, quandoquidem prudentia sua tueri, & uirtute conficere potuit, quæ plerique alii, difficultate deterriti, uix fieri posse sperabant. res profecto difficilis, & magna, magnæq. deliberationis fuit, Concilium indicere: multoq. maioris postea negotii, Patribus non leuiter dissidentibus, rem totam perficere: perfecit tamen is diuino auxilio summa cum sua laude. iam uero nunc quas ipse actiones non suscipit, quid non agit, quid non attingit, ut præclara illa, quæ flagitantibus omnibus bonis, in illo sanctissimo Patrum conuentu recte atque ordine decreta sunt & ad fidei Catholicæ doctrinam, & ad rectam Christianæ uitæ rationem, omnia ab omnibus sanctissime seruentur? iis enim ipsis decretis, & sacrosanctis canonum legibus, pie religioseq. constitutis, quasi firmissimis quibusdā præsidiis, muniatur necesse est, labefactatus iā aliqua ex parte Christianæ reip. status. hoc maxime cogitat Pius Pontifex, hoc omnino agit, quod profecto boni omnes sperant, & confidunt quidem certe fore, ut ab eo plane perficiatur, te adiutore præsertim, ac particeps consiliorum & laborum

suorum. soles sæpe mecum, patrone optime, uitæ tuæ actiones
considerare. sunt illæ quidem cordati hominis, & egregii uiri.
quid enim tam eiusmodi hominis est, quã eo animo esse, qui mi-
rabiles cum religione, cultu, & præceptis Dei consensus habeat?
in iis uero ipsis & Dei, Patrumq; institutis, & maximis theolo-
giæ partibus cum præclaram otii tui partem ipse maxime collo-
ces; nec populari gloriæ seruias; sed quæ recta sunt, & honesta,
innata quadam mentis agitatione deligas; neque quidquam in
tanto hominum & occupationum concursu uulgi clamoribus,
sed sola uirtute metiaris: hæc est illa & tuendæ, & propagandæ
religionis ratio, quam tum sanctissima uitæ exercitatione, tum
theologiæ scientiâ susceperunt ueteres illi Patres, qui, sua quis-
que ætate, cum rei Christianæ tam ualde profuerint, iam nunc
religionis beneq; actæ uitæ laude, & meritorum magnitudine
cumulati, Dei benignitate æterna perfruuntur gloria. Hic equi-
dem nisi te nossem uirum, non modo amicum, uerum etiam a-
matorem pudoris atque modestiæ omnis; haberem profecto sa-
tis amplum laudum tuarum campum, in quo maxime exultare
posset oratio mea: sed multarum rerum, quæ maximæ sunt, at-
que ad omnem gloriam insignes; commemorationem tua impe-
dit modestia. quæ tamẽ breuiter, neque pro dignitate satis de te
dixi; nolo quisquam putet id a me eo omnino factum esse, ut il-
la auribus tuis darem, præsertim cum ego, atque adeo ipsi pla-
ne sciant, quæ mens, qui sensus præclari istius animi tui sit, quæue
ab omni assentatione abhorrens: sed cum intellexerem præclara
eorum uirorum exempla, qui singulari præstantissimarum lau-
dum dignitate floruerunt, posteris plurimum prodesse ad omnes
omnium generum uirtutes; liberale esse putauit, & a christia-
no homine non alienum, quæ de te præclara, magnis iam thea-
tris proposita, summo bonorum omnium applausu spectantur,
ea, si non multa orationis copia, & grauitate, quam in hoc am-
plissimo genere sane optarem, aliqua saltem breui, & honesta ra-
tione, sempiternis litterarum monimētis commendare. etenim
si iam uirtus tua, quæ in excelsis, atque illustri loco posita, præ-
se fert casti cuiusdam animi probitatem, & bene uiuendi opti-
mam

nam disciplinam; ceteris, qui inferiori loco sunt, ad imitatio-
nem, quasi uitæ magistra, proposita est; uix credas quãtum opis
& adiuuenti tuo isto ingenio, istis moribus adulescens, in sum-
ma rerum omnium potestate ad res publicas afferas: cum qua-
les sint in rep. principes, tales etiam reliquos esse ciues, tum sa-
pientum præceptis, annaliumq; litteris, tum quotidiana qua-
dam consuetudine cognitum sit ac perspectum. itaque si, quod
ita uiuis, hoc iam reip. utile est, & tibi honestum; certe eadem
ista uitæ tua ratio, atque institutio cum sempiternæ tibi laudi,
tum hominum memoriæ tradita, ad bene uiuendum posteris
futura est usui, atque adiuumento. nemo enim siue inferioris, si-
ue eiusdem ordinis & loci homo, siue in eadem actionum quasi
arce positus, in qua nunc ipse es, non honestum sibi id agere pu-
tabit, quod tibi perpetuo gloriosum fuit. Quare si quæ de egre-
gis laudibus tuis strictim attigi, eo animo feci, ut aliquod poste-
ris, quod ipsi imitarentur, continentiæ, ac uirtutis exemplum
afferendo, prodessem; nemo uel a natura bene informatus, uel
de rep. bene sentiens, existimare debet, hanc meam uel breuissi-
mam maximarum laudum tuarum commemorationem adula-
tionis nomine suspectam: a qua quidem re cum longe ipse refu-
gias, tum ego, qui ita me plane institui, ut neminem unquam
ambitiosè laudem, ab ea ipsa re maxime omnium abhorreo,
deinde neque hoc tale officium, quod sæpe fictum, sæpe simula-
tum esse solet, a me postulat aut singularis mea in amplitudinẽ
tuam obseruantia, aut magnitudo tuorum erga me meritorum.
nam quod ego semper maxime optaui, patrone optime, uerfari
aliquando in familia, in qua sanctum illud recte uiuendi nomen
neque uanum neque falsum esset, id, quoniam me in tuis esse uo-
luisti, cum in primis liberalitate tua uidear affectus; magnum
profecto est, quod tibi debeo, magna item animi mei erga te pro-
pensio. nam etsi ego, constanti quadam uirtutum tuarum fa-
ma ductus, colebam te antea, atque obseruabam; cumulum ta-
men longe maximum amoris atque obseruantie erga te meæ ad-
didit magnitudo beneficii tui. etenim si omnia, quæ ad hoc ip-
sum pertinent, recte mecum reputare uolo, nihil profecto aut
ad

ad uitæ meæ rationes aptius accidere potuit, aut ad dignitatem præstantius, quam me in familiam suam ab eo adscribi, quem noram non solum florentem opibus, atque honoribus, sed uirum plane bonum, sanctum, plenum officii, atque pietatis. Cum igitur & pro ista tua erga me liberali uoluntate, & uirtutum tuarum meritis me tantum tibi debere intelligerem, quantum præterea nemini; hæcque mea erga amplitudinem tuam non uulgaris illa quidem, sed summa certe sit, & recto quodam animi iudicio profecta obseruantia: non iam id mihi sumpsi, ut illud ego plane agerem, quod non solum a præclaro isto animo tuo, egregiisque studiis, uerum etiam a meis iam susceptis uitæ rationibus esset longe alienum; sed cum meum esse putarem, curare in primis, atque efficere, ut, quibuscumque rebus possem, iis maxime significarem declararemque hunc, qui plerisque iam ignotus non est, animi mei sensum; statui in iis potissimum, quæ modestissimæ, ac præstantissimæ tuæ naturæ, sanctissimisq. studiis plane consentaneæ sunt, nihil omnino prætermittere, quod ab industria, studio, & officio denique meo proficisci possit. & quoniam te totum ad diuinæ sapientiæ cognitionem contulisse uideo; atque ad hanc ipsam rem Græci Patres cum satis ualeant; multumque item opis atque adiumenti ad omnem Christianam perfectionem afferre possint; illorum in primis Patrum scripta, quibus maxime delectaris, studeo hoc tempore, ut bellissimè possum, latine reddere. res enim hæc eiusmodi est, in qua uoluntati tuæ tantum a me tribui oportere intelligo, quantum sane debeo; debeo autem uel plurimum cum multis, iustissimisq. de causis, quas modo commemorauit, tum etiam, quia ad rem Christianam subleuandam ipse natus, illorum Patrum studiis non modo tibi uni prodesse cupis, uerum etiam omnibus plane aliis, tam iis, qui nobiscum faciunt, quam illis, qui ualde dissidentes, & miro quodam modo affecti, lucem hanc reip. Catholicæ ferre non possunt; ut hi scilicet ex hæresum tenebris, ipsorum Patrum, qui beneficio tuo in uulgus dabuntur, præclaris uocibus ad aspiciendam puræ sanctæque religionis lucem reuocentur; illi uero eorundem institutis ad bene Christianeq. uiuendum

dum excitati, quæ popularibus sensibus uulgaribusque studiis accommodata sunt, omnino contemnunt, eaque pæne sola amplectuntur, in quibus euangelicæ religiosæque disciplinæ splendor elucet maximus. huc cum spectes, amplissime Borromæe, cumque huc curæ, huc sollicitudines, huc sumptus denique tui referantur; hoc maximum quidem illud est, longeque omnium præstantissimum beneficium, quod reip. perpetuum, idem tibi omnibus sæculorum ætatibus gloriosum erit. nihil enim populi Catholici rationibus magis conducere potest, aut ad dignitatis tuæ amplitudinem est accommodatius, quam eos ueteris Græciæ Patres, præclaræ uirtutis omnis, atque religionis testes sempiternos, partim iniuria temporum, partim hominum uitio deprauatos, maleque item ab hominibus, non bene sentientibus, conuersos, beneficio tuo ita diuulgari, ut non modo recte emendati, sed optime etiam latine redditi, hominibus nostris adiumentum afferant & ad theologiæ scientiam, & ad uitæ institutionem. uix dici potest, quam male illi duo, qui soli inter omnes eminent, Basilii, & Nazianzenus Gregorius, latini facti sint. non deest in Græcis illis orationis splendor, non numeri ratio, non ars dicendi. eorumque omnia scripta cum eiusmodi sint, ut doctrina omnis, atque diuinæ sapientiæ cognitio in iis maxima appareat, tum certe plena omnino sunt castæ illius atque Atticæ orationis. pure enim, ornate, & distincte Græce loquuntur. Si uero Latine, Germanis nescio quibus interpretibus, loquentes audias; nullus in illis uerborum delectus, nulla numeri, nulla styli; neque, quod uel maximum est, sententiarum ratio inesse uidetur. quo factum est, ut, cum horridæ plane sint, incultæ, atque putidæ illorum interpretationes; mira sit eorum paucitas, a quibus tam salutaris tantorum Patrum doctrina plane cognoscatur. Itaque ego præclaro isto tuo studio, quod in reip. adiuuanda tota positum est, ac tuis erga me meritis, temporumque ratione ductus, in Nazianzeno, quem inuitatu tuo uertendum suscepi, ita uersor, ut sperem breui, Deo iuuante, non Latinis modo litteris eum, sed Græcis etiam Eliæ Cretensis & Nicetæ Sarronii scholiis, quæ, Latine a me reddita, ipsi Nazianzeno adscribam, posse a me illustrari.

qua

qua re perfecta non despero Basilium item, etsi opus illud est multarum uigiliarum, latinum facere, & quoniam multi temporis res eiusmodi sunt, multæq. diligentia; interea uolui quasdam notaciones, quas in Sulpicium Seuerum, Dorotheum, & Haymonem scripsi, nomine tuo diuulgare, ut, cum maiora illa, quæ debeo amplitudini tuæ, adhuc non ita perpolita sint, ut in lucem conspectumq. omnium uenire possint, gratus tamen iudicer ex hac mea uoluntate. A te uero, Patrone optime, peto & quæso, ut, cum notaciones hæ plerisque non eiusmodi uideri possint, quæ suis ornamentis contentæ, satis se ipsæ tueantur, earum, quæ tua est humanitas, patrociniū auctoritate tua suscipias: quæ plane id omne perficiet, si quid in illis fortasse desideratur, quod sperari a me, aut expectari potuisset. De me autem hoc tibi uelim persuadeas, prout fore in omnibus, quæ ad amplitudinem tuam pertinebunt, officium, studium, operam, ac diligentiam meam. si quid uero eiusmodi de me iam per suasum habes, elaborabo, ac summa contentione enitar, ut uincam nō uolūtate solum, sed etiā re ipsa cogitationes tuas. Vale.

Petrus Galefinius Lectori.


Ornamenta religionis nostra per se satis illustria sunt. sed quoniam lucis non parum iisdem affertur ex ueterum Patrum monumentis, in quibus plurimus inest & doctrina, & pietatis splendor: curatum est propterea, ut hi prisca Patres, quos hoc uolumine complexi sumus, Romæ in ipsa hominum luce in uulgus darentur. nam cum multi iudicii, optimi consilii, piæq. doctrina auctores sint; non ullo sane modo committendum erat, ut, a quibus lumen aliquod rebus nostris præberetur, ipsi in tenebris iacerent. De Saluiano nihil commemoro. nam qualis ille fuerit, ex scribendi argumento, quod suscepit, per te ipse intelligere potes. locus enim de prouidentia, quem pie grauitertq. pertexuit, magnus ille quidem est, neque a philosophis solum, uerum etiam a nostris tractatus uberrime. Saluianum tamen legendo eum cognosces, qui fortasse Theodorito Græco, & Constantino Magno, qui de hoc ipso prouidentia diuina genere scripserunt, multis fortasse partibus sit superior. philosophos omitto, qui cum tæta quadam, & densa impietatis caligine fuerint obcæcati, cum iis hic noster conferri nulla ratione nec potest, nec debet. Taurinensi Maximo id testimonii do, quod est apud Genadium et Trithemium. De Paciano est apud Hieronymum: de Dorotheo apud Eusebium et Nicephorum: de reliquis aut apud eosdem, aut apud Honorium Augustodunensem. tu tamen ipse, si hos studiose leges, id plane comperies, quod multis sapientum hominum testimoniis recte de iis iudicari potest; qui in religione atque Christiana doctrina scientia uersati sunt diligenter. Iocentur igitur, quantum uelint, reip. Catholica hostes; modo nos pie sancteq. retineamus, quæ ex uetere eiusmodi sanctorum Patrum sapientia prodierunt. Vale

I

SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
de uero iudicio, & prouidentia Dei, & ipsius guber-
natione hominum, & rerum mundi huius,
libri octo,
ad sanctum Salonium, Episcopum Viennensem.

P R O O E M I V M.


Sancto Episcopo Salonio
Saluianus Episcopus in domino salutem.



MNES admodum homines, qui pertinere ad hu-
mani officii culturam existimarunt, ut aliquod lin-
guarum opus studio ingeniorum excuderent, id spe-
ciali cura elaborarunt, ut, siue utiles, ac probas,
siue inutiles, atque improbas materias sibi delegis-
sent, seriem tantum rerum nitore uerborum illu-
strarent, causisque ipsis, quas loqui uellent, loquen-
do lucem accenderent. itaque ad hanc se partem
ex utroque genere litterarum scriptores mundia-
lium negotiorum plurimi contulerunt, non satis
considerantes, quam probabilibus materiis se impen-
derent, dummodo ea, quaecumque dicerent, aut compto, aut blando carmine
canerent, aut luculenta oratione narrarent. omnes enim in scriptis suis causas tan-
tum egerunt suas; & propriis magis laudibus, quam aliorum utilitatibus consu-
lentes, non id facere adnisi sunt, ut salubres, ac salutiferi, sed ut scholastici, ac
diserti haberentur. itaque scripta eorum aut latinitate sunt tumida, aut falsitate
30 infamia, aut uerborum foeditatibus fordida, aut rerum obscenitate uitiosa: ut ue-
re, cum ingeniorum tantum laudem cupientes tam indignis rebus curam im-
penderent, non tam illustrasse mihi ipsa ingenia, quam damnasse uideantur.
Nos autem, qui rerum magis, quam uerborum amatores utilia potius, quam
40 plausibilia, sectamur, neque id quaerimus, ut in nobis inania saeculorum ornamen-
ta, sed ut salubria rerum emolumenta laudentur; in scriptiunculis nostris non
lenocinia esse uolumus, sed remedia, quae scilicet non tam otiosorum auribus
placeant, quam aegrotorum mentibus profint, magnum ex utraque re caelesti-
bus donis fructum reportaturi. si enim haec salus nostra sanauerit quorundam non
bonam de Deo nostro opinionem: fructus non paruus erit, quod multis profui.
40 si autem id non prouenerit: & hoc saltem ipsum infructuosum non erit, quod
prodesse tentauit. mens enim boni studii, ac pii uoti, etiam si effectum non inue-
nerit coepta operis, habet tamen praemium uoluntatis. Hinc ergo exordiar.

*al. aucupan-
tes*

2
SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER PRIMVS.



LNCVRIOUSVS a quibusdam, & quasi negligens humanorum actuum Deus dicitur, utpote nec bonos custodiens, nec coercens malos; & ideo in hoc saeculo bonos plerumque miseros, malos beatos esse. Sufficere quidem ad refellenda haec, quia cum Christianis agimus, solus deberet sermo diuinus: sed quia multi incredulitatis paganicae aliquid in se habent, etiam paganorum forsitan, electorum atque sapientum, testimoniis delectarentur. Probamus igitur, ne illos quidem de incuriositate, ac negligentia ista sensisse, qui ueræ religionis expertes nequaquam utique Deum nosse potuerunt, quia legem, per quam Deus agnoscitur, nescierunt. Pythagoras philosophus, quem quasi magistrum suum philosophia suspexit, de natura ac beneficiis Dei differens, sic locutus est: Animus per omnes mundi partes commens, atque diffusus, ex quo omnia, quæ nascuntur, animalia uitam capiunt. Quo modo igitur mundum negligere Deus dicitur? quem hoc ipso scilicet fati diligit, quod ipsum se per totum mundi corpus intendit. Plato, & omnes Platoniorum scholæ moderatorem rerum omnium consententur Deum. Stoici eum, gubernatoris uice, intra id, quod regat, semper manere testantur. Quid potuerunt de affectu, ac diligentia Dei rectius, religiosiusque sentire, quam ut eum gubernatori similem esse dicerent? Hoc utique intelligentes, quod, sicut nauigans gubernator numquam manum suam a gubernando, sic numquam penitus curam suam Deus tollit a mundo: ac sicut ille, & auras captans, & saxa uitans, & astra suspiciens, totus sit simul, tam corporis, quam cordis officio, operi suo deditus; ita scilicet Deum nostrum ab uniuersitate omnium rerum nec minus dignantissimæ uisionis auertere, nec regimen prouidentia suæ tollere, nec indulgentiam benignissimæ pietatis auferre. unde etiam illud fabulose mystico auctoritatis exemplo, quo se non minus philosophum Maro probare uoluit, quam poetam, dixit:

Deum namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, cælumque profundum.

Tullius quoque, Nec uero Deus ipse, inquit, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, quam mens soluta quædam, & libera, & segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens, & mouens. Alibi quoque, Nihil enim, inquit, præstantius Deo: igitur mundum regi necesse est. nulli igitur naturæ obediens, aut subiectus Deus: omnem ergo regit ipse naturam, nisi forte nos, uide licet sapientissimi, ita sentiamus, ut eum, a quo omnia regi dicimus, & regere simul, & negligere credamus. Cum ergo omnes, etiam religionis expertes, & quaedam necessitate compulsi, & sentiri omnia a Deo, & moueri, & regi dixerint: quo modo nunc eum incuriosum quidam, ac negligentem putant, qui & sentiat omnia per subtilitatem, & moueat per fortitudinem, & regat per potestatem, & custodiat per benignitatem? Dixi, quid de maiestate, ac moderamine summi Dei principes & philosophiæ simul & eloquentiæ iudicauerint. ideo autem nobilissimos utriusque artis magistros protuli, quo facilius uel omnes alios idem sensisse, uel certe

Plato in Timæo.

Maro in Georgiis.

Tullius de natura deorum.

P R I M V S.

certe sine auctoritate aliqua dissenfisse monstrarem. & sane inuenire aliquos, qui ab istorum iudicio discrepauerint, præter Epicureorum, uel quorundam Epicurizantium deliramenta, non possum: qui sicut uoluptatem cum uirtute, sic Deum cum incuria ac torpore iunxerunt: ut appareat eos, qui ita sentiunt, sicut sensum Epicureorum, atque sententiam, ita etiam uitia sectari. Non puto, quod ad probandum nunc rem tam perspicuam etiam diuinis uti in hoc loco testimoniis debeamus: maxime quia sermones sacri ita abunde & euidenter cunctis impiorum propositionibus contradicunt, ut, dum sequentibus calumniis eorum satisfacimus, etiam ea, quæ supra dicta sunt, plenius refutare possimus. Aiunt igitur, a Deo omnia prætermitti, quia nec coerceat malos, nec tueatur bonos, & ideo in hoc saeculo deteriore admodum statum esse meliorum: bonos quippe esse in paupertate, malos in abundantia; bonos in infirmitate, malos in fortitudine; bonos semper in luctu, malos semper in gaudio; bonos in miseria, & abiectione, malos in prosperitate, & dignitate. Primum igitur ab iis, qui ita hoc esse uel dolent, uel accusant, illud requiro: de sanctis, hoc est de ueris, ac fidelibus Christianis, an de falsis, & impostoribus doleant. si de falsis: superfluum dolor, qui malos doleant non beatos esse: cum utique quicumque mali sunt, successu rerum deteriores fiant, gaudentes sibi nequitia studium bene succedere. & ideo uel ob hoc ipsum miserissimi esse debent, ut mali esse desistant, uindicantes improbissimis quæstionibus nomen religionis, & præferentes ad fordidissimas negotiationes titulum sanctitatis: quorum negotiis si miseria comparentur, minus sunt miseri, quam merentur: quia in quibuslibet miseriis constituti, non sunt tamen tam miseri, quam mali. Nequaquam ergo pro his dolendum, quod non sunt diuites, ac beati: multo autem pro sanctis minus: quia, quamuis uideantur ignorantibus esse miseri, tamen non possunt esse aliud, quam beati. Superfluum autem est, ut eos quispiam uel infirmitate, uel paupertate, uel aliis istiusmodi rebus existimet esse miseros, quibus se illi confidunt esse felices. nemo enim aliorum sensu miser est, sed suo. & ideo non possunt cuiusquam falso iudicio esse miseri, qui sunt uere sua conscientia beati. nulli enim, ut opinor, beatiore sunt, quam qui ex sententia sua, atque uoto agunt. humiles sunt religiosi; hoc uolunt: pauperes sunt; pauperie delectantur: sine ambitione; ambitum respuunt: inhonori sunt; honorem respuunt: lugent; lugere gestiunt: infirmi sunt; infirmitate latentur. Cum enim, inquit apostolus, infirmor, tunc potens sum. nec immerito sic arbitrat, ad quem Deus ipse sic loquitur: Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Nequaquam ergo nobis dolenda est hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem esse uirtutum: itaque, quidquid illud fuerit, quicumque uere religiosi sunt, beati esse dicendi sunt: quia inter quantumlibet dura, quantumlibet aspera, nulli beatiore sunt, quam qui hoc sunt; quod uolunt. Solent quamuis esse nonnulli, qui turpia, atque obscena sectantes, etsi iuxta opinionem suam beati sunt, quia adipiscuntur quod uolunt, re tamen ipsa beati non sunt, quia, quod uolunt, nolle debuerunt. religiosi autem hoc cunctis beatiore sunt, quia & habent hoc, quod uolunt; & meliora, quam quæ habent; omnino habere non possunt. Labor itaque, ieiunium, & paupertas, & humilitas, & infirmitas non omnibus sunt onerosa tolerantibus, sed tolerare nolentibus. siue enim gratia hæc, siue leuia, animus tolerantis facit. nam sicut nihil est tam leue, quod ei graue non sit, qui inuitus facit: sic nihil est tam graue, quod non ei, qui id libenter exequitur, leue esse uideatur. nisi forte antiquis illis priscæ uirtutis uiris, Fabiis, Fabriciis, Cincinnatis graue fuisse existimamus, quod pauperes erant; qui diuites esse nolebant; cum omnia scilicet studia sua, omnes

al. nequitijs

2. Cor. 12.

conatus suos ad communia emolumenta conferrent, & crescentes reip. uires priuata paupertate ditarent. numquid parcam illam tunc, agrestemq. uitam cum genuitu, & dolore tolerabant? cum uiles ac rusticos cibos ante ipsos, quibus coxerant, focos sumerent, eosq. ipsos capere, nisi ad uesperam, nō liceret. numquid ægre ferebant, quod auara illos a diuitem conscientia auri talenta non premerent, cum etiā argenti usum legibus coacerent? numquid illecebræ & cupiditatis poenam putabant, quod distenta aureis nummis marsupia non haberent, cum patricium hominem, quod ad decem usque argenti libras diues esse uoluisset, indignum curia iudicarent? Non despiciabant tunc, puto, pauperes cultus, cum uestem hirtam, ac breuem sumerent; cum ab aratro arcesserentur ad fasces; & illustrandi habitu consulari, illis fortasse ipsis, quas assumpturi erant, imperialibus togis madidum sudore puluerem detergerent. itaque tunc illi pauperes magistratus opulentam remp. habebant: nunc autem diues potestas pauperem facit esse remp. Et quæ, rogo, insania est, aut quæ cæcitas, ut, egestuosa, ac mendicante rep. diuitias posse credant stare priuatas? Tales ergo tunc ueteres Romani erant: & sic illi tunc contemnebant diuitias, nescientes Deum, sicut nunc non spernunt sequentes dominum. Quamquam quid ego de illis loquor, qui cura imperii pagandi, contemptum propriæ facultatis ad publicas opes conferebant; & licet priuatim pauperes essent, diuitiis tamen abundabant communibus: cum etiam Græci quidam, sapientiæ sectatores, sine ullo publicæ utilitatis affectu, prope omni se rei familiaris usu, assequendæ gloriæ auaritate, nudauerint? nec solū hoc, sed etiam usque ad contemptum doloris, ac mortis, doctrinæ suæ culmen erexerunt, dicentes scilicet, etiam in catenis, atque suppliciis beatum esse sapientem. tantam uim uirtutis esse uoluerunt, ut non possit esse umquam uir bonus, nisi beatus. Si ergo illi a quibusdam nunc etiam sapientibus uiris miseri non putantur, qui nullos laboris sui fructus, nisi ex præsentis tantū laude, capiebant: quanto magis religiosi ac sancti uiri miseri nō putandi sunt, qui & præsentis sæculi oblectamenta capiunt, & beatitudinis futuræ præmia consequuntur? Dixit quidam ex istis, de quibus querimus, cuidam sancto uiro, secundum ueritatis regulam sentiēti, id est quod Deus omnia reget, ac pro humano genere necessariam moderationem suam & gubernaculum temperaret: Quare ergo, inquā, tu infirmus es, hoc utique iudicio? hoc est, si Deus, ut putas, in hac præsentis uita omnia regit; si Deus cuncta dispensat: qua ratione fortis ac sanus est homo, quem peccatorem scio; & tu infirmus, quem sanctum esse nō ambigo? Quis tam profundi cordis uirum non admiretur, qui merita religiosorum, atque uirtutes tam magnis retributionibus dignas putat, ut in præsentis hac uita carnes, atque fortitudines corporum, præmia putet esse debere sanctorum? Respondeo igitur nō unius tantum religiosi nomine, sed uniuersorum. Quæris igitur, quisquis ille es, qua ratione infirmi sunt sancti uiri. Respondeo breuiter: quia ideo sancti uiri infirmiores se esse faciunt, quia, si fortes fuerint, sancti uix esse possunt. opinor enim omnes omnino homines cibus ac poculis fortes esse, infirmos autem abstinentia, ariditate, ieiuniis. Non ergo mirum est, quod infirmi sunt, qui usum earum rerum respuunt, per quas alii fortes sunt. Et est ratio cur respuant, dicente Paulo apostolo de se ipso: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Si infirmitatem corporis appetendam sibi etiam apostolus putat, quis sapienter euitat? si fortitudinem carnis apostolus metuit, quis rationabiliter fortis esse præsumit? Hæc ergo ratio est, qua homines Christo dediti, & infirmi sunt, & uolunt esse. Absit autē, ut hoc argumento religiosos putemus a Deo negligi, per quod confidimus plus amari. Legimus

Timo-

1. Cor. 5

Timotheum apostolum carne infirmisimum fuisse: numquid negligebatur a domino, aut ob infirmitatem Christo non placuit, qui ad hoc infirmus esse uoluit, ut placeret? quemq. etiam ipse apostolus Paulus, licet nimis iam infirmitatibus laborantem, nō tamen nisi pusillum uini sumere, ac delibare permisit: hoc est, ita eum uoluit infirmitati suæ consulere, quod noluit tamen ad fortitudinem peruenire. Et hoc cur ita? Cur? absque dubio, nisi quia, ut ipse dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non, quæcumque uultis, illa faciatis. Non imprudenter quidam hoc loco dixit: Quid si, repugnante corporis fortitudine, quæ optamus facere non possumus? Infirmum nobis sit carne, ut oprata faciamus. Infirmitas enim carnis, inquit, uigorem mentis exacuit: ut, affectis artibus, uires corporum in uirtutes transferantur animorum; non turpibus flammis medullæ æstuent; non male sanam mentem latentia incentiua succendant; non uagi sensus per uaria oblectamenta lasciuiant; sed sola exultet anima, læta corpore affecto, quasi aduersario subiugato. Hæc ergo, ut dixi, religiosi uiris causa infirmitatis est: eamq. esse nec tu, ut arbitror, iā negas. Sed sunt fortasse, inquis, alia maiora; id est, quod multa in uita ista aspera atque acerba patiuntur, quod capiuntur, quod torquentur, quod trucidantur. Verum est. sed quid facimus quod & prophetæ in captiuitatem abducti sunt, & apostoli etiam tormenta tolerarunt? & certe dubitare non possumus, quod tunc Deo maxime curæ erant, cum pro Deo ista paterentur. At forsitan hoc ipso magis probare te dicis, quod Deus in sæculo isto omnia negligat, & futuro totum iudicio referauerit, quia semper boni omnia mala passi sunt, & ferunt. Non infidelis quidem uidetur assertio, maxime quia futurum Dei iudicium consistet: sed nos ita iudicandum humanum genus diximus, ut tamen etiam nunc omnia Deum, prout rationabile putat, regere ac dispensare credamus; & ita in futurum iudicaturum affirmemus, ut tamen semper etiam in hoc sæculo iudicasse doceamus. dum enim semper gubernat Deus, semper iudicat, quia gubernatio ipsa est iudiciū. Quot modis hoc uis probemus? ratione, an exemplis, an testimoniis? si ratione: quis tam expers humanæ intelligentiæ est, & huius ipsius, de qua loquimur, ueritatis alienus, qui non agnoscat, & uideat, pulcherrimum mundi opus, & inæstimabilem supernarum infernarumq. rerum magnificentiam ab eodem regi, a quo creata sit; quemq. elementorum fabricatorem, eundem etiam gubernatorem fore; qui cuncta scilicet, qua potestate ac maiestate condiderit, eadem etiam prouidentia ac ratione moderetur? præsertim etiam cum in his, quæ humano actu administrantur, nihil penitus sine ratione consistat, omniaq. ita a prouidentia incolumitatem, quasi corpus ab anima uitam, trahant: ideoq. in hoc mundo non solum imperia, atque prouincias, atque rem ciuilem, & militarem, sed etiam minora officia, & priuatas domos, pecudes denique ipsas, & minutissima quæque domesticorum animantium genera, non nisi humana ordinatione, atque consilio, quasi quadam manu, & gubernaculo, contineri: & hæc omnia sine dubio uoluntate ac iudicio summi Dei, scilicet ut eo exemplo omnne genus humanum particulas rerum & membra reget, quo ipse summum totius mundani corporis gubernaret. Sed in principio, inquis, creaturarum hæc sunt a Deo statuta, atque disposita: ceterum, patrata uniuersitate rerum, atque perfecta, remouit a se cunctam terrestrium curam, & ablegauit: laborem uidelicet forte fugiēs, a suo loco amandauit; & molestiam fatigationis euitans, aut occupatus negotiis aliis, partem rerum reliquit, quia totum obire non possit. Remouet igitur a se, inquis, curam mortalium Deus. Et quæ ergo nobis diuinæ religionis est ratio, quæ uel causa Christum colendi, uel spes propitiandi? si enim

A 3 negligit

1. Tim. 5.

Gal. 5.

Gal. 8.

al. summan

negligit Deus in hoc sæculo genus hominum : cur ad cælum quotidie manus tendimus? cur orationibus crebris misericordiam Dei quærimus? cur ad ecclesiasticas domos currimus? cur ad altaria supplicamus? nulla est enim nobis ratio precandi, si spes tollitur impetrandi. Vides ergo, quam stulta, atque inanis sit huius persuasionis assertio; quæ utique si recipitur, nihil penitus de religione seruetur. Sed ad illud forte confugies, ut dicas, nos metu futuri iudicii Deum colere, & ideo omnium præsentium officiorum cultu elaborare, ut in die futuri sæculi mereamur absolui. Quid ergo sibi uult Apostolus Paulus, præcipiens quotidie in ecclesia, ac iubens, ut offerantur iugiter Deo nostro orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones; & hæc omnia quam ob causam? quæ utique, nisi, ut ipse dicit, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni castitate? Pro præsentibus, ut uideamus, domino supplicari iubet. utique non iuberet, nisi exorare confideret. Quo modo ergo aliquis pro obtinendis futuri temporis bonis apertas Dei aures, pro præsentibus autem clausas, atque obstructas putat? aut quo modo nos in ecclesia supplicantes, præsentem nobis salutem a Deo poscimus, si audiendos nos penitus non putamus? Nulla ergo nobis uota pro incolumitatibus ac prosperitatibus nostris facienda: quin potius, ut modesta supplicationis uocem conciliet postulantis, dicendum nobis est fortasse: Domine non prosperitatem uitæ istius petimus, nec pro bonis præsentibus supplicamus: scimus enim aures tuas his obsecrationibus clausas esse, & auditum te ad preces huiusmodi non habere: sed pro iis tantummodo petimus, quæ sunt futura post mortem. Esto igitur, postulatio talis utilitate non careat: quo modo ratione subsistit? si enim Deus a respectu huius sæculi curam remouit, & postulantium precibus aures suas claudit: absque dubio, qui non audit nos pro præsentibus, non audit etiam pro futuris. nisi forte credimus pro precum diuersitate aures suas Christum uel tribuere, uel negare; id est, ut claudat eas, cum rogantur præsentia; aperiat, cum futura. Sed de his dicendum amplius non est. tam stulta enim sunt, & tam friuola, ut cauendum sit, ne id ipsum, quod pro honore Dei dicitur, iniuria Dei esse uideatur: tanta quippe est maiestatis sacræ & tam tremenda reuerentia, ut non solum ea, quæ ab illis contra religionem dicuntur, horrere, sed etiam ea, quæ pro religione nos ipsi dicimus, cum grandi metu ac disciplina dicere debeamus. Igitur si stulte atque impie creditur, quod curam humanarum rerum pietas diuinæ despiciat; ergo non despicit, si autem non despicit, regit. si autem regit, hoc ipso, quod regit, iudicat: quia regimen esse non potest, nisi fuerit iugiter in rectore iudicium. Sed parum esse fortasse quispiam putet, quod hæc ratio declarat; nisi proberetur exemplis. Videamus, qualiter mundum a principio Deus rexit, & ita eum omnia semper gubernasse monstrabimus, ut simul etiam iudicasse doceamus. Quid enim scriptura dixit? Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in eum spiraculum uitæ. Et quid postea? Posuit eum, inquit, in paradiso uoluptatis. Quid deinceps? Dedit scilicet legem, præceptis imbuit, institutione formauit. Quid autem post hoc secutum est? Præteriiit homo mandatū sacrum, sententiam subiit, paradysum perdidit, poenam damnationis excepit. Quis non in iis omnibus gubernatorem Deum uideat, & iudicem? constituit enim Adam in paradiso innocentem, expulit eum. in constitutione ordinatio est; in expulsiōe iudicium. quando enim eum in loco uoluptatis posuit, ordinauit: quādo autem eum de regno expulit, iudicauit. Ergo hoc de primo homine, hoc est de patre: quid de secundo, id est de filio? Factum est, inquit scriptura sacræ, post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoque obtulit de primitiis gregis sui, & de adipibus eius. Et respexit dominus ad Abel, & ad munera

nera eius, ad Cain uero, & ad munera eius non respexit. Prius quam de euidentiore iudicio Dei dicam, puto etiam, quod in his, quæ iam diximus, quædam censura iudicii est. in hoc enim, quod unius sacrificium Deus suscepit, alterius exclusit, euidentissime utique & de unius iustitia, ac de iniquitate alterius iudicauit. Sed hoc parum est. Cum igitur futuro facinori uiam sternens, fratrem in solitudinem trahit, secretis patrocinantibus scelus peragit, impiissimus pariter, & stultissimus, qui ad perpetrandum maximum nefas sufficere sibi credidit, si aspectus uitaret hominum, fratricidium, Deo teste, facturus. unde puto, quod hæc in illo iam tunc opinio fuerit, quæ nunc in multis est, Deum terrestria non respicere, & actus sceleratorum hominum non uidere. nec dubium est, cum post facinorosum admisum, Dei sermone conuentus, nihil se de fratris cæde scire responderit: adeo incium facti sui Deum arbitrabatur, ut crederet feralissimum nefas regi posse mendacio. at aliter expertus est, quam putabat. nam Deum, a quo non existimauit uideri scelera, cum occideret, sensit uidere, cum damnaretur. Hinc nunc requirere uolo ab illis, qui negant res humanas uel respici a Deo, uel regi, uel iudicari, an cuncta in his, quæ diximus, ediuerso sint. puto enim, quod præfens est, qui sacrificio interest; & regit, qui Cain post sacrificia castigat; sollicitus est, qui ab interfectore interfectum requirit; & iudicat, qui percussorem impium iusta animaduersione condemnat. In quo quidem etiam illud non incommode. uerum ne miremur, nunc sanctos homines quædam aspera pati, cum uideamus quod iam tunc Deus etiam per maximum nefas primum sanctorum finit occidi. quæ quidem qua ratione patiatur, neque humanæ imbecillitatis est plena indagine cognoscere, neque nunc temporis disputare. interim probare satis est, omnia istiusmodi non negligentia aut incuria Dei fieri, sed consilio ac dispositione permitti. nequaquam enim iniustum possumus dicere, in quo diuinum esse iudicium non possumus denegare: quia summa iustitia est uoluntas Dei. neque enim ideo iniustum est, quod diuinitas agit: quia capere uim diuinæ iustitiæ homo non ualet. Sed ad propositum reuertamur. Videmus ergo in his, quæ dicta sunt, nihil de incuria actum, sed quia quædam ex his dispositio diuina ordinauit, quædam patientia sustinuit; quædam sententia uindicauit. Sed non satis forte quidam existimant hæc, quæ dicimus, nos probasse per paucos: uideamus, an id ipsum manifestare possimus etiam per uniuersos. Aucta igitur, ac multiplicata humani generis multitudine simul & iniquitate, Videns Deus, inquit scriptura sacræ, quod multa malitia esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit Deum, quod hominem fecisset in terra; & tacitus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, quem creauit a facie terræ. Consideremus, quemadmodum in his omnibus & sollicitudo domini pariter, & seueritas indicetur. Primum enim ait: Videns autem Deus: secundo, Tacitus dolore cordis intrinsecus: tertio, Delebo, inquit, hominem, quem creauit. in hoc siquidem, quod uidere omnia Deus dicitur, cura eius ostenditur: in hoc, quod dolet, terror irati: in hoc, quod punit, seueritas iudicantis. Pœnituit ergo, inquit scriptura, Deum; quod hominem fecisset in terra: non quod Deus sit obnoxius huic motui, aut illi subiaceat passioni: sed sermo diuinus ad insinuandam plenius nobis ueram scripturarum intelligentiam, quasi humano affectu nobiscum loquens; sub nomine pœnitentis Dei, uim demonstrauit irati. Ira est autem diuinitatis, poena peccantis. Quid ergo post hoc secutum est? Cum, inquit, uidisset terram Deus esse corruptam, dixit ad Noe: Finis uniuersæ carnis uenit coram me: repleta est terra iniquitate a facie eorum: & ego disperdam eos cum terra. Et quid postea? Rupti sunt, inquit, omnes fontes abyssi magnæ, & cataraçæ cæli apertæ sunt,

Gen. 7.

sunt, factaq. est pluuia super terrā quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et paulo post: Consumpta est omnis caro, quæ mouebatur super terram. Et deinceps: Remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca: Hic nunc requirere ab illis uolo, qui incuriosum rerum humanarū appellant Deum; in illo tempore uel curasse eum terrestria credant, uel iudicasse. puto enim; non iudicauit tantum, sed etiam dupliciter iudicauit: nam &, dum seruat bonos, pium se retributorem, &, dum condemnat malos, seuerum iudicem cōprobauit: Sed hæc forsitan apud stultos, quia ante diluuium, id est quasi alio quodam sæculo gesta sunt, minus auctoritatis habere uideantur: quasi uero alius Deus tunc fuerit, aut

Gen. 12.

al. affligitur

postea eandem mundi curā habere noluerit. Possum quidem diuino munere per singulas post diluuium generationes probare, quæ dico: sed & enormitas uetat: & tamen certa quædam & maiora sufficiunt: quia cum idem sit absque dubio maiorum pariter & minorum Deus, id profecto intelligendū est in minoribus, quod in maioribus comprobatur. Igitur cum post diluuium generationi hominum benedixisset Deus, immensamq. hominum multitudinem benedictio ipsa generasset; loquitur ad Abraham dominus de cælo, iubens ut deserat terram suam, inquirat alienam. Vocatur, sequitur, adducitur, collocatur, fit de pauperū locuples, de ignoto potens, infimus peregrinatione, excellentissimus dignitate. Sed ne hæc tamen, quæ ei data a domino fuerant, muneris tantum uiderentur fuisse, non meriti; qui lætabatur prosperis, probatur aduersis. sequitur quippe labor, periculum, timor: uexatur commigratione, fatigatur exilio, contumelia afficitur, uxore priuatur: immolari sibi filium Deus iussit, pater obtulit, &, quantum ad defunctionem cordis pertinet, immolauit: rursus exilia, rursus metus, Philistinorum inuidia, Abimelech rapina; multa quidem mala, sed tamē paria solatia. nam etsi a plurimis afficitur, tamen de omnibus uindictatur. Quid igitur in cunctis istis, quæ memorauimus, num Deus non est & inspector, & inuitator, & ductor, & sollicitus, & sponsor, & protector, & munerator, & probator, & sublimator, & ultor, & iudex? inspector quippe est, dum ex omnibus unum elegit, quem meliorem uidit; inuitator, dum uocat; ductor, dum ad ignota perducit; sollicitus, dum ad illicem uisitat; sponsor, dum futura promittit; protector, quia inter gētes barbaras protexit; munerator, quia locupletauit; probator, quia tentari asperis uoluit; sublimator, quia potentiosem omnibus fecit; ultor, quia eum de aduersariis ultus est; iudex, quia, dum ulciscitur, iudicauit. Subiungit autem huic historiæ Deus, dicens: Clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est. Pulchrē clamorem dixit in se habere peccata. grandis absque dubio peccantiū clamor est, qui a terra ascendit ad cælum. Quare autem peccata hominum quasi clamate testatur? scilicet, quia cædi aures suas Deus dicit clamoribus peccatorum, ut non differatur poena peccantium. Et uere clamor, & grandis clamor est, quando pietas Dei peccatorum clamoribus uincitur, ut peccantes punire cogatur. Ostendit ergo dominus, quam inuitus puniat etiam grauissimos peccatores, dicens, quod clamor Sodomorū ad se ascendit. hoc est dicere: Misericordia quidem mea mihi suadet, ut parcam: sed tamen peccatorum clamor cogit, ut puniam. Cum ergo ista dixisset, quid consecutum est? Mittuntur angeli Sodomam: proficiscuntur, introeunt; bonorum fouentur officio, malorum uexantur iniuria; cæcantur improbi, saluantur probi: Loth cum affectibus piis urbe educitur: urbs cum habitatoribus concrematur impiis. Interrogo hic, utrumnam Deus ex iudicio malos, an sine iudicio concremarit? qui sine iudicio Sodomitas punitos a Deo dicit, iniquum Deum arguit. si autem

Gen. 18.

Gen. 19.

10
20
30
40

autem cum iudicio malos perdidit, iudicauit utique. equidem iam quasi ad instar futuri iudicii iudicauit. cum enim ad supplicium malorum gehennam in futurum arsuram esse manifestum sit, Sodomam, & uicinas eius urbes cælesti flamma consumpsit. In præfenti autem illud, quod futurum est, Deus uoluit declarare iudicium, quando super impium populum gehennam misit e cælo. sicut etiam apostolus dicit, quod Deus ciuitates Sodomam & Gomorram euerfione damnarit, exemplum ponens impie acturis: quamuis id ipsum, quod ibi actū est, plus habuerit misericordiæ, quam seueritatis. quod enim poenam eorum tamdiu distulit, misericordiæ fuit: iustitiæ, quod aliquando puniuit. Et ideo cum angelos 10 Sodomam Deus mitteret, hoc nobis probare uoluit, quod etiam malos puniret inuitus. Scilicet ut, cum legeremus quæ a Sodomis angeli pertulissent, & uideremus scelerum immanitatem, criminum turpitudinem, libidinum obscenitatem; probaret utique nobis Deus, quod ipse eos noluerit perdere, sed ipsi extorserint ut perirent. Possum innumera proferre: sed uereor ne, dum satis rem probare nitimur, historiam texuisse uideamur. Moses in deserto positus gregem pascit, rubum ardere conspicit, Deum ex rubo audit, præcepta accipit, potestate exaltatur, ad Pharaonem mittitur, uenit, loquitur, contemnitur, uincit. Aegyptus percutitur, Pharaonis inobedientia uerberatur, & quidem non uno modo, sed, ut plus sacrilegus torqueatur, diuersitate supplicii. Et quid? postremo decies 20 rebellat, decies uerberatur. Quid ergo diximus? puto quod in his omnibus & curare pariter res humanas Deum, & iudicare cognoscas. in Aegypto quippe: tunc enim non simplex tantum, sed multiplex constat Dei fuisse iudicium. quotiescumque enim rebellantes Aegyptios percussit, toties iudicauit. Sed post ista, quæ diximus, quid secutum est? Israel dimittitur, pascha celebratur, Aegyptios spoliatur, diues abscedit: Pharaonem pænitet, exercitum contrahit, ad fugientes peruenit: castris iungitur, tenebris separatur: siccatur pelagus, Israel graditur, officiosa undarum patientia liberatur: Pharaon sequitur, mare super eum uoluitur, fluctu operiente deletur. Puto iam non obscurum, in his, quæ acta sunt, Dei esse iudicium, & quidem non iudicium tantum, sed etiam moderationem, atque patientiam. patientiæ enim fuit, quod Aegyptii rebellantes sæpe percussi sunt: iudicii, quod contumaciæ pertinaces morte damnati. Igitur post rerum gestarum ordinem uisatrix ingreditur eremum sine bello gens Hebræorum: agit iter sine itinere, uia sine uia, primo Dei diuino consilio honorabilis, ductu cælesti potens, sequens mobilem columnam, nubilam die, igneam nocte, congruas colorum diuersitates pro temporum diuersitate sumentem: scilicet ut diei lumen lutea obscuritate distingueret, & caliginem noctis flammeo splendore claritatis irradiaret. Adde huc fontes repente natos: adde medicatas aquas, uel datas, uel immutatas, speciem seruantes, naturam relinquētes: adde aperta erumpentibus riuis montium capita: adde scaturientia nouis puluerulenta arua torrentibus: adde illos itinerantium castris alitum greges Dei pietate indulgentissima, non uisibus tantum hominum, sed etiam illecebris seruiētes: datum per quadraginta annos astris quotidie famulantibus cibum, rorantes iugiter escis dulcibus polos, nō ad uictum tantum, sed etiā ad delicias persuentes. Adde homines in nullis membrorum suorum partibus accessus & decessus humanorum corporum nescientes, ungues non auctos, dentes non imminutos, capillos semper æquales, non attritos pedes, non scissas uestes, calceamenta non rupta, redundantem hominum honorem usque ad induuiarum uiliū dignitatem. Adde huc erudiendæ gentis officio descendentem ad terras Deum, accommodantem se terrenis uisibus Dei filium, innumeræ multitudinis plebem in consortium diuinæ familiaritatis admis-

2. Pet. 2

Exo. 13

al. illatos

missam, sacrae amicitiae honore pollentem. Adde huc tonitrua, adde fulgura, terribiles buccinarum caelestium sonos, tremendum undique totius aeris fragorem, polos sacris clangoribus mugientes, ignes, caligines, nebulas Deo plenas, loquentem cum Mose dominum; legem diuino ore resonantem, incisam Dei digito litteras, rupices paginas, saxeam uolumen, discentem populum, & docentem Deum, ac mixtis paene hominibus, atque angelis unam caeli ac terrae scholam. sic enim scriptum est; quod cum retulisset Moses uerba populi ad dominum, dixit ei dominus: iam nunc ueniam ad te in caligine nubis, ut audiat populus me loquentem ad te. Et paulo post: Ecce coeperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem. Et iterum: Descenditque dominus super montem Synai in ipso montis uertice, ac deinceps loquebatur cum Moysse uidentibus uniuersis, quod columna nubis stare ad ostium tabernaculi: stabantque & ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum. loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Quae cum ita sint: uideatur ne hominis habere curam Deus? haec tanta tribuens, haec tanta praestans, participem sermonis sui homunculum uilem faciens, & quasi in consortium sacrae sodalitatis admittens, aperiens ei plenas diuitiis immortalibus palmas suas, alens eos nectaris poculo, pascens caelesti cibo. Quam, rogo, maiorem eis gubernandi sui praestare curam, quem maiorem praestare potuit affectum, quam ut, cum praesentis saeculi uitam agerent, spem iam futurae beatitudinis possiderent? Sed respondeatur forte hoc loco, habuisse quondam hanc hominum curam Deum, ceterum nunc penitus non habere. Vnde hoc ita credimus? forsitan quia, ut illi tunc, mannam quotidie non comedimus, cum agros triticeos plenos messibus demetamus: quia coturnices humanis se manibus ingerentes non apprehendimus, cum omnia auium, pecudum, bestiarum genera deuoremus: quod salientes rupibus aquas apertis oribus non accipimus, cum uinarias domus uinearum fructibus irrigemus. addo ego amplius aliquid, quod nos ipsi, qui illos Deo fuisse curae, & nos ideo negligi dicimus, si accipere pro praesentibus bonis praeterita possemus, respueremus penitus conditionis istius optionem. nollemus enim haec, quae nunc habemus, amittere, ut possemus ea, quibus tunc illi usi sunt, possidere: non quod nos nunc meliora habeamus, quam gens illa tunc habuit: sed quia & illi, qui quotidiano tunc caeli ac Dei ministerio pascebantur, antiquam uetris ingluuiem bonis praesentibus praeferebant, turpissima scilicet ciborum carnalium recordatione maesti, & foetidissimo cepearum atque alliorum amore aegrescentes: non quod potiora essent, quibus antea usi erant: sed, quae non erant, desiderabant. nos magis laudamus illa, quae tunc fuerunt, quam ista, quae nunc sunt: non quia, si eligendi facultas esset, semper habere illa malle: sed quia usitatum hoc humanae mentis est uitium, illa magis uelle, quam desunt; & quia, ut ille ait, aliena nobis, nostra plus aliis placent. Accedit quoque illud, quod generale ferme est omni homini, ut Deo semper ingratus sit: insitoque hoc, & quasi nativo malo se cuncti inuicem uincunt, ut beneficiis Dei detrahant, ne debitores se esse cognoscant. Sed haec haecenus: nunc ad negotii dudum coepti ordinem reuertamur. Quamuis, ut reor, non mediocriter probauerimus, quae proposuimus; addamus tamen adhuc, si placet, quippiam: quia melius est plus probare aliquid, quam necesse est, quam minus forsitan, quam negotio debeat. Liberatus quondam de Pharaonis iugo populus Hebraeorum, ad Syna montem praeruaricatus est, & statim a domino pro errore percussus. sic enim scriptum est: Percussit ergo dominus populum pro errore uituli, quem fecit Aaron. Quod potuit maius & euiden-
tius de peccatoribus Deus ferre iudicium, quam ut statim consequeretur poena peccantes?

Exo. 19

al. gubernandi

Exo. 19

Ex. 32

peccantes? & tamen, cum omnis populus reus fuerit, cur non est in omnes missa damnatio? quia pius scilicet dominus partem percussit sententiae suae gladio, ut partem corrigeret exemplo, probaretque omnibus simul & coercendo censuram, & indulgendo pietatem. censura enim fuit, quod castigauit: pietas, quod pepercit: quamuis utrumque impari modo. plus siquidem tunc pietati datum est, quam seueritati. ideo utique, quia cum indulgentissimus dominus propiore se semper miserationi praestet, quam ultioni; licet in coercenda tunc Iudaici exercitus parte iudicio & seueritati censura diuina aliquid attribuerit; maiorem tamen sibi populi portionem pietas uindicauit; specialiter quidem hoc & peculiari tunc innumeræ plebis misericordia; ne omnes scilicet, quos reatus complectebatur, poena consumeret. Ceterum erga quasdam personas, ut legimus, ac familias censura Dei inexorabilis est: sicut illud, ubi, oriantem sabbatis populo, is, qui colligere ligna usurparat, occidi iubetur: quamuis enim opus ipsum hominis uideretur innoxium, faciebat tamen eum diei obseruatio criminosa: uel cum, duobus lite certantibus, unus, qui blasphemarat, morte multatur. sic enim scriptum est: Ecce autem filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de uiro Aegyptio, inter filios Israel iurgatus est in castris cum uiro Israelite. cumque blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. et paulo post, Miserunt, inquit, eum in carcerem, donec uiderent quid iuberet dominus: qui locutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphemum extra castra: & ponant omnes, qui audierunt, manus super caput eius: & lapidet eum populus uniuersus. Numquid non praesens Dei est manifestumque iudicium, & prolata, quasi iuxta humani examinis formam, caelesti disceptatione sententia? Primum enim, qui peccauerat, comprehensus est: secundo, quasi ad tribunal adductus: tertio, accusatus: deinde, in carcerem missus: postremo, caelestis iudicii auctoritate punitus: porro autem non punitus tantum, sed punitus sub testimonio, ut damnare scilicet uideretur reum iustitia, non potestas; exemplo scilicet ad cunctorum emendationem proficiente, ut ne quis postea admitteret, quod omnis in uno populus uindicasset. Hac igitur ratione atque iudicio omnia Deus & nunc agit, & semper egit, scilicet ut correctioni omnium proficeret quidquid singuli tulissent. Sicut etiam & illud fuit, cum Abiu, & Nadab, sacerdotalis sanguinis uiri, caelesti igne consumpti sunt. in quibus utique non iudicium tantum, sed praesens Deus ostendere uoluit, impendensque iudicium. sic enim scriptum est: Quod cum egressus ignis a domino deuorasset holocaustum, arreptis Nadab, & Abiu, filii Aaron, turribus posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram domino ignem alienum: quod eis praecipitum non erat: egressusque ignis a domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. quid enim aliud, quam extentam super nos dexteram suam, & imminentem iugiter gladium uoluit ostendere, qui errorem supradictorum statim in ipso opere puniuit; nec peractum prius poene est facinus peccantium, quam ulcisceretur poena peccatum? quamuis non tantum hoc in hac re actum sit, sed etiam multa alia. cum enim in illis tunc non mens impia, sed facilitas nimium inconsulta punita sit: declarauit profecto dominus, quo supplicio digni essent, qui contemptu diuinitatis aliquid admitterent, quando etiam illi percussi adeo essent, qui sola mentis inconsideratione peccassent; aut quam rei essent, qui contra iussionem domini sui facerent; cum etiam illi taliter plesterentur, qui iniussa fecissent. Porro autem etiam ex hoc consulere Deus uoluit nostrae correctioni per censuram salubris exempli; ut omnes laici intelligerent, quantum iram Dei time-
re deberent, cum a praesenti poena filios sacerdotis nec meritum parentis eriperet, nec ministerii sacri priuilegium uindicaret. Sed ego quid de his dico? quorum

Num. 15

Leuit. 24

Num. 26

Leuit. 10

1. Para. 24

Num. 12
20

Num. 12

Exo. 16

Psal. 77
Num. 26

rum inconsiderantia quodam modo Deum tetigit, & ad caelestem iniuriā redun-
dauit. Maria contra Mosen loquitur, & punitur tantum, sed more
iudicii punitur. primum ad iudicium uocatur: deinde arguitur: tertio uerbera-
tur. in obiurgatione excipit uim sententiā. in lepra autem patitur piaculum cri-
minis. quamuis coertio istiusmodi non Mariam tantum, sed etiam Aaronem hu-
miliauit. quia etsi deformari lepra summum antistitem non oportuit, & ipsum
tamen domini castigatio flagellauit: nec solum hac in poena, quam Maria pati-
tur, Aaron etiam, quasi culpae particeps, coercetur. Maria enim supplicio affici-
tur, ut Aaron confusione multetur. Porro autem, ut inexorabilem in quibusdam
agnosceremus formam diuini esse iudicii, ne illius quidem intercessu, qui laesus
fuerat, indulgit. sic enim legimus ad Aaronē & Mariam dixisse dominum: Qua-
re igitur non timuistis detrahere seruo meo Mosi? iratusque abiit: & ecce Maria
apparuit candens lepra quasi nix: clamauitque ad dominum Moses, dicens: Obse-
cro domine sana eam. Cui dominus respondit: Si pater eius spuisset? separatur septem
diebus extra castra, & postea reuocabitur. Sufficiunt igitur de hoc genere diuisio-
nis, & de hac parte sermonis, ista, quae diximus. infinitum enim est de omnibus
disputare, quae nimis longum est etiam sine disputatione numerare. sed adhuc ta-
men aliquid addamus. Penitet gentem Hebraeorum de Aegypto recessisse, per-
cutitur: dolet deinde fatigari se labore itineris, affligitur: carnes desiderat, uer-
beratur. Et quia quotidie mannam edens explere ex illecebris uentris cupit in-
gluuiem, optata quidem cupiditate saturatur, & in ipsa tamen saturitate torque-
tur. Adhuc enim, inquit scriptura, esca erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit
in eos, & occidit plurimos eorum, & electos Israel impediuit. Nam contra Mo-
sen rebelles extinguuntur: Core conuiciatur, obruitur: Datan & Abiron murmu-
rant, deuorantur. Aperta est enim, inquit, terra, & deglutiuit Datan, & ope-
ruit synagogā Abiron. Ducenti quoque & quinquaginta, ut sacer sermo testatur,
principes uiri, qui tempore consilii per nomina uocabantur, surrexerunt contra
Mosen. Cumque stetitissent aduersus Mosen, & Aaron, dixerunt: Sufficiat nobis,
quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus: cur eleuamini super
populum domini? Et quid post haec? Ignis, inquit, egressus a domino, interfecit
CCL uiros, qui offerebant incensum. Sed cum haec tanta fierent, caelestis cura non
profuit: adhibita est sapissime coertio, sed emendatio non est secuta. sicut enim
nos, cum assidue flagellamur, non corrigimur: ita & illi, cum caederentur sapissime,
non emendabantur. quid enim scriptum est? Murmurauit autem omnis multitu-
do filiorum Israel sequenti die contra Mosen & Aaron, dicens: Vos interfeci-
stis populum domini. Et quid postea? Percussa sunt statim, & diuino igne con-
sumpta XIII millia hominum, & septingenti. Cum omnis ergo tunc populi
multitudo peccauerit, cur non est in omnibus uindicatum, praesertim cum ex il-
la, quam supra dixi, seditione Core nullus euaserit? cur ibi cunctum peccantium
coetum interfici Deus uoluit, hic tantummodo portionem? scilicet quia plenus
& iustitia, & misericordia dominus, & pietati suae multa donat per indulgentiam,
& seueritati per disciplinam. et ideo ibi praestitit disciplinam, ut proficeret cuncto-
rum emendationi poena omnium noxiorum: hic autem misericordiae suae tribuit,
ne uniuersus populus deperiret. Et tamen cum tam misericorditer egerit, quia in
parte plebis castigatio toties repetita non profuit, ad ultimum omnes morte da-
mnauit. quae res & timori, & emendationi nostrae simul proficere deberet, scilicet
ne, qui illorum exemplo penitus non corrigimur, illorum fortasse exitu punia-
mur. non enim dubium est, quid actum de eis fuerit. nam cum uniuersa gens
Hebraeo-

Hebraeorum ad hoc de Aegypto exierit, ut terram repromissionis intraret, praeter
duos tantum sanctos nullus intrauit. sic enim scriptum est: Locutus est dominus
ad Moysen, & Aaron, dicens: Usquequo multitudo haec pessima murmurat contra
me? uiuo ego, ait dominus. sicuti locuti estis audiente me hodie, sic faciam uobis.
in solitudine hac iacebunt cadauera uestra. Et quid postea? Paruulos, inquit, ue-
stros, de quibus dixistis quod praedae hostibus forent, introducam ut uideant ter-
ram, quae uobis displicuit: uestra cadauera iacebunt in solitudine. Et quid dein-
de? Omnes, inquit, mortui sunt, atque percussi in conspectu domini. Quid est,
quod in his omnibus non sit? uis uidere rectorem? ecce & praesentia corrigit, &
10 futura disponit. uis uidere iustum, & seuerum iudicem? ecce noxios punit. uis
uidere iustum, & piū? ecce innocentibus parcit. uis uidere in omnibus iudi-
cem? ecce ubi iudicium est. nam ut iudex arguit, & ut iudex regit. iudex praemi-
sit sententiam: iudex noxios punit: iudex innoxios munerat.

al. perimit

SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER SECVNDVS.

20 **S**UFFICIVNT igitur de exemplis ista, quae diximus: quibus utique
iugiter Deus noster & contemplator sollicitissimus, & gubernator piis-
simus, & iudex iustissimus comprobatur. Sed cogitat de imperitiori-
ribus forte aliquis: Si sic aguntur nunc a Deo omnia, ut tunc acta sunt;
quid est, quod mali prauealent, affliguntur boni; & tunc, cum iram mali senserint,
& misericordiam boni, nunc uidentur sentire quodam modo iram, & mali gratiam?
Paulo post ad ista respondeam: nunc, quia tria haec, id est praesentia Dei, gubernatio
nem, atque iudicium, tribus his probaturum me promisi, hoc est ratione, exemplis,
ac testimoniis; quia ratione, & exemplis iam satis fecimus, superest ut testimoniis
declaremus. quauis exempla ipsa, quae diximus, haberi pro testimoniis debeant:
quia recte testimoniū esse dicitur, quo rerū ueritas approbatur. Quid igitur ex illis
30 rebus, quae supra dictae sunt, per testimonia sacra primū probari debet, praesentia,
an gubernatio, an ne iudicium? praesentia, opinor: quia uel recturus est, uel iudica-
turus. praesens igitur absque dubio esse debet, ut uel regere, quidquid illud est, uel
iudicare possit. loquens in suis uoluminibus sermo diuinus sic ait: In omni loco
oculi domini contemplantur bonos, & malos. Ecce habes praesentē, ecce intuen-
tem, ecce in omni loco, cura, ac prouisione uigilantē. iccirco enim bonos ab eo
considerari & malos dixit, ut probaret scilicet nihil ab eo negligi, quae ostenderet
uniuersa rimari. quod ut plenius capias; audi, quod in alio scripturarum loco idē
testatur spiritus sanctus. Oculi, inquit, domini super timentes eum, ut eripiat a
morte animas eorum, & alat eos in fame. Ecce cur aspicere iustos homines Deus
40 dicitur, utique ut conseruet, ut protegat. aspectus enim diuinitatis propitiae, mu-
nus est conseruationis humanae. nam & alibi idem diuinus spiritus sanctus, Ocu-
li, inquit, domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vide, qua benigni-
tate agere cum suis Deum scriptura dicit. in hoc siquidem, quod ait, oculos domi-
ni super iustos esse, affectus aspicientis ostenditur. in hoc autē, quod aures in pre-
cibus paratas, semper exaudientis largitas demonstratur. quauis per id, quod di-
cit, diuinas aures in precibus semper esse iustorum, non audientia tantū Dei, sed
quaedam quasi obedientia Dei designetur. quo modo enim in precibus iustorum di-
uinae aures sunt? quo modo, nisi ut semper audiant, nisi ut semper exaudiant, nisi
ut prompte audita tribuant, nisi ut illico exaudita concedant? semper ergo ad au-
diendas

B diendas

diendas sanctorum preces paratæ domini nostri aures, semper attentæ sunt. quam beati effemus omnes, si, quam promptâ erga nos Dei audientiam legimus, tam propte ipsi Deum audire uellemus. Sed forsitan dicis, hoc, quod aspicere Deus legitur iustos, parum prodesse causæ; quia non fit generalis diuinitatis intuitus, qui iustis tantum speciali benignitate tribuatur. Iam quidem superius facer sermo testatur, quia oculi domini contemplantur malos, & bonos: sed si hoc etiam nunc uis plenius probari; respice, quid sequatur. hoc enim subditur: Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Vides absque dubio, quia non potest queri, quod non aspiciat etiam iniustos Deus: quippe cum intelligis generalem quidem esse in omnes Dei uisionem, sed meritorum fidei dispersitate diuersam. boni quippe aspiciuntur, ut conferentur; mali, ut disperdantur: cum quibus utique partem & ipse habens, qui homines a Deo aspici negas, non solum uideri te a domino euidenter intellige, sed periturum quoque indubitanter agnosce. nam cū ad hoc sit uultus Dei super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum de generatione omni: necesse est, ut, qui aspiciere Dei uultum perfidia negas, aspicientis iram perditione cognoscas. Igitur de præsentia ac de aspectu Dei ista sufficiunt. Videamus, an, qui nunc respicit, regat: cum utique ipsa ratio aspiciendi causam in se habeat gubernandi: quia ad hoc non respicit, ut, cum aspexerit, negligat, qui scilicet per id ipsum non negligere intelligitur, quia respicere dignatur; præsertim cum superius facer sermo testatus sit, malos ad perditionem a deo aspici, bonos ad salutem. Hoc ipso utique dispensatio diuini gubernaculi demonstratur: hoc est enim iusta gubernatione regere, & singulos quosque homines pro meritorum diuersitate tractare. sed accipe tamen de hac re plenius testimonium. dicit ad Deum patrem in psalmo spiritus sanctus: Qui regis Israel, intende. Israel uidens Deum interpretatur: quem utique cum Christiani fide & corde uideant, qui fideliter credunt, licet gubernator omnium sit Deus, illis tamen peculiariter regimen præstari a Deo dicitur, qui regi peculiariter a diuinitate mereantur. unde & tu, quicumque ille es, si Christianus es, necesse est ut regi te a Deo credas. si autem gubernari te a Deo cum ceteris Christianis omnino non putas; necesse est extra omnes Christianos te esse cognoscas. Sed si illud, ut supra iam diximus, magis quæris, quod ad homines omnes, non quod ad solos pertineat Christianos: ecce euidenter dicit uolumen sacrum, cuncta quotidie nutu diuinitatis regi, & incessabiliter a Deo omnia gubernari. Ipse enim, inquit, diligit consilium, & disciplinam. nec est enim alius Deus, cuius cura est de omnibus. Cum sis ergo, inquit, iustus; iuste omnia disponis, & cum magna reuerentia disponis nos. Ecce habes iugiter disponentem Deum, iugiter gubernantem. quamuis in isto scripturæ loco non gubernatio tantum sacra, sed etiam dignitas declaretur humana. In hoc enim, quod ait, Disponit nos, uis diuinæ gubernationis; in hoc autem, quod, Cum magna reuerentia, culmen humanæ ostenditur dignitatis. Alibi quoque in propheta: Numquid non cælum, inquit, & terram ego impleo? Cur autem cuncta impleat, ipse declarat. Quia uobiscum sum, inquit; ut saluos faciam uos. Ecce enim non modo regimen suum dominus, & impletionem, sed etiam uim, ac beneficium ipsius adimpletionis ostendit. Hunc enim modum in se habet diuinitatis impletio, ut saluet ea, quæ adimplentur. et ideo in apostolorum Actibus beatissimus Paulus, In ipso, inquit, & uiuimus, & mouemur; & sumus. Plus absque dubio, quam gubernator est uitæ, in quo motus ipse uiuentis est. Non enim dixit, ab ipso nos, sed in ipso moueri, docens scilicet in sitam intra uirtutes sacras omnium nostrum esse substantiam: quia in ipso profecto uiuimus, a quo hoc ipsum ducimus, quod sumus. Sed & saluator

Psal. 33

Psal. 79

Sap. 12

Hiere. 23

Ez. 42

Act. 17

uator ipse in euangelio; Ecce ego, inquit, uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Non solum nobiscum se esse dixit, sed etiam omnibus diebus esse nobiscum. Tu eum, o ingrattissime homo, qui sine cessatione nobiscum est, nec curam, nec respectum habere dicis? Quid facit ergo nobiscum? numquid ad hoc nobiscum est, ut non respiciat, ut & negligat? Et quo modo sibi utrumque conuenit, ut, qui pietati præstat præsentiam, impietati tribuat incuriam? Ecce enim, inquit, uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Præclare scilicet affectum Dei interpretamur, si nos calumniamur ab eo iugiter negligi, cum ille nos a se testetur iugiter non relinquere. Ille per hoc ostendere uoluit, quod a nobis effectu & protectione iugiter non discederet, quia a nobis etiam præsentia non abesset: nos in contemptum nostri diuinam uertimus caritatem: nos amoris testimonia in odii argumenta mutamus. hoc enim, quod præsentem se esse dicit, odii magis testimonium esse uolumus, quam amoris. nã si absentem se dominus futurum esse dixisset, minus causari forsitan de incuria poteramus absentis: maioris contemptus res est, atque fastidii, si nos iugiter negligit, qui a nobis iugiter non recedit: & plus in se odii nostri habet, si ad hoc nobiscum semper permanet, ut, qui nos præsentia numquam deserit, semper repudiæ affectu. sed absit hoc de piissimo ac misericordissimo Deo credi, ut ad hoc semper nobis uoluerit assistere, ut nos maiore fastidio negligere uideretur assistens.

absit hoc scelus dici. nemo enim, puto, uel in toto humano genere tam malus est, qui ideo cum ullo hominum uelit esse, quia non amet, & ad hoc tantum uti præsentia sua cupiat, ut maiore odii frustra possit despiciere præsentem. ipsa uel doceat nos humana natura, uel uincat: si non ideo cum quocumque homine esse cupimus, quia eum, cum quo esse cupimus, diligimus. et quia utique diligimus, prodesse ei præsentiam nostram cupimus, quem amamus. Quod ergo etiam malo homini auferre non possumus, Deo tollimus: & peiorem pessimis hominibus Deum facimus, qui ad hoc futurum nobiscum se esse dixerit, ut fastidiosus nos negligeret, cum fuisset. Sed hæc hæc haftenus. superest, ut, quia testimoniis factis & respici, ac regi a Deo omnia iam probauimus, etiam iudicari plurima in hoc sæculo a diuinitate doceamus. Dauid sanctus cum a Nabale Carmelio contumeliæ pertulisset iniuriam, quia se ipse ulcisci distulit, ultionem statim Deo executore percepit. extincto itaque paulo post aduersario suo, & manu cælesti obruto, sic locutus est: Benedictus dominus, qui iudicauit causam opprobrii mei de manu Nabal. Eundem quoque cum fugasset e regno filius persecutor, iudex in breui dominus uindicauit: nec uindicauit tantum, sed cumulatus uindicauit, quam ipse uoluit, qui uindicabatur; ut ostenderet scilicet Deus, grauiorem sibi esse iniuriam iniusta tolerantium, quam tolerantibus suam. nam qui supra uotum eius uindicat, qui uindicatur; quid aliud uult intelligi, quam se ipsum in eo, quem sic ulciscitur, uindicare? Acto itaque in crucem non manufactam filio parricida, uindictam ei diuinitus attributam sic nunciatam refert sermo diuinus: Bonum apporto nuncium domine mi rex: iudicauit enim pro te hodie dominus de manu omnium, qui surrexerunt contra te. Vides, quo modo non rebus tantum, ut supra diximus, & exemplis, sed ipso nomine, atque appellatione iudicii, Deum etiam præsentem sæculo iudicare, diuinæ per sacros testes litteræ probant. Sed forsitan dicis, id specialiter sancto uiro a Deo præstitum, ut de aduersariis eius protinus iudicaret. Dies me deficiet, si de præsentibus in hoc mundo sententiis Dei; atque iudiciis dicere uelim: sed tamen, ut euidenter agnoscas, censuram suam & examen sacrum non tam personis præstare, quam causis; audi, quod iudex Deus, qui pro Dauid seruo suo sententiam assidue euidentem dedit, contra Dauid ipsum

Matth. 28

1. Reg. 25

1. Reg. 25

2. Reg. 18

sapius uindicare: et quidem hoc nō in multorum hominum negotio, aut, quod forsitan potuisset Deum magis mouere, sanctorum, sed in causa & unius hominis, & barbari. & ubi tantum uirum persona penitus aggrauauerat, nisi causa multasset? interfecto Vria Etheo, homine gentis impiæ, & nationis inimicæ, statim fit ad Dauid sermo diuinus: Vriam Etheum percussisti gladio: & uxorem illius accepisti uxorem tibi: & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Itaque hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua: & tollam uxores tuas in oculis tuis: & dabo proximo tuo. tu enim fecisti abscondite: ego uero faciam uerbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius. Quid dicis tu, qui non solum non iudicari quæcumque agimus, sed nec respici a Deo omnino credis? uides ne etiam a secreto illo, quo Dauid semel lapsus est, nequaquã Dei oculos abfuisse? Vnde & tu, qui, ad solatium arbitror peccatorum tuorum, considerari actus nostros a Deo non putas, ex hoc ipso & aspici te a Christo semper intellige, & puniendum forsitan propediem esse cognosce: quia etiam Dauid sanctum uides unum errorem suum nec secreto occultorū penetratum potuisse contingere, nec a præsentibus pœnis priuilegio saltem maiorum operum uindicare. quid enim ait ad eum dominus? Tollam uxores tuas in conspectu tuo: & gladius non recedet a domo tua usque in sempiternum. Vides, quam præsens accipiat tantus uir pro uno tantum errore iudicium. protinus culpam damnatio est secuta, & damnatio statim puniens, nihil reseruans, atque illico coercens reum, non in futurum differens reatum. Et ideo non dixit: quia fecisti hoc, uenturum iudicium Dei senties, & futuro gehennæ igne torquere: sed præsentia, inquit, tormenta senties, atque imminentem iam ceruicibus tuis diuinæ seueritatis gladium sustinebis. Et quid post hæc? agnoscit scilicet reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet: gemmas regias abdicat: crepantia auro textili indumenta deponit: purpura exiuit: diademate exoneratur: cultu & corde mutatur: totum regem cum ornatibus suis abiicit: prouidum pœnitentem cum patrocínio ambitiosi squaloris assumit: ieiunio exigitur: ariditate siccatur: fetur effunditur: solitudine carceratur. et tamen rex tanti nominis, sanctitate maior, quã potestate, prærogatiuis meritorum antecedentium supereminens, cum tanto habitu supplicet, non euadit. et hic tantus tam grandis fructus pœnitentiæ est, quod æternis quidem piaculis non addicitur, sed in præsentia tamen ueniam non meretur. Denique quid pœnitenti propheta ait? Quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter uerbum hoc filius, qui ex te natus est, morietur. Præter pœnam acerbæ orbitatis, etiam hunc addi piissimo patri intellectum summi supplicii Deus uoluit, ut dilectissimo filio causa mortis pater ipse existeret, qui doleret, cum utique natum ex crimine puerum crimen ipsum occideret, quod creasset. Hoc ergo primum est diuinæ animaduersionis exordium, primum utique, non solum: secuta namque ærumnarum ingentium longa series, atque a domo eius iugis admodum malorū continuatio nō recessit. Thamar Ammonis furore corrumpitur, Ammon ab Absalone iugulatur. scelus quidem grande ab uno fratre committitur, sed peius tamē ab alio uindicatur, inter hæc pater Dauid facinore utriusque punitur: duo filii peccant, sed tres duorum scelere perduntur. in Thamar enim uirginitas amittitur: in Ammone etiã Absalonis perditio lugetur. Et quidem nescias, quem de filiis duobus tam bonus pater potissimum amiserit, illum, qui manu fratris occisus est in hoc sæculo, an illum, qui sua periit in futuro. Iam uero hinc iuxta uerbum Dei inæstimabilis mali cumulus: insidias diu pater a filio patitur, regno pellitur, & ne occidatur, profugus abscedit. Impurior, nescias, an

an cruentior filius: quia interficere patrem non potest parricidio, foedat incestu, & quidem incestu, præter incesti nefas, per industriam accumulandi sceleris elato: cum utique facinus, quod etiam secreta abominabile facerent, persecutor parentis publice perpetraret: scilicet ut feralissimo crimine non pater tantum absens deformaretur, cum oculi etiã totius orbis publico foedarentur incestu. Iam si addenda est & ipsius fugæ facies, quale illud fuit, cum tãtus rex, tanti nominis, cunctis regibus altior, mundo maior, omnes admodum suos cum paucissimis suis fugeret, in comparatione dudum sui egestuosus, in comparatione sui solus: fugiens cum metu, cum dedecore, cum luctu: operto, inquit scriptura, capite, & nudis pedibus incedens: super istis, prioris status a se ipso exulans, pœnæ iam post se uiuens: deiectus usque in seruorum suorum uel, quod graue est, contumeliam, uel, quod grauius, misericordiam; ut uel sibi compateretur, uel maledicere ei publice non timeret: ita Dei iudicio a se alter effectus, ut ei, quæ timuerat totus orbis, unus in faciem insultaret inimicus. Vbi sunt, qui a Deo respici res humanas negant? ecce quoties testes sacri in persona unius hominis non respexisse tantum-moclo Deum, uerum etiam iudicasse docuerunt. Et cur hæc omnia? cur utique, nisi ut intelligeremus, eandem futuram semper in mundo censuram, & coercitorem Dei, quæ fuisset? & ideo etiam sanctos homines quodã iudicio Dei legimus castigatos, ut iudicandos nos, Deo iudice, etiam præsentis sæculo nosceremus: quia sicut Deus semper est, sic iustitia Dei semper: sicut omnipotentia domini indeficiens, sic censura indeuitabilis: sicut Deus iure perpetuus, sic iustitia perseuerans: & ideo omnes admodum sancti in libris sacris inter discriminum imminentium moras, & persecutorum gladios constituti, præsens iudicium Dei postulant. sic enim iustus dicit in psalmo: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Quod ne ad futurum Dei iudicium trahi possit, subdit statim: Ab homine iniquo & doloso eripe me. Præsens utique iudicium Dei postulat, qui liberari se de manu persecutoris implorat. Et bene pro cōscientia bonæ causæ non tam suffragium domini, quã iudicium deprecatur; qui bonæ causæ semper optimum suffragium tribueret, si cum iustitia iudicaretur. Alibi quoque hoc euidentissime indicat: Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes me: Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Vides etiam hoc loco non futuri examinis seueritatē, sed censuram præsentis iudicii postulari. hoc est enim, quod ait: Apprehende scutum, & corripe gladium, scutum scilicet ad protectionem, gladium ad ultionē: non quia hoc iudicans Deus egeat apparatu: sed quia in hoc sæculo hæc terribilium rerū nomina, terribilium iudiciorū sunt instrumenta: ad humanã intelligentiam humanarum rerum significationibus loquens, quia iudicari ac uindicari se de aduersariis precabatur: per instrumenta terrenæ istius ultionis, iram diuinæ animaduersionis expressit. Denique alibi propheta idē, quid inter præsens & futurum iudicium Dei esset, ostendit. quid enim de censura præsentis examinis dicit ad dominum? Sedes super thronum, qui iudicas æquitatē. Quid autē de futuro æternoq. iudicio? Iudicabit, inquit, orbē terræ in æquitate. Et iterum: Iudicabit populos cū iustitia. ipsis scilicet uerbis præsentis temporis & futuri, tempus iudicii utriusque distinxit: ut enim præsens iudiciū ostenderet, Iudicas, posuit: ut autē futurum distingueret a præsentibus, subiecit postea, Iudicabit. Hæc igitur de cura erga nos Dei & gubernaculo, & iudicio, ratione, exemplis, testimoniis satis est probasse, maxime quia etiã, quæ post hoc secutura sunt, ad ipsum omnia pertinebunt. nunc si a Deo, cuius negotium agimus, uires ad agendum acceperimus, ea, quæ contra hæc ab aduersariis dici solent, & proferre simul, & refutare tentabimus.

SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER TERTIVS.

Matth. 7

BENE se res habet: iacta sunt fundamenta operis pia molitione coepti, & diuini officii amore suscepti: & ideo nō sunt solubili luto posita, nec temporali lapide constructa, sed sacrarum expensarum confectioe ualida, & diuini magisterii arte firmata: quæ, ut ipse in euangelio Deus dicit, nec uentis possint furentibus concuti, nec alluione fluminum subruui, nec pluuiarum infusione dissolui. cum enim hoc opus manus quodam modo diuinarum uoluminum instruxerit, & cælestium scripturarum cōpago solidarit; necesse est tam firma hæc per dominum Iesum Christum esse, quæ facta sunt, quæ firma illa sunt, quæ fecerunt ædificium. itaque hoc naturā status sui de stirpe sumet, & labefactari saluis auctoribus suis non potest. sicut enim in terrenis ædificiis deiicere parietes nullus potest, nisi prius lapides & cementa deiecerit: sic ædificium, quod struximus, dissoluere nullus ualet, nisi id, unde structum, & cōsummatum, ante dissoluerit: quod quia labefactari utique nequaquā potest; recte etiam a nobis incolumitas ædificii præsumitur, cuius status subsidiis immortalibus continetur. Quæritur itaque, cum hæc sint ita, si totum, quod in hoc mundo est, cura, & gubernaculo, & iudicio Dei agitur, cur melior multo sit barbarorum condicio, quā nostra; cur inter nos quoque ipsos fors bonorum durior, quam malorum; cur probi iaceant, improbi conualecant; cur iniquis uel maxime potestatibus uniuersa succumbant. Possum quidem rationabiliter, & satis constanter dicere: Nescio secretum, & consilium diuinitatis ignoro: sufficit mihi ad causæ huius probationem diuini cælestis oraculum. Deus a se, ut libellis superioribus iam probauimus, omnia dicit aspici, omnia regi, omnia iudicari. si scire uis, quid tenendum sit, habes literas sacras: perfecta ratio est, hoc tenere, quod legeris. qua causa autem Deus hæc, de quibus loquimur, ita faciat, nolo a me requiras. homo sum: non intelligo secreta Dei: inuestigare non audeo, & ideo etiam attentare formido: quia & hoc ipsum genus quasi sacrilegæ temeritatis est, si plus scire cupias, quā finaris: sufficit, quod tibi Deus a se agi, ac dispensari cuncta testatur. quid me interrogas quare alter maior sit, alter minor; alter miser, alter beatus; alter fortis, alter infirmus: qua causa quidē hæc Deus faciat, non intelligo; sed ad plenissimā rationem abunde sufficit, quod a Deo agi ista demonstro. sicut enim plus est Deus, quam omnis humana ratio: sic plus mihi uideri debet, quam ratio, quod a Deo agi cuncta cognosco. nihil ergo in hac re opus est, nouū aliquid audire: satis sit pro uniuersis rationibus auctor Deus: nec licet ut de iis, quæ diuino aguntur arbitrio, aliud dicas iustum, aliud iniustum: quia quidquid a Deo agi uides, atque conuinceris, necesse est plus quam iustum esse fatearis. Hæc ergo de gubernaculo Dei, atque iudicio expeditissime ac fortissime dici possunt. neque enim necesse est, ut argumentis a me probetur, quod hoc ipso, quia a Deo dicitur, comprobatur. itaque cum legimus dictum a Deo, quia aspiciat iugiter omnem terram; hoc ipso probamus quod aspiciat, quod aspiciere se dicit: cum legimus, quod regat cuncta, quæ fecit; hoc ipso approbamus quod regit, quia se regere testatur: cum legimus, quod præsentis iudicio uniuersa dispenset; hoc ipso est euidentis quod iudicat, quia se iudicare confirmat. alia enim omnia, id est humana dicta, argumentis & testibus egent: Dei autem sermo ipse sibi testis est: quia necesse est, quidquid incorrupta ueritas loquitur, incorruptum sit testimonium ueritatis. Sed tamen, cum per scripturas

scripturas sacras scire nos quasi de arcano animi & mentis suæ quædam uoluerit Deus noster, quia ipsum quodam modo scripturæ sacræ oraculum Dei mens est, quidquid uel agnosci per suos, uel prædicari Deus uoluit; non tacebo: unum quamuis prius, quam loqui ordiar, scire cupiam; cum Christianis mihi loquendum, an cum paganis sit. si enim cum Christianis: probaturum me, quod ago, esse non dubito. si autem cum paganis: probare contemno: non quia deficiā in probatione: sed quia profuturū, quod loquor, esse despero. infructuosus quippe est & inanis labor, ubi non recipit probationem prauus auditor, sed tamen, quia esse nullum omnino arbitror Christiani nominis hominem, qui non se Christianum uideri uelit: ego cum Christiano agam. quamuis enim quis impiæ ac paganicæ infidelitatis sit: mihi tamen satis est, a Christiano probari, quod dico. Causaris igitur, quid sit istud, quod Christiani, qui Deum credimus, omnibus inferiores sumus. Sufficere mihi ad respondendum hoc loco poterat, quod apostolus ad ecclesias dicit: Nemo moueatur in tribulatione: ipsi enim scitis, quoniam in hoc positi sumus. Et ideo cum in hoc positos nos esse apostolus dicat, ut ærumnas, ut miseras, ut tristitias perferamus: quid mirū est, si mala cuncta perferimus, qui ad toleranda uniuersa militamus? sed quia multi ista non sapiunt; & putant homines Christianos hæc quasi stipendia fidei suæ a Deo capere debere, ut, quia sint cunctis gentibus religiosiores, sint cunctis etiam fortiores: acquiescamus opinioni eorum, atque sententiæ. Sed uideamus, quid sit, Deum fideliter credi. qui enim tam magnam credulitatis, & fidei mercedem in hoc sæculo esse uolumus; qualis credulitas, aut fides ipsa esse debeat, considerare debemus. Quid est igitur credulitas, aut fides? opinor, hominem fideliter Christo credere, id est fidelem Deo esse, hoc est fideliter Dei mandata seruare. sicut enim serui hominum diuitum, aut procuratores, quibus uel supellectilis copiosa, uel cellaria opulenta creduntur, fideles absque dubio dici non queunt, si res traditas deuorent: sic profecto etiam Christiani homines fideles nō sunt, si bona sibi a Deo assignata corrumpent. Quæritur forsitan, quæ sunt bona, quæ Deus Christianis hominibus assignet. quæ? nisi omnia, per quæ credimus, id est per quæ omnia Christiani sumus, primum scilicet legem, deinde prophetas, tertio euangelium, quarto apostolicas lectiones, postremum generationis nouæ munus, sancti baptismatis gratiam, diuini chrisimatis unctionem: scilicet ut, sicut apud Hebræos quondam, id est peculiarem ac propriam Dei gentem, cum iudiciarius honor in potestatem regiam descendisset, probatissimos ac electissimos uiros per unguentum regium uocauit in regnum; sic omnes homines Christiani, cum post chrisma ecclesiasticum omnia Dei mandata fecissent, ad capiendum laboris præmium uocarentur ad cælum. Cum ergo ista sint omnia, per quæ fides constat; uideamus, quis tanta hæc fidei sacramenta custodiat, ut fidelis esse uideatur: quia infidelis, ut diximus, sit necesse est, qui fidei commissa non seruat. Et quidem non quæro, ut cuncta faciat, quæ testamenta duorum temporum iubent: remitto censuram legis antiquæ: remitto has prophetarum minas, etiam quæ omnino remitti non possunt, uel apostolicorum librorum seuerissimam institutionem, uel euangelicorum uoluminum plenam omni perfectionis genere doctrinam. paucissimis saltem præceptis Dei quis obsequatur, interrogo. nec illa dico, quæ ita multi refugiunt, ut pæne execrentur: tantum apud nos honor, & reuerentia Dei proficit, ut quæ in deuotione non facimus, etiam odio digna esse dicamus. Denique hoc, quod saluator cogitare nos de castino prohibuit, quis audire dignatur? quod contentos singulis tunicis iubet esse, quis recipit? quod ambulare excalceatos præcipit, quis non modo faciendum, sed uel ferendum arbitratur? itaque & ego ista prætereo.

Matth. 10

in

in hoc enim fides, per quam confidimus, recidit, ut, quæ dominus nobis salutaris esse uoluit, nos superflua iudicemus. Diligite, inquit saluator, inimicos uestros: benefacite iis, qui uos oderunt: & orate pro persequentibus, & calumniantibus uos. Quis hæc omnia facit? quis pro inimicis suis orat, istaque, quæ Deus iussit, non dico uotis, sed uerbis saltem agere dignatur? aut, etiam si quis se cogit ut faciat, facit tamen ore, non mente: præstat quidem uocis officium, sed animi non mutat affectum: ac per hoc etiam, si pro aduersario suo orare se cogit, loquitur, non precatur. Longum est de singulis dicere: sed adhuc tamen aliquid addā, ut intelligamus nos non modo non omnibus Dei obtemperare uerbis, sed nullis pæne illius obedire mandatis. Et ideo apostolus clamat: Nam qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, se ipsum seducit. Hoc enim ad crimina nostra addimus, ut, cum in omnibus rei simus, etiam bonos nos & sanctos esse credamus, ac sic in nobis cumulentur iniquitatis offensæ, etiam præsumptione iustitiæ. Qui odit, inquit apostolus, fratrem suum, homicida est. Intelligere ergo possumus, multos esse homicidas, qui se innoxios putant: quia, ut uidemus, homicidium non solum tantummodo occidentis manu, sed etiam odientis animo perpetratur. unde est, quod saluator mandati huius normam censura adhuc seueriore cumulauit, dicens: Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Ira mater est odii, et ideo saluator excludere iram uoluit, ne ex ira odium nasceretur: Si ergo non solum odium, sed etiam ira nos in Dei iudicio reos faciet; euidenter agnoscerimus, quod, sicut nullus omnino est immunis ab iracundia, sic nullus omnino immunis esse poterit a reatu. Persequitur autem dominus quasi fibras præcepti istius; & omnes penitus frutices ac ramusculos secans, ait: Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis: qui dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio. Racha quod genus sit contumeliæ, multi nesciunt: fatuitas autem quam iniuriose obiiciatur, optime norunt. et ideo scientia sua potius homines, quam ignorantia utentes, malunt reatus suos per id conuicium, quod sciunt, diuinis ignibus, quam per id, quod nesciunt, humanis conciliis expiari. Quæ cum ita sint; & cum hæc omnia, quæ iubentur a domino, non modo a nobis omnino non fiant, sed pæne in diuersum omnia fiant: quando maiora illa faciemus? Qui enim, inquit saluator, non renunciauerit omnibus, quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Et qui non tulerit crucem suam, & secutus me fuerit, non est me dignus. Et qui se Christianum dicit, debet, quemadmodum Christus ambulauit, sic & ipse ambulare. Quæ nõ modo illos, qui uoluptates & pompas sæculi sequuntur, sed ne illos quidem implere certum est, qui sæcularis amoris ius derelinquunt. nam & qui renunciare diuitiis uidentur, non sic renunciant, ut penitus renunciaffe uideantur: & qui putantur crucem portare, sic portant, ut plus habeant in cruce dignitatis, quam in passione supplicii. et omnes tamen isti, etiam si aliquid horum bona fide implerent, illud absque dubio nullus efficeret, ut per uiam uitæ istius sic incederet, sicut saluator incessit. Qui se enim, inquit apostolus, dixit in Christo manere, debet, quemadmodum Christus ambulauit, sic & ipse ambulare. Sed dura quidam forsitan putant apostolorum esse præcepta. Dura pæne existimanda sunt, si plus ab aliis officiorum exigunt, quam sibi sumunt. porro autem, si multo minus ceteris imperatur, quam sibi; non modo non graues magistris, sed parentes indulgentissimi iudicandi sunt, qui onera, quæ ceruicibus filiorum per amoris indulgentiam detrahunt, sibi per affectum religionis imponunt. quid enim ab uno ex ipsis ad apostolos ecclesiasticos dicitur? Filioli, inquit, mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Et rursum: Imitatores, inquit, mei estote, sicut & ego Christi. Nobis hoc imperat, ut se imitemur;

remur; qui sibi hoc imposuerat, ut Christi esset imitator. et quod quidem ipse Christum imitatus sit, nullum dubium est. Christus enim se pro nobis subdidit mundo: & se ipse pro Christo. Christus pro nobis tædia, & labores grauissimos pertulit: & ipse pro nobis, & ipse pro Christo. Christus pro nobis contumelias passus est: & hoc ipse pro Christo. Christus pro nobis passionem, mortemque tolerauit: & hoc ipse pro Christo. et ideo non sine causa meritorum suorum conscius dicit: Certamen bonum certavi: fidem seruauit: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Itaque cum ille Christum sic imitatus sit, uideamus, quis nostrum apostoli imitator appareat, scribit enim de se ipso primum, quod nulli umquam deerit offensionem, sed in omnibus exhibuerit se sicut Dei ministrum, in patientia multa, in tribulationibus, in necessitatibus, in plagis, in carceribus, in lacerationibus. Et alibi, dum se aliis comparat, sic ait: In quo quis audeat, (in insipientia dico) audeo & ego. ut minus sapiens dico, plus ego. in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. a Iudæis quinque quadragenas una minus accepi: ter uirgis cæsus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci. Sane et si de ceteris, quas dicit, uirtutibus apostolicis nihil facimus: in hoc tamen uno, ubi apostolus ter naufragasse se dicit, etiam uincere possumus. non enim ter tantummodo naufragauimus, quorum pæne omnis uita naufragium est. intantum quippe uitiose ab omnibus uiuitur, ut prope nullus Christianorum sit, qui non iugiter naufragare uideatur. Sed dicit fortasse aliquis, non id esse nunc temporis, ut pro Christo perferamus, quæ tunc apostoli pertulerunt. Verum est, nõ enim sunt principes pagani, non tyranni persecutores, non sanguis sanctorum funditur, nec fides supplicii comprobatur. Contentus Deus noster est, ut ei pax nostra seruiat; ut sola ei immaculorum actuum puritate & uitæ incontaminabilis sanctitate placeamus. quo plus ei fides, & deuotio nostra debet, quia minora a nobis exigit, & maiora concessit. et ideo cum & principes Christiani sint; & persecutio nulla sit; & religio non inquietetur: qui ad probandum fidem experimentis durioribus non compellimur, inferioribus saltem officiis domino plus placere debemus. probat enim etiam in maioribus, si res exigat, executorem se idoneum fore, a quo minora complentur. Dimittamus ergo illa, quæ beatissimus Paulus pertulit, immo quæ in libris postea de religione conscriptis omnes admodum Christianos legimus pertulisse; qui ad cælestis regni ianuam gradibus poenarum suarum ascendentes, scalas sibi quodam modo de eculeis catastisque fecerunt. uideamus, si in illis saltem religiosæ deuotionis obsequiis, quæ minor atque communia in summa quiete & omni tempore omnes Christiani obire possumus, præceptis dominicis respondere tentamus. Iubet Christus, ne litigemus. quis iubenti obtemperat? nec solum iubet, sed intantum hoc iubet, ut ea ipsa nos, de quibus lis est, relinquere iubeat, dummodo litibus exuamur. Si quis enim, inquit, uoluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere; relinque ei & pallium. Interrogo, qui sint, qui spoliatis aduersariis cedant, immo qui sint, qui aduersarios suos non spoliare contentur. tam procul enim abest, ut cum tunicis etiam alia relinquamus, ut, si quo modo possumus, pallium simul aduersariis tunicaque tollamus. tam deuote enim mandatis dominicis obedimus, ut non sufficiat nobis, quod aduersariis nostris etiam minima uestimentorum nostrorum parte non cedimus, nisi eis, quantum in nobis est, si res sinat, cuncta rapiamus. Iungitur autem præcepto huic par & consimile mandatum, quo ait dominus: Qui percusserit te in dextram maxillam, præbe ei & alteram. quantos putamus esse, qui dicto huic uel aures modeste præbeant, uel certe, etiam si id facere uidentur, animis acquiescant? aut quotusquisque est, qui si

Matth. 5

Luc. 12

1. Cor. 10

ictum unum acceperit, multos pro uno reddat? tantum ab illo abest, ut cædenti maxillâ præbeat, ut tum se uincere putet, non quando aduersarium uapulando, sed quando cædendo superauerit. Quæ uultis, inquit saluator, ut faciant uobis homines, eadem & uos facite illis similiter. Huius sententiæ partem tam bene nouimus, ut numquam prætereamus; partem sic prætermittimus, quasi penitus nesciamus. Nam quid ab aliis præstari nobis uelimus, optime nouimus: quid autem ipsi aliis debeamus præstare, nescimus. atque utinam nesciremus: minor esset ignorantia reatus, secundum illud: Qui nescit uoluntatem domini sui, uapulabit paucis: qui autem scit, & non facit eam, uapulabit multis. Nunc autem maior in hoc offensa est, quod partem sententiæ sacræ pro commodorum nostrorum utilitate deligimus, partem pro Dei iniuria prætermittimus. Exaggerat quoque hoc Dei uerbum officio prædicationis suæ apostolus Paulus, dicens: Nemo, quod suum est, quærat, sed quod alterius. Et iterum: Non quæ sua sunt, inquit, singuli cogitantes, sed ea, quæ aliorum. Vides, quam fideliter præcepta Christi fuerit executus, ubi, cum saluator sic nos pro aliis, sicut pro nobis, iusserit cogitare, ille plus aliorum nos commodis iussit consulere, quam nostris: boni scilicet domini bonus famulus, & singularis magistri præclarus imitator, qui in uestigiis domini sui ambulans, potentiora quodam modo & expressiora pedibus suis fecit domini sui esse uestigia. Quid ergo horum facimus Christiani, quod Christus, an quod apostolus iubet? puto omnino, quod neutrum. tantum abest, ut aliorum commodis aliquid cum propria incommoditate præstemus, ut omnes uel maxime nostris commodis cum aliorum incommodo consulamus. Sed eligere forsitan maiora quæque uidemur, quæ nullus impleat, & ut ipsi putant, implere omnino non possint, & præterire alia, quæ & impleri queant, & ab omnibus impleantur. Sed primum illud considerandum est, quia nulli seruorum licet, ex iis, quæ dominus suis imperat, eligere pro arbitrio, quid uelit facere, quid nolit, & insolentissima abusione, quod placuerit, assumere, quod displicuerit, repudiare; maxime cum & terrestres domini nequam æquo animo tolerandum putant, si iussiones suas serui ex parte audiant; & ex parte contemnant; & pro libidine sua, quæ putauerint facienda, faciant; quæ putauerint conculcanda, conculcent. si enim pro arbitrio suo serui dominis obtemperant: ne in iis quidem, in quibus obtemperauerint, obsequuntur. quando enim seruus ex domini sui iussu ea facit tantummodo, quæ uult facere; iam non dominicam uoluntatem implet, sed suam. Si ergo nos, qui homunculi imbecillissimi sumus, contemni tamen a seruis nostris omnino nolumus; quos etsi nobis seruitutis condicio infirmiores, humana tamen fors reddit æquales: quam inique cælestem dominum contemnimus, qui cum homines ipsi simus, contemnendos nos tamen a nostræ condicionis hominibus non putamus. nisi tanti fortasse consilii, ac tam profundæ intelligentiæ sumus, ut, qui pati iniurias seruorum nolumus, subditum iniuriis nostris Deum esse uelimus; & quæ ipsi toleratu humano indigna credimus, Deum a nobis digne hæc tolerare credamus. At per hoc si qui sunt, ut ad superiora redeamus, qui de maioribus nos Dei præceptis dicere existiment, & minora reticere; superflue queri intelligendi sunt. neque enim iusta causatio est, cur proferantur aliqua, ubi facienda sunt omnia. sicut enim dominorum carnalium seruis eligere, ut iam dixi, omnino non licet, quæ ex præceptis herilibus faciant, aut quæ non faciant: sic nos, qui serui nostri domini sumus, illicitum omnino existimare debemus, ut uel illa, quæ placent, pro animi oblectatione sumamus, uel illa, quæ displicent, pro superbiæ abusione calcemus. Sed acquiescamus tamen iis, qui ex præceptis dominicis iccirco forsitan nos uolunt maiora dicere

dicere, quia se putant minora complere; non quia sufficiat ad salutem, si maioribus spreto minora faciamus, secundum illud: Quicumque totam legem serauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. ac per hoc licet nobis non sufficiat, parua ac minima quæque facere; acquiesco tamen ego minora dicere, ut ostendam, maximam Christianorum omnium partem ne exigua saltem ac minima fecisse. Iussit saluator noster, ut Christiani non iurarent. plures inuenies, qui sapius periurent, quam qui omnino non iurent. Iussit quoque, ut nemo malediceret. cuius sermo non maledictio est? prima enim semper tela irarum maledicta sunt: & quidquid non possumus imbecilli, optamus irati: ac sic in omnium indignantium motu uotis malis pro armis utimur. unde unusquisque hominum euidentissime probat, quidquid fieri aduersariis suis optat, totum se uelle facere, si possit. Sed uidelicet, quia omnes hac improbitate linguarum facile utimur, qui iussis dominicis obtemperamus, iccirco etiã apud Deum facile hoc putamus esse, qui iussit: Maledici, inquit sermo diuinus, regnum Dei non possidebunt. Hinc ergo intelligere possumus, quam grauis sit, & perniciofa maledictio, quando, etiam si alia bona affuerint, sola excludit a celo. Inuidiam iussit procul esse a nobis: at nos econtra, non extraneis tantum, sed etiam proximis inuidemus; nec solum inimicos, sed etiam amicos liuore perfundimus. adeo prope in omnium sensu hoc malum regnat: adeo efuriendi libido terminum habet, detrahendi libido terminum non habet. nam sæpe admodum cibo, numquam detractione saturamur. Sed forsitan leuis pœna istius labis est. Detrahens, inquit scriptura sacra, eradicabitur. Grauis profecto & tremenda animaduersio, sed tamen nulla correctio. dummodo enim unusquisque hominum alium lacerare non desinat, tanti putat, ut etiam sibi ipse non parcat: sed digna plane mali istius retributio est, quæ solum persequitur auctorem. illi enim nihil nocet penitus, cui detrahit: tantummodo illum punit, a cuius ore procedit. Sed delirare, opinor, uidemur ista repetendo. et fero, ut nos delirare uideamur. Numquid delirauit dominus, qui præcepit: Omnis enim, inquit per apostolum suum, clamor auferatur a uobis cum omni malitia? Vtrumque quidem hoc in nobis iugiter perseverat, sed tamen magis malitia, quam clamor. Clamor quippe non semper est in oribus nostris, malitia autem semper in cordibus nostris. ac per hoc puto, quod, etiam si in nobis clamor desineret, tamen malitia permaneret. Sine murmuratione quoque & querela nos Deus noster esse præcepit. Quando hæc in humano genere non fuerunt? si æstus est, de caliditate causamur: si pluuia, de inundatione conquerimur: si infecundior annus est, accusamus sterilitatem: si fecundior, uilitatem: adipisci abundantiam cupimus, & eandem adepti accusamus. quid dici hac re improbius, quid contumeliosius potest? etiam in hoc de misericordia Dei querimur, quia tribuat quod rogamus. Abesse a seruis suis omne omnino, etiam oculorum, scandalum Deus præcepit. et ideo si quis, inquit, uiderit mulierem ad concupiscendum; iam mœchatus est eam in corde suo. Hinc intelligere plene possumus, quam castos nos esse saluator iusserit, qui etiam licentiam uisionis abscidit. sciens enim fenestras quodam modo esse nostrarum mentium, Iumen oculorum, & omnes improbas cupiditates in cor per oculos, quasi per naturales cuniculos, introire; extinguere eas penitus foris uoluit, ne intus orirentur, & letaliter crescentibus fibris conualescerent fortasse in animo, si germinassent in uisu. Iccirco itaque ait dominus, petulcos impudicorum hominum intuitus noxia adulterii non carere, scilicet, ut qui bona fide fugeret adulterium, custodiret aspectum. perfecta siquidem ac sincerissima sanctitatis uolens cultores suos facere saluator, iussit ab iis cautissime etiam minima uitari; & ut, quam pura est pupilla

Mar. 9

pupilla oculi, tam pura esset Christiani hominis uita: & sicut salua intuitus incolumitate, pulueris labem in se oculus non reciperet; sic uita nostra labem in se penitus impudicitiae non haberet. unde est illud etiam, quod in sequentibus ait dominus: Si scandalizat te oculus tuus, erue eum: et si scandalizat te manus tua, abscinde eam. expedit tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Si igitur, iuxta Dei uerbum, in gehennam scandalis trahimur: recte profecto, ut gehennam uitare possimus, etiam manibus nostris oculisque multamur: non quod membris suis quis priuare se debeat: sed, quia tam necessariae nobis sunt quaedam domesticorum obsequiorum necessitudines, ut his quasi oculis, interdum autem quasi manibus utamur, recte nobis praesentium ministeriorum officia subtrahimus, ne aeterni ignis tormenta patiamur. ubi enim de ministerio agitur, & uita, rectius profecto Christiano est, ministerio carere, quam uita. itaque cum in omnibus his, quae diximus, obedire nos sibi dominus noster iusserit: ubi sunt, qui aut in uniuersis mandatis Deo, aut certe uel in paucissimis obsequantur? ubi sunt, qui aut inimicos diligant, aut persecutibus benefaciant, aut malos in bono uincant, qui maxillas caedentibus praebent, qui spoliantibus res suas sine lite concedant? quis est, apud quem delectationi penitus nihil liceat, qui conuicio suo neminem laedat, qui silentio os coerceat, ne in amaritudinem maledictionis erumpat, quis est qui faciat haec minima? ut non dicam illa, de quibus diximus paulo ante, maiora. Quae cum ita sint; & cum a nobis nil penitus dominicae iussionis fiat: quid est quod nos queramus de Deo, cum queri magis Deus de nobis omnibus possit? quare ratio est, ut doleamus nos non audiri a Deo, cum ipsi Deum non audiamus? & susurremus non respici a Deo teras, cum ipsi non respiciamus ad caelum? & molestum sit despici a domino preces nostras, cum praeccepta eius despiciantur a nobis? Fac nos pares domino nostro esse: quis est iustae querimoniae locus, hoc pati quemquam, quod fecerit? saluo eo, quod probare facile possum, nequaquam nos pati illa, quae facimus, & mitius multo nobiscum Deum agere, quam nos cum Deo. sed interim tamen hac agamus lege, qua coepimus. sic enim etiam ipse dominus dicit: Clamaui ad uos, & non audistis me: & uos clamabitis ad me, & non exaudiam uos. quid enim dignius, aut quid iustius? non audiuimus, non audimur: non respeximus, non respicimur. quis rogo ex carnalibus dominis hac cum suis lege agere contentus est, ut contemnat tantummodo seruos suos, qui fuerat ab eis ipse contemptus? quamquam nos non hac solum iniuria contemnamus Deum, qua contemni a seruis suis curiales solent: quia seruorum hic contemptus est maximus, si non faciant, quod iubetur. Porro autem nos omni studio, omni nisu, non solum iussa non facimus, sed contra id facimus, quod iubemur. Iubet enim Deus, ut omnes nobis inuicem cari simus. omnes autem nos mutua infestatione laceramus. Iubet Deus, ut cuncti egentibus sua tribuant. cuncti admodum aliena peruadunt. Iubet Deus, ut omnis, qui Christianus est, etiam oculos castos habeat. quotusquisque est, qui non se luto fornicationis inuoluat? et quid plura? graue, & luctuosum est, quod dicturus sum. Ipsa Dei ecclesia, quae in omnibus debet esse placatrix Dei, quid est aliud, quam exacerbatrix Dei? aut praeter paucissimos quosdam, qui mala fugiunt, quid est aliud, praeter omnes coetus Christianorum, quam sentina uitiorum? quotum enim quemque inuenies in ecclesia non aut ebriosum, aut helluonem, aut adulterum, aut fornicatorem, aut raptorem, aut ganeonem, aut latronem, aut homicidam? & quod his omnibus peius est, prope haec cuncta sine fine. Interrogo enim Christianorum omnium conscientiam. ex his uel flagitiis, uel sceleribus, quae nunc diximus, quotusquisque hominum non aliquid est eorum? aut quotusquisque non

Prou. 1
Mich. 3
Psal. 17

non totum? facilius quippe inuenias, qui totum sit, quam qui nihil. & quod diximus nihil, nimis forsitan grauis uideatur esse censura. plus multo dicam. facilius inuenias reos malorum omnium, quam non omnium: facilius maiorum criminum, quam minorum: id est facilius, qui & maiora crimina cum minoribus, quam qui minora tantum sine maioribus perpetrarint. in hanc enim probrositatem morum prope omnis ecclesiae plebs redacta est, ut in cuncto populo Christiano genus quodam modo sanctitatis sit, minus esse uitiosum. itaque ecclesias, uel potius templa, atque altaria Dei minoris reuerentiae quidam habent; quam cuiuslibet minimi ac municipalis iudicii domum. siquidem intra ianuam non modo illustrium potestatum, sed etiam praesidum, aut praepositorum, non omnes passim intrare praesumunt, nisi quos aut iudex uocauerit, aut negotium traxerit; aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit: ita ut, si quispiam ingressus insolenter fuerit, aut caedatur, aut propellatur, aut aliqua uerecundia, atque exstimationis suae labe multeretur. in templa autem, uel potius in altaria, atque in sacra Dei passim omnes sordidi, ac flagitiosi, sine ulla penitus reuerentia sacri honoris, irrumpunt: non quia non omnes ad exorandum Deum currere debeant: sed quia, qui ingreditur ad placandum, non debet egredi ad exacerbandum: neque eiusdem officii est, indulgentiam poscere, & iracundiam prouocare. nouum siquidem monstri genus est. eadem pane omnes iugiter faciunt, quae fecisse se plangunt. et qui intrant ecclesiasticam domum, ut mala antiqua desint, exeunt. ecquid dico, exeunt? in ipsis pane haec orationibus suis ac supplicationibus molliuntur. aliud quippe ora hominum, aliud corda agunt: & dum uerbis praeterita mala plangunt, sensu futura meditantur: ac sic oratio eorum rixa est magis criminum, quam exoratrix: ut uere illa in eis scripturae maledictio compleatur, ut de oratione ipsa exeant condemnati, & oratio eorum fiat in peccatum. Denique, si uult quispiam scire, quid in templo huiusmodi homines cogitauerint; uideat, quid sequatur. siquidem, consummatis sollempnibus sacris, statim ad consuetudinaria omnium studia discurrunt, alii scilicet ut furentur, alii ut inebrientur, alii ut fornicentur, alii ut latrocinentur: ut euidenter appareat, hoc eos esse meditato, dum intra templum sunt, quod, postquam egressi fuerint, exequantur. Sed uidelicet haec cuncta mala, & omnium uitiorum probrositatem, quam supra dixi, ad seruos fortasse quidam, & ad abiectissimos quosque homines referendam putant; ceterum nomen ingenuum hac flagitiorum labe non pollui. Quid autem aliud est cunctorum negotiantium uita, quam fraus, atque periurium? quid aliud est curialium, quam iniquitas? quid aliud officialium, quam calumnia? quid aliud militantium, quam rapina? Sed putas forsitan, quod hoc etiam de personis istiusmodi fieri possit. Hic est, inquis enim, eorum actus, quae & professio: ac per hoc nihil mirum est, si agunt quod profitentur. Quasi uero aut agere ullum Deus res malas uelit, aut profiteri: aut nulla sit penitus sacrae maiestatis offensa, si maximum scelus minores uideantur agere personae: praesertim cum in hac hominum multitudine quo maior est peccantium turba, eo maior est diuinitatis iniuria. Sed omnino, inquis, nobilitas ab his sceleribus immunis est. Parum est id quidem: quia non aliud uidetur nobilitas in toto mundo, quam unus homo in grandi populo: sed uideamus tamen, si uel ipsum parum sit carens crimine: ac primum confideremus, quid de huiusmodi hominibus sermo dicat diuinus, arguens quippe apostolus Dei populum, sic ait: Audite fratres mei dilectissimi: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, quod promissit Deus diligentibus se? uos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt uos, nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super nos? Grande hoc testimonium apostoli est. nisi forte immunes se ab eo nobi-

Iac. 2

C les

les putent, quia sunt soli diuites nominati. sed aut iidem sunt nobiles, qui & diuites: aut, si sunt diuites præter nobiles, sunt tamen & ipsi quasi iam nobiles: quia tanta est miseria huius temporis, ut nullus habeatur magis nobilis, quam qui est plurimum diues. sed siue de alterutris, siue de utrisque apostolus dixerit, facile de hoc componi potest. non enim interest, de qua hoc potissimum parte dictum sit, quod utrique certum est conuenire. Quis enim est uel nobilium omnino, uel diuitum, horrens crimina? quamuis in hoc sefellerim. multi enim horrent, sed paucissimi euitant. in aliis quippe horrent, quod in se admittunt, mirum in modum & accusatores eorundem criminum, & excusatores. execrantur publice, quod occulte agunt: ac per hoc damnare se ceteros putant, ipsos se magis propria animaduersione condemnant. Sed relinquamus istos, qui magis rei sunt. Quis est omnino diues, uel nobilis, aut innocentiam seruans, aut a cunctis sceleribus manus abstinens? quamquam superflue, a cunctis, dixerim. utinam, uel a maximis: quia uolunt sibi id forte quasi maiores priuilegium dicare, ut iure suo crimina uel minora committant. itaque de peccatis facillioribus nihil dico. uideamus, an a duobus illis quasi capitalibus malis ullus immunis sit, id est uel ab homicidio, uel a stupro. Quis enim est aut humano sanguine non cruentus, aut cœnosa impuritate non fordidus? unum quidem ex his ad pœnam æternam sufficit: sed prope nullus diuitum non utrumque commisit. Sed cogitat forte aliquis de hoc numero: Ego iam ista non facio. Laudo, si non facis; sed tamen ante fecisti: & non est, nunquam omnino fecisse, facere cessasse. Quod si ita esset; quid proderet tamē, unum a scelere desistere, & multos in sceleribus permanere? non sanat unius conuersio crimina plurimorum: nec sufficit ad placandum Deum, quod unus peccata deserit, quem uniuersitas totius humani generis offendit: præsertim cum is, qui conuertatur ut mortem æternam possit euadere, magnos profecto conuersionis suæ fructus capiat, si euadat; nedum contingere ei possit, ut ab aliis pœnam damnationis auertat: quia & hoc intolerabilis superbiæ atque immanis piaculi est crimen, si tam bonum se aliquis esse credat, ut etiam malos existimet per se posse saluari. Loquens Deus de terra quadam, uel de populo peccatore; sic dicit: Si fuerint tres uiri isti in medio eius, Noe, & Daniel, & Iob, non liberabunt filios & filias, ipsi soli salui erunt. Neminem reor tam impudentem fore, qui se his talibus uiris audeat comparare: quia quamuis nunc placere aliquis Deo studeat, hoc ipsum tamen genus maximæ iniustitiæ est, si se iustum præsumat: ac per hoc sublata est omnis spes falsæ opinionis, qua credimus innumeram perditorum hominum multitudinē suffragio paucorum bonorum a præsentibus malis posse defendi. cum enim nullus ipsis, quos supra diximus, par sit; quæ esse spes illis potest, quod liberari & extranei, & innumeris, & mali a paucissimis bonis possint? cum illi familiarissimi Deo sancti ne hoc quidem a domino promeruerunt, ut in filiis suis uel sua membra saluarent: & recte. nam licet omnes admodum filii membra parentum esse uideantur: non putandi tamen sunt membra eorum esse, a quibus affectu coeperint discrepare: quia morum degenerantium prauitate pereunt in talibus beneficia naturæ. quo fit, ut etiam nos, qui nos Christianos esse diximus, perdamus uim tati nominis, uitio prauitatis. omnino enim nihil prodest, nomen sanctū habere sine moribus: quia uita a professione discordans, abrogat illustris tituli honorem per indignorum actuum uilitatem. unde, cum pæne nullam Christianorum omnium partem, pæne nullum ecclesiarum omnium angulum non plenum omni offensione, & omni letalium peccatorum labe uideamus: quid est, in quo nobis de Christiano nomine blandiamur? cum utique hoc ipso magis per nomē sacratissimum rei simus, quia a sancto nomine discrepamus. nā & ideo plus sub religionis titulo Deū lædimus, quia positi in religione peccamus.

Saluiani,

27
SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER QVARTVS.

DISCEDATVR itaque ab illa, quam supra diximus, Christiani nominis prerogatiua, ut putemus, quia sumus cunctis gentibus religiosiores, debere nos esse etiam fortiores. nam cum, ut diximus, hæc sit hominis Christiani fides, fideliter Christi mandata seruare: sit absque dubio, ut nec fidem habeat, qui infidelis est; nec Christum credat, qui Christi mandata conculcat; ac per hoc totum in id reuoluitur, ut, qui Christiani nominis opus non agit, Christianus non esse uideatur. nomen enim sine actu atque officio suo nihil est. nam sicut ait quidam in scriptis suis: Quid est aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine nomine? aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? itaque ut iisdem uerbis etiam nos utamur; quid est aliud sanctum uocabulum sine merito, nisi ornamentum in luto? sicut etiam per diuinas litteras facit sermo testatus est, dicens: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua: Et in nobis itaque Christianum uocabulum, quasi aureum decus est: quo si indignè utimur, fit ut sues cum ornamento esse uideamur. Denique qui uult plenius scire, uocabula nihil esse sine rebus; respiciat, quo modo innumerabiles populi, cessantibus meritis, etiam nomina perdidit. Duodecim Hebræorum tribus cum electæ quondam a Deo essent, duo nomina sacrosancta acceperunt: populus enim Dei, & Israel appellatæ sunt. sic quippe legimus: Audi populus meus, & loquar Israel, &ustificabor tibi. Ergo Iudæi aliquando utrumque, nunc neutrum: nam nec populus Dei dici potest, qui cultum Dei iam olim reliquit: nec uidens Deum, qui Dei filium denegauit: sicut scriptum est: Israel uero non me cognouit, & populus me non intellexit. Propter quod alibi etiam Deus noster de Iudæorum plebe loquitur ad prophetam, dicens: Voca nomen eius non dilecta. Et iterum ad Iudæos ipsos: Vos non estis populus meus; & ego non sum Deus uester. Cur autem hoc de eis ipse diceret, ipse alibi euidenter ostendit. sic quippe ait: Dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum. Et iterum: Verbum, inquit, domini proiecerunt, & sapientia nulla est in illis. Quod quidem timeo ne non magis tunc de eis dici potuerit, quam de nobis nunc dici possit: quia nec uerbis dominicis obtemperamus: & qui uerbis domini non obsequimur, sapientiam profecto in nobis penitus non habemus. nisi fortasse credimus, sapienter nos Deum spernere: & hoc ipsum, quod Christi mandata contemnimus, summam prudentiam iudicamus. et quidem causa est, cur hoc ita existimare credamur. nam tanto consensu omnes peccata sequimur, quasi summi consilii conspiratione peccemus. Quæ cum ita sint; quæ ratio est, ut ipsi nos falsa opinione fallamus, existimantes scilicet, quia Christiani esse dicamur; quod opitulari nobis inter mala, quæ agimus, nomen bonum possit, cum spiritus sanctus nec fidem quidem dicat hominibus Christianis sine operibus bonis posse prodesse? & utique multo plus est habere fidem, quam nomen: quia nomen est uocabulum hominis, fides autem fructus est mentis. et tamen hunc ipsum fidei fructum infructuosum apostolus sine operibus bonis esse testatur, dicens: Fides sine operibus mortua est. Et iterum: Sicut enim corpus sine spiritu, sic fides sine operibus mortua est. Addit quoque asperiora quedam ad confundendos eos, qui sibi præsumptione Christianæ fidei blandiuntur.

C 2 tur

Ezech. 14

Causa lege.

fortassis legendum, nomine

Prou. 11

Esa. 1

Osee 4

Hier. 2
8

Iac. 2

tur. Sed dicit aliquis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. Ostende mihi sine
 operibus fidem tuam, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Quo uti-
 que hoc indicat, actus bonos, Christianam fidem quasi testes esse: quia Christianus
 nisi opera bona fecerit, fidem suam penitus approbare non possit: ac per hoc, quod
 probare non ualeat quia sit, sic omnino habendum esse, quasi non sit. Nam quod
 pro nullo hoc habendum existimaret, in subditis statim ipse demonstrat, dicens
 ad Christianum: Tu credis, quia unus est Deus: bene facis: & demones credunt
 & contremiscunt. Consideremus, quid uoluerit hoc loco apostolus dicere; ne ira-
 scamur diuinis testimoniis, sed acquiescamus; ne contradicamus, sed proficia-
 mus. Tu credis, inquit ad Christianum sermo diuinus, quod Deus unus est: be-
 ne facis: & demones credunt, & contremiscunt. Numquid errauit apostolus, ut
 hominis Christiani fidem demoni compararet? non utique, sed ostendere il-
 lud uolens quod supradictum est: quia sine operibus bonis nihil sibi per fidei
 percipium usurpare deberet. iccirco autem a demonibus Deum credi, scilicet ut,
 sicut demones cum Deum credant, tamen in peruersitate perdurant; ita & quos-
 dam homines quasi credulitatem demoniacam habere; qui cum se Deum crede-
 re asserant, tamen a malo opere non cessant. Subiungit autem ad pudorem & con-
 demnationem horum peccatorum, non credere solum demones Dei nomen, sed
 etiam timere, & contremiscere. hoc est dicere: Quid tibi blandiris o homo, qui-
 quis es, credulitate, quae sine timore atque obsequio Dei nulla est? aliquid plus
 demones habent. tu enim unam rem habes taptummodo, illi duas: tu credulita-
 tem habes, non habes timorem: illi credulitatem habent pariter & timorem.
 Quid miraris ergo, si cadimur? quid miraris ergo, si castigamur, si in ius hostium
 tradimur, si infirmiores omnibus sumus? siue miseriae nostrae, siue infirmitates,
 siue euectiones, siue captiuitates, & paene improbae seruitutes, testimonia sunt ma-
 li serui, & boni domini. Quo modo mali serui? quia patior scilicet. uel ex parte;
 quod mereor. Quo modo boni domini? quia ostendit, quod mereamur; etsi non
 irrogat; quae mereamur: clementissima enim, ac benignissima castigatione ma-
 uult nos corrigere, quam perire. Nos siquidem, quantum ad crimina nostra
 pertinet, letalibus suppliciis digni sumus: sed ille plus misericordiae, quam se-
 ueritati tribuens, mauult nos clementis censurae temperamento emendare,
 quam plaga iustae coertionis occidere. Ingratum nobis esse quod cadimur, sa-
 tis certus sum. Sed quid miramur, si peccantes nos Deus uerberat, cum ipsi
 peccantes seruulos uerberemus? iniusti iudices sumus: homunculos nos fla-
 gellari a Deo nolumus, cum ipsi condicionis nostrae homines flagellemus.
 Sed nec miror, quod tam iniqui in hac re sumus. natura in nobis & nequitia
 seruilis est: uolumus delinquere, & nolumus uerberari: ipsi in nobis mores sunt
 cum seruilis nostris, omnes uolumus impune peccare: denique, si mentior,
 cunctos consulo. nego ullum esse, quatumlibet magni criminis reum, qui se ac-
 quiescat debere torqueri. Hinc ergo cognosci potest, quae iniqui & prauus sumus.
 aliis seuerissimus sumus, nobis indulgentissimus; aliis asperi, nobis remissi. in eo-
 dem crimine punimus alios, nos absoluiimus, intolerabilis prorsus & contuma-
 cia, & praesumptionis: nec agnoscere uolumus in nobis reatum, & audemus de
 aliis usurpare iudicium. quid esse iniustus nobis, aut quid peruerius potest? id
 ipsum scelus in nobis probabile esse ducimus, quod in aliis seuerissime uindica-
 mus. Et ideo non sine causa ad nos apostolus clamat: Propter quod inexcusabilis
 es o homo omnis, qui iudicas. in quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas.
 eadem enim agis, quae iudicas. Sed non eadem, inquit aliquis ex diuitibus, nos
 agimus, quae serui. ex seruis enim fures, ac fugitiui sunt, ex seruis enim gula, ac
 iugiter

Iac. 2

Rom. 2

iugiter mendacio, ac uentri seruietes. Verum est esse haec uitia seruorum: sed plura
 tamen sunt, ac maiora dominorum, quauis non omnium. excipiendi quidam enim
 sunt, sed paucissimi: quos ideo non nomino, ne non tam eos nominando lauda-
 re, quam alios non nominando uidear publicare. Ac primum serui, si fures sunt,
 ad furandum forsitan egestate coguntur: quia etiam si eis stipendia usitata praes-
 tentur, consuetudini haec magis, quam sufficientiae satisfaciunt: & ita implent cano-
 nem, quod non expleat satietatem. ac per hoc culpam ipsam inopia minus cul-
 pabilem facit: quia excusabilis furti reus est, qui ad furtum cogi uideretur inuitus.
 nam & scriptura ecclesiastica quasi subexcusare quodam modo miserorum omnium
 noxas uideretur, dicens: Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatur
 enim, ut esurientem impleat animam. In Salomone furatur, ut expleat animam
 suam. ac per hoc non satis a nobis accusandi sunt, qui diuino sermone excusan-
 tur. Quod autem de furis seruorum dicimus, hoc etiam de fuga, immo hoc re-
 citius de fuga, quia ad fugam seruos non miseriae tantum, sed etiam supplicia com-
 pellunt. pauent quippe actores: pauent silentarios: pauent procuratores: prope
 ut inter istos omnes nullorum minus serui sint, quam dominorum suorum. ab om-
 nibus caduntur, ab omnibus conteruntur. quid amplius dici potest? multi ser-
 uorum ad dominos suos fugiunt, dum conseruos timent. unde illorum fugam non
 tam ad eos debemus referre, qui fugiunt, quam ad eos, qui fugere compellunt.
 Vim patiuntur infelicissimi: famulari optant, & fugere coguntur: discedere a ser-
 uitio dominorum suorum omnino nolunt, & conseruorum suorum crudelitate
 non permittuntur ut seruiant. Mendaces quoque esse dicuntur: ad mendacium
 nihilo minus atrocitate praesentis supplicii coartantur: siquidem, dum tormentis
 se uolunt eximere, mentiuntur. quid autem mirum est, si positus in metu seruus
 mentiri mauult, quam flagellari? Accusantur etiam gula & uentris auidi: nec hoc
 nouum est, magis desiderat satietatem, qui famem saepe tolerauit. Sed esto: non
 perferat famem panis: certe perfert deliciarum: & ideo ignoscendum est, si au-
 dius expetit, quod ei uel iugiter deeat. Tu uero nobilis, tu uero diues, qui om-
 nibus bonis affluis, qui hoc ipso Deum sanctis operibus honorare plus debes,
 quod beneficiis illius sine cessatione perfrueris; uideamus, si actus, non dico san-
 ctos, sed uel innoxios habes. Ecquis, ut superius dixi, diuitum praeter paucos
 non cunctis criminibus infectus est? & quod paucos excipio, utinam plures, at-
 que omnes excipi liceret. salus erat omnium, innocentia plurimorum. neque ego
 de ullo dico nunc, nisi de eo tantum, qui in se id, quod dico, esse agnoscit. si enim
 extra conscientiam suam sunt, quaecumque dico: nequaquam ad iniuriam eius spe-
 ctant cuncta, quae dico. si autem in se esse nouit, quae loquor: non a mea sibi hoc
 lingua dici existimet, sed a conscientia sua. Ac primum, ut de uitis seruilibus di-
 cam, si fugitiuus est seruus, fugitiuus es etiam tu diues, ac nobilis. omnes enim do-
 minum suum fugiunt, qui legem domini derelinquunt. quid ergo diues culpas
 in seruo? hoc facis, quod & ille. ille fugitiuus est domini sui, & tu tui: sed hoc
 culpabilior tu, quam ille: nam ille fugit forsitan malum dominum, & tu bonum.
 Incontinentiam uentris quam in seruo arguis, in illo rara est per indigentiam, in
 te quotidiana per copiam. Vides ergo apostolica sententia te potissimum uerbera-
 ri, immo te solum: quia, in quo alium iudicas, temet ipsum condemnas: eadem
 enim agis, quae iudicas; immo non eadem agis, sed maiora multo, ac nequiora.
 in illo quippe etiam infrequentem uentris intemperantiam punis, & tu assidua cru-
 ditate distenderis. Furtum quoque, ut putas, seruile uitium est: & tu furtum di-
 ues facis; quando a Deo uetita praesumis. omnes siquidem furta faciunt, qui illi-
 cita committunt. Sed quid ego tam minute, & quasi allegorice de hoc loquor,
 cum

Prov. 6

Eccl. 13

cum facinoribus apertissimis non furta tantum diuitem, sed latrocinia comprobentur? quotusquisque enim iuxta diuitem pauper aut intactus, aut tutus est? si quidem, peruationibus præpotentum, aut sua homines imbecilli, aut etiam se ipsos cum suis pariter amittunt: ut non immerito de utrifque personis facer sermo restetur, sic dicens: Venatio leonis onager in eremo, sic pascua sunt diuitem pauperes. Quamuis tyrannidem hanc non pauperes tantum, sed pæne uniuersitas patiatur generis humani. quid est enim aliud dignitas sublimium, quã proscriptio ciuitatum? aut quid aliud quorundam, quos taceo, præfectura, quam præda? nulla siquidem maior pauperum est depopulatio, quã potestas. ad hoc enim honor a paucis emitur, ut cunctorũ uastatione soluatur. quo quid esse indignius, aut iniquius potest? Reddunt miseri dignitatum pretia, quas non emunt: commercia nesciunt, & solutionem sciunt. ut pauci illustrentur, mundus eueritur. unius honor, orbis excidium est. denique sciunt hoc Hispaniã, quibus solum nomen relictum est: sciunt Africã, quã fuerunt: sciunt Galliã deuastatã, sed nõ ab omnibus, & ideo in paucissimis adhuc angulis uel tenuem spiritum agentes: quia eas interdum paucorum integritas aluit, quas multorũ rapina uacuauit. Sed euagati longius sumus dolore compulsi. Ergo, ut ad superiora redeamus, quid est, in quo non seruilibus uitiis etiam nobiles polluantur? nisi fortè ideo, quia illa, quæ in seruis peccata puniunt, ipsi quasi licita committunt. Denique ad has peruationes, quas, ut supra dixi, nobiles agunt, seruus nec aspirare permittitur. quamuis mentiar. quidam enim ex seruis nobiles facti, aut paria, aut maiora fecerunt. sed hoc tamen imputari seruis nequaquam potest, quod quibusdam seruilis condicio tam feliciter cessit. Homicidia quoque in seruis rara sunt, terrore ac metu mortis: in diuitibus assidua, spe, ac fiducia impunitatis. nisi forte iniqui sumus, hoc, quod diuites faciunt, ad peccatum referendo: quia illi, cum occidunt seruos suos, ius putant esse, non crimen. Non solum hoc, sed eodem priuilegio etiam in execrando impudicitia cœno abutuntur. quotus enim quisque est diuitum connubii sacramenta obseruans, quem non libidinis furor rapiat in præceptum? cui non domus, ac familia sua scortum sit? & qui non, in quamcumque personam cupiditatis improba calor traxerit, mentis sequatur insania? secundum illud scilicet, quod de talibus dicit sermo diuinus: Equi insanientes in feminas facti sunt. quid enim aliud, quam de se dictum hoc probat, qui totum peruadere uult concubitu, quidquid concupierit aspectu? Nam de concubinis quippiam dici, forsitan etiam iniustum esse uideatur: quia hoc in comparatione supradictorum quasi genus est castitatis, uxoribus paucis esse contentum, & intra certum coniugii numerum frenos libidinum continere. Coniugium dixi, quia ad tantam res impudentiam uenit, ut ancillas suas multi uxores putent. atque utinam, sicut putantur esse quasi coniuges, ita solæ haberentur uxores. illud magis tætrum, ac detestabile, quod quidam matrimonia honorata sortiti, alias sibi rursus seruilis status coniuges sumunt, deformantes sancti connubii honorem, per degeneris contubernii uilitatẽ, non erubescens maritos se fieri ancillarum suarum, præcipitanter fastigium nobilium matrimoniorum in cubilia obscena seruarum, digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortio. Nõ dubito, ex iis plurimos, ut sunt nobiles, aut uideri nobiles uolunt, superbe & aspernanter accipere, quod, dum consideramus hæc talia, quæ locuti sumus, minus flagitiosos diximus seruos quosdam esse, quã dominos. sed cum hoc ego non de omnibus, sed de iis, qui tales sunt, prædicauerim; nullus irasci omnino debet, qui nequaquam se talem cognoscit; ne hoc ipso, quod irascitur, de cœtu ipsorum esse uideatur. quin potius, quicumque ex nobilibus hæc mala horrent, irasci talibus debent, quod

Hier. 5

quod facinoribus sordidissimis nobilitatis nomen infament: quia licet ii, qui tales sunt, omnem grauent populum Christianum; specialiter tamen illos sordibus suis polluant, quorum pars esse dicuntur. Diximus itaque nobiles quosdam esse seruis deteriores. quod diximus, comprobamus, ecce enim ab hoc scelere uel maximo prope seruorum numerus immunis est. numquid enim aliquis ex seruis turbas concubinarum habet? numquid multarum uxoribus labe polluitur, ut canum, uel suum more tantas putet coniuges suas esse, quantas potuerit libidini subiugare? Sed ad hæc responderi potest, quod facere seruis ista non liceat. nam profecto facerent, si liceret. Credo; sed, quæ fieri non uideo, quasi facta habere non possum. quantumlibet enim in eis improbae mentes, quantumlibet malæ cupiditates sint; nullus pro eo, quod non admittit, scelere punitur. malos esse seruos, ac detestabiles, satis certum est: sed hoc utique ingenui, ac nobiles magis execrandi, si in statu honestiore peiores sunt. quo fit, ut ad illum perueniri exitum rei huius necesse sit; non ut serui sint a reatu nequitia suæ absoluendi; sed ut plurimi diuites magis sint seruorum comparatione damnandi. Nam illud latrocinium, ac scelus quis digne eloqui possit, quod cum Romana resp. uel iam mortua, uel certe extremum spiritum agens, in ea parte, qua adhuc uiuere uidetur, tributorum uinculis, quasi prædonum manibus, strangulata moriatur; inueniuntur plurimi diuitum, quorum tributa pauperes ferunt? hoc est, inueniuntur plurimi diuitum, quorum tributa pauperes necant. & quod inueniri dicimus plurimos; timeo, ne uerius dixerimus, omnes. tam pauci enim mali huius expertes sunt, si tamen ulli sunt, ut in ea parte, qua multos diximus, omnes pæne diuites possimus reperire. ecce enim remedia, pridem non nullis urbibus data, quid aliud egerunt, quam ut cunctos diuites immunes redderent, miserorum tributa cumularent? ut illis demerentur uectigalia uetera, istis ut adderentur noua? illos ut etiam accessio minimarum functionum locupletaret, istos ut accessio maximarum affligeret? illi ut eorum, quæ leuiter ferebant, imminutione ditescerent; isti ut eorum, quæ etiam ferre non poterant, multiplicatione morerentur? ac si remedium illud alios iniustissime erigeret, alios iniustissime necaret, aliis esset sceleratissimum præmium, aliis sceleratissimum uenenum. Vnde aduertimus, quod nihil esse & diuitibus sceleratius potest, qui remediis suis pauperes perimunt; & nihil pauperibus infelicius, quos etiam illa, quæ pro remedio cunctis dantur, occidunt. Iam uero illud quale, quam sanctum, quod, si quis ex nobilibus ad Deum conuerti coeperit, statim honorem nobilitatis amittit? aut quantus in Christiano populo honor Christi est, ubi religio ignobilem facit? statim enim, ut quis melior esse tentauerit, deterioris abiectione calcatur: ac per hoc omnes quodam modo mali esse coguntur, ne uiles habeantur. Et ideo non sine causa apostolus clamat: Sæculum totum in malo positum est. merito enim totum esse in malo dicitur, ubi boni locum habere non possunt. siquidem ita totum iniquitatibus plenum est, ut aut mali sint, qui sunt in illo, aut, qui boni sunt, multorum persecutione crucientur. itaque, sicut diximus, si honoratior quisquam religioni se applicuerit, illico honoratus esse desistit. ubi enim quis mutauerit uestem, mutat protinus dignitatem: si fuerit sublimis, fit despicibilis: si fuerit splendidissimus, fit uilissimus: si fuerit totus honoris, fit totus iniuriæ. Et mirantur mundani quidam, & infideles, si offensam Dei, aut iracundiam perferunt, ubi Deum in sanctis omnibus persequuntur. peruersa enim sunt, & in diuersum cuncta mutata. si bonus est quisquam, quasi malus spernitur: si est malus, quasi bonus honoratur. nihil itaque mirum, si deteriora quotidie patimur, qui deteriores quotidie sumus. et noua enim quotidie homines mala faciunt, & uetera non relinquunt.

1. Ioan. 5

quunt. surgunt recentia crimina, nec repudiantur antiqua. quis ergo est causationis locus? quamlibet aspera & aduersa patiamur, minora patimur, quam meremur. quid querimus, quod dure agat nobiscum Deus? multo nos durius cum Deo agimus. exacerbamus quippe Deum impuritatibus nostris, & ad puniendos nos trahimus inuitum. cumque eius naturæ sit mens Dei, atque maiestas, ut nulla iracundiæ passione moueatur: tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio est, ut per nos cogatur irasci. uim, ut ita dixerim, facimus pietati suæ, ac manus quodam modo afferimus misericordiæ suæ. cumque eius benignitatis sit, ut uelit nobis iugiter parcere; cogitur malis nostris scelera, quæ admittimus, uindicare. ac sicuti illi solent, qui munitissimas urbes obsident, aut firmissimas arces urbium capere, & subruere conantur, omnibus absque dubio eas & telorum, & machinarum generibus oppugnant: ita nos ad expugnandam misericordiæ Dei omni peccatorum immanium scelere, quasi omni telorum genere, pugnamus: & iniuriosum nobis Deum existimamus, cum ipsi iniuriosissimi Deo simus. omnis siquidem Christianorum omnium culpa, diuinitatis iniuria est. nam cum illa, quæ facere a Deo uetatur, admittimus; uentantis iussa calcamus. ac per hoc impie in calamitatibus nostris seueritatem diuinam accusamus. nos quippe nobis, nos accusandi sumus. nam cum ea, quibus torqueamur, admittimus; ipsi tormentorum nostrorum sumus auctores. quid ergo de poenarum acerbitate querimus? unusquisque nostrum se punit. et ideo propheticum hoc ad nos dicitur: Ecce omnes uos ignem accenditis, & uires præbuitis flammæ: ingredimini in lucem ignis uestri, & flammæ, quam accendistis. Totum namque humanum genus hoc ordine in poenam æternam ruit, quo scriptura memorauit. primum enim ignem accendit, postea uires ignibus præbet, postremo flammam ingreditur, quam parauit. quando igitur sibi primum homo æternum accendit ignem? scilicet cum primum peccare incipit. quando autem uires ignibus præbet? cum utique peccata peccatis cumulauit. quando uero ignem æternum introibit? quando irremediabilem iam malorum omnium summam crescentium delictorum iniquitate compleuerit, sicut saluator noster ad Iudæos principes ait: Implete mensuram patrum uestrorum, serpentes, progenies uiperarum. Nō longe a plenitudine peccatorum erant, quibus ipse dicebat dominus, ut peccata complerent. ideo absque dubio, ut, quia iam digni salute non essent, implerent iniquitatum numerum, quo perirent. unde & cum lex uetus peccata Amorrhæorum completa esse memorasset, sic locutos esse ad sanctum Loth angelos refert: Omnes, qui tui sunt, educ de urbe hac: delebimus enim locum istum; eo quod increuerit clamor eorum coram domino, qui misit nos, ut perdamus illos. Diu profecto flagitiosissimus ille populus ignem illum accenderat, quo peribat: et ideo, completis iniquitatibus suis, arsit flammis criminum suorum. tam male enim de Deo meruit, ut gehennam, quæ in futuro iudicio datur, etiam in hoc sæculo sustineret. Sed nulli sunt, inquit aliquis, illorum exitu digni; quia nulli illorum impuritatibus comparandi. Verum fortassis est, ut sit: at tamen quid facimus, quod saluator ipse omnes, qui euangelium suum spernunt, peiores esse memorauit? Denique ad Capernaum sic ait: Si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te; forte mansissent in hunc diem. uerum tamen dico uobis, quia Sodomis remissus erit in die iudicii, quam tibi. Si Sodomitas minus dicit esse damnabiles, quam cunctos euangelia negligentes: certissima ergo ratio est, qua & nos, qui in plurimis euangelia negligimus, peius timere aliquid debeamus; præsertim cum usitatis iam, & quasi facilioribus malis esse contenti nolumus. non sufficiunt enim multis consuetudinarii reatus: non sufficiunt lites, non rapinæ, non calumniæ: non sufficiunt uinolentiæ: non suffi-

Esa. 50

Matth. 23

Gen. 19

Luc. 10

sufficiunt comeffationes; non sufficiunt falsitates; non sufficiunt periuria; non sufficiunt adulteria; non sufficiunt homicidia; non sufficiunt denique cuncta ista, etsi atrocitate inhumanissima, re tamen ipsa ad humanas iniurias pertinentia, nisi blasphemia furiosarum mentium manus iniiciant etiam in Deum. Posuerunt enim, sicut de impiis scriptum est, in cælum os suum, & lingua eorum transiit super terram, & dixerunt: Quo modo scit Deus, & si est scientia in excelsis? Et illud: Non uidebit, nec intelliget Deus Iacob. Ad quos utique tales rectissime propheticum illud refertur potest: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Nam qui nihil a Deo aspici affirmant, prope est ut cui aspectum adimunt, & substantiam tollant; & quem dicunt omnino nihil cernere, dicant etiam omnino nil esse. Equidem licet nullum admodum malum facinus ratione subsistat, quia rationi non possunt scelera coniungi: nullum tamen est, ut puto, uel irrationabilius, uel infanlius. quid enim tam furiosum, quam ut aliquis, cum Deum creatorem omnium rerum non neget, gubernatorem neget? & cum factorem esse fateatur, dicat negligere; quæ fecit? quasi nulla hæc ei faciendorum omnium cura fuerit, ut quæque fecisset, negligere creatorem. Ego autem intantum eum curam creaturarum suarum habere dico, ut probem, prius quam etiam crearet, habuisse. res quippe ipsa hoc euidenter ostendit. nihil enim faceret, nisi curam faciendi habuisset ante quam faceret; præsertim cum etiam in ipso humano genere nullus sit ferme hominum tam hebes, qui ad hoc aliquid agat, atque perficiat, ut quæ perfecta sint, non curet. nam & qui agrum excolit, ad hoc colit, ut culta conseruet: & qui uineam plantat, ad hoc plantat, ut plantata custodiat: & qui initia gregum præparat, ad hoc parat, ut curam multiplicandis gregibus impendat: & qui domum ædificat, uel fundamentum locat, etsi necdum habitationem paratam habeat, iam tamen ipsa, quæ adhuc facere molitur, spe futuræ habitationis amplectitur. Ecquid de homine hic loquar, cum etiam minima animalium genera futurarum rerum affectum omnia diligant? Formicæ, in subterraneis latibulis uaria frugum genera condentes, ad hoc cuncta contrahunt, ac reponunt, quia affectum uitæ suæ diligunt. quæ recondunt apes, cum fundamina mellis ponunt, uel cum floribus natos legunt, qua causa uel thymo, nisi studio & cupiditate mellis, uel flosculis quibusdam, nisi futuræ sobolis caritate lætantur? Deus ergo, qui etiam minimis animantibus hunc affectum proprii operis inseruit, se tantummodo solum creaturarum suarum amore priuauit? præsertim cum omnis in nos rerum bonarum amor ex illius bono amore descenderit. ipse est enim fons, & origo cunctorum: & quia in ipso, ut scriptum est, & uiuimus, & mouemur, & sumus, ab ipso utique affectum omnem, quo pignora nostra amamus, accepimus. totus namque mundus; & totum humanum genus, pignus est creatoris sui. et ideo ex hoc quoque affectu, quo amare nos fecit pignora nostra, intelligere nos uoluit, quantum ipse amaret pignora sua. Sicut enim, ut legimus, inuisibilia eius per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: ita amor erga nos suum, per eum, quem nobis erga nostros dedit amorem, uoluit intelligi. Et sicut omnem, ut scriptum est, paternitatem in cælo & in terra a se ipso uoluit nominari: sic a nobis patris in se affectum uoluit cognosci. ecquid dicam patris? immo benignissimi patris. probat quippe hoc uox saluatoris in euangelio dicentis: Sic Deus dilexit hunc mundum, ut filium suum unicum daret pro mundi salute. Sed & apostolus dicit: Deus, inquit, filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non etiam cum illo nobis omnia donauit? Hoc est ergo illud, quod supra dixi, quia plus nos amat Deus, quam filium pater. euidens quippe res est, quod super affectum filiorum nos Deus diligit, qui propter nos filio suo non pepercit. & quid plus

Psal. 27

Esa. 52

Esa. 52

fortasse: ut, quæ fecisset, negligeret creator.

Act. 17

Rom. 1

Eph. 3

Ioan. 3

Rom. 8

plus addo? & hoc filio iusto, & hoc filio unigenito, & hoc filio Deo: ecquid dici amplius potest? & hoc pro nobis, id est pro malis, pro iniquis, pro impiissimis. quis aestimare hunc erga nos Dei amorem queat, nisi quod iustitia Dei tanta est, ut in eum aliquid iniustum cadere non possit? nam, quantum ad rationem humanam pertinet, iniustam rem homo quilibet fecerat, si pro pessimis seruis filium bonum occidisset. utique hoc magis inestimabilis pietas, & hoc magis mirabilis Dei uirtus est, quod intelligi ab homine magnitudo iustitiæ suæ non potest: ut, quantum ad imbecillitatem humanam pertinet, pæne iniustitiæ speciem magnitudo iustitiæ habere uideatur. et ideo apostolus, ad indicandam nobis aliquatenus misericordiæ diuinæ immensitatem, sic ait: *Vt quid enim Christus, cum adhuc 10* impii essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Ostendit profecto nobis una hac sententia pietatem Dei. nam cum uix ullus pro summa iustitia mortem suscipiat; probauit Christus, quantum præstiterit pro nostra iniquitate moriendo. sed hoc cur fecerit dominus, statim in subditis docet, dicens: Commendat autem suam caritatem Deus in nobis. nam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Hoc ipso ergo gratiam commendat, quia ob impios, mortuus est. maioris enim pretii est beneficiū, quod præstatur indignis: iccirco itaque ait: Commendat suam caritatem Deus in nobis. Quo modo commendat? scilicet quia non merentibus præstat. si enim sanctis, & bene meritis præstitisset; non uidebatur, quæ non debuerat, præstitisse, sed, quæ debuerat, reddidisse. quid ergo nos pro his omnibus retribuimus, uel potius quid retribuere debemus? primum scilicet illud, quod beatissimus propheta ei debere se, & redditurum esse testatur, dicens: *10* Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Prima ergo hæc retributio est, ut mortem morte reddamus; ac pro eo, quod mortuus pro nobis est, nos moriamur omnes: tamen si minoris multo pretii mors nostra est, quam sua. quo fit, ut, etiam si mortem suscipiamus, debita tamen non exoluamus: sed tamen, quia maius referre non possumus; totum reddere uidemur, si totum, quod possumus, reddere curamus. itaque prima, ut dixi, hæc retributio est. Secunda autem, ut, si debitum morte non soluimus, uel amore soluamus. nam ipse saluator ideo, ut ait apostolus, moriendo pro nobis commendare uoluit omnibus caritatem suam, ut nos ad reddendam pietatem tāta uicissitudine pietatis suæ traheret: sicut illas naturæ admirabilis gemmas ferunt, quæ ferro propius admotæ, durissimum licet calybem affectu quasi spirante suspendunt: ita etiam ille, id est summa & clarissima negotiorum cælestium gemma, hoc scilicet uoluit; ut, dum se licet durissimis nobis descendens de cælo propius adiungeret, affectu suo nos quasi amoris sui manibus admoueret; ut agnoscentes utique dona sua, ac beneficia, intelligeremus, quid nos pro domino tam bono facere conueniret, cum ille pro malis seruis tanta fe- *40* cisse comperiretur. Hoc, quod apostolus dicit, ut mortificemur caritate illius tota die, & neque tribulatio, neque angustia, neque persecutio a caritate Christi, quæ est in Christo Iesu domino nostro, nos separet. Cum ergo hæc a nobis deberi domino satis certum sit; uideamus, quid pro his cunctis reddimus, quæ debemus. Quid scilicet, nisi totum, quod supra diximus? quidquid indecens, quidquid indignum, quidquid ad iniuriam Dei pertinens, actus improbos, mores flagitiosos, ebrias comestationes, cruentas manus, fœditates libidinis, rapidas cupiditates, & quidquid illud plus potest conscientia habere, quam sermo. Quæ enim, inquit apostolus, in occulto fiunt ab eis, turpe est etiam dicere. Nec hoc solum: nam

Rom. 5

Ibidem

Psal. 115

Rom. 8

Eph. 5

nam hoc uetus est, & tam præsentis temporis, quam præteritorū: illud grauius, & lugubrius, quod peccatis ueteribus noua addimus, nec solum noua, sed quædā paganica, ac prodigiosa, & in ecclesiis Dei ante non uisā: iactantes scilicet profanas in Deum uoces, & contumelias, blasphemantes, dicentes Deum incuriosum, Deum non intendentem, Deum negligentem, Deum non gubernantem, ac per hoc immisericordem, & impræstabilem, inhumanum, asperum, durum. nam qui non respiciens, & incuriosus, & negligens esse dicitur; quid superest, nisi ut asper, & durus, & inhumanus esse dicatur? O cæcam impudentiam, o sacrilegam temeritatem, non sufficit enim nobis, quod peccatis innumerabilibus inuoluti, rei in omnibus Deo sumus, nisi & accusatores Dei simus. Ecquæ rogo homini spes erit, qui ipsum accusat iudicem iudicandus? Si ergo, inquit, respicit res humanas Deus, si curat, si diligit, si gubernat; cur nos infirmiores omnibus gentibus, & inferiores esse permittit? cur uinci a barbaris patitur? cur iuri hostium subiugari? Breuissime, ut ante dixi, ideo nos perferre hæc mala patitur, quia meremur ut ista patiamur. respiciamus enim ad turpitudines, ad flagitia, ad scelera illa Romanæ plebis, quæ supra diximus: & intelligemus, si protectionem mereri possumus, cum in tanta impuritate uiuamus. itaque quia hoc argumento plurimi non respicere res humanas Deum dicunt, quod miseri, quod imbecilles sumus, quid meremur? si enim in tantis uitis, in tanta improbitate uiuentes, fortissimos, florentissimos, beatissimosque esse pateretur; suspicio fortasse aliqua esse poterat, quod non respiceret scelera Romanorum Deus, qui tam malos, qui tā perditos beatos esse pateretur: cum uero tam uitiosos, tam improbos, infirmos, & miserimos esse iubeat; euidentissime patet, & aspici nos a Deo, & iudicari, quia hoc patimur, quod meremur: sed mereri nos absque dubio non putamus: & hinc est, quod magis rei, & criminosi sumus, quia non agnoscimur quod meremur. maxima quippe accusatrix hominum noxiorū est usurpatrix innocentiae arrogantia. inter multos siquidem eorundem criminum reos nullus est criminiosior, quam qui se putat non criminiosum: itaque & nos hoc solum malis nostris addere possumus, ut nos innoxios iudicemus. Sed est, inquit, aliquis *30* peccator, & malignissimus. certe quidem negari non potest, quod meliores barbaris sumus. ex hoc itaque ipso manifestum est, quod non respicit res humanas Deus: quia, cum meliores sumus, deterioribus subiugamur. An meliores sumus barbaris, iam uidebimus: certe, quod non est dubium, meliores esse debemus. ex hoc utique deteriores sumus, si meliores non sumus, qui meliores esse debemus. criminiosior enim culpa est, ubi honestior status: si honoratior persona peccantis, peccati quoque maior inuidia. furtum quidem est in omni homine malum facinus, sed damnabilius, si senator furatur aliquādo. cunctis fornicatio interdicitur, sed grauius multo est, si de clero aliquis, quam si de populo fornicetur. ita & nos, qui Christiani catholici esse dicimur, si simile aliquid barbarorum impuritatibus facimus, grauius erramus, atrocius enim sub sancti nominis professione peccamus. ubi sublimior est prærogatiua, maior est culpa, & ipsa etiam errores nostros religio, quam profitemur, accusat. Criminosior est eius impudicitia, qui promiserit castitatem. foedior inebriator, sobrietatem fronte prætendens, nihil est philosopho turpius uitia obscena sectanti: quia præter eam deformitatem, quam uitia in se habent, sapientiæ nomen plus notatur. Et nos igitur in omni humano genere philosophiam Christianam professi sumus: ac per hoc deteriores nos cunctis gentibus credi, atque haberi necesse est; quia sub tam magnæ professionis nomine uiuimus, & positi in religione peccamus. Sed scio plurimis intolerabile uideri, si barbaris esse deteriores dicamur. Ecquid facimus, quod causa nostræ

nostræ hoc nihil proficit, si intolerabile id nobis esse uideatur, immo causam nostram hoc magis aggrauat, si deteriores sumus, & meliores nos esse credamus. Qui enim, inquit apostolus, se existimat aliquid esse, cum nihil sit; se ipsum seducit. opus autem suum probet homo: operi autem nostro debemus credere, non opinioni; rationi, non libidini; ueritati, non uoluntati. Igitur non ferendum quidam existimant, ut deteriores, aut non multo etiam meliores barbaris iudicemur. Videamus autem, quo modo meliores simus, aut quibus barbaris. Duo enim genera in omni gente omnium barbarorum sunt, id est, aut hæreticorum, aut paganorum. his ergo omnibus, quantum ad legem diuinam pertinet, dico nos sine comparatione meliores: quantum autem ad uitam, & ad uitæ actus, doleo, ac plango esse peiores: quamuis id ipsum tamen, ut ante iam diximus, non de omni penitus Romani populi uniuersitate dicamus: excipio enim primum omnes religiosos, deinde nonnullos etiam sæculares, religiosi pares, aut, si id nimis grande est, aliqua tamen religiosi actuum honestorum probitate consimiles; ceteros uero aut omnes, aut pene omnes, magis reos esse, quam barbaros. hoc est autem, deteriolem esse, magis reum esse. ita, quia nonnulli irrationabile atque absurdum arbitrantur, ut aut deteriores, aut non multum etiam meliores iudicemur: uideamus, ut dixi, aut quo modo, aut quibus barbaris. Ego enim præter eos tantummodo Romanorum, quos paulo ante nominavi, ceteros aut omnes, aut pene omnes maioris reatus dico, & criminosis uitæ esse, quam barbaros. 10
 Irascaris forsitan, qui hæc legis, & condemnas insuper, quæ legis. Non refugio censuram tuam. condemnes, si mentior: condemnes, si non probauero: condemnes, si id; quod assero, non etiam scripturas sacras dixisse monstrauero. Igitur qui meliores nos multo cunctis, quæ sunt in mundo, gentibus iudicamus: nec ipse, quod Romanos dico in plurimis deteriores, abnego in quibusdam esse meliores. uita enim, ut dixi, & peccatis sumus deteriores, lege autem catholica sine comparatione meliores. Sed illud considerandum est, quia, quod lex bona est, nostrum non est: quod autem male uiuimus, nostrum est: & nihil utique nobis prodest, quod lex est bona, si uita nostra & conuersatio non est bona. Lex enim bona est muneris Christi, uita autem non bona, criminis nostri: immo hoc magis culpabiles sumus, si legem bonam colimus, & mali cultores sumus. quin potius nec cultores, si mali: quia cultor dici non potest, malus cultor. neque enim colit, qui rem sanctam non sancte colit. ac per hoc accusatrix nostri est lex ipsa, quam colimus. Remota igitur legis prerogatiua, quæ nos aut nihil omnino adiuuat, aut etiam iusta animaduersione condemnat, uitam barbarorum atque nostrorum studia, mores, uitia comparemus. Iniusti sunt barbari, & nos hoc sumus: auari sunt barbari, & nos hoc sumus: impudici sunt barbari, & nos hoc sumus: omnium denique improbitatum atque impuritatum pleni sunt barbari, & nos hoc sumus. Sed responderi fortasse possit: Ergo, si pares uitiositate barbaris sumus, cur non sumus etiam uiribus pares? cum enim similis sit improbitas, atque idem reatus: aut tam fortes deberemus esse nos, quam sunt illi, aut certe tam inualidi, quam nos sumus, illi esse deberent. Verum est: ac per hoc superest, ut illi nocentiores sint, qui infirmiores. quo modo hoc probamus? scilicet quia, ut superius locuti sumus, omnia ex iudicio Deum facere monstrauimus. Si enim, ut scriptum est, in omni loco oculi domini speculantur bonos, & malos; & iuxta apostolum, Iudicium Dei est secundum ueritatē in omnes malos: uidemus nos, qui non desinimus mala agere, ex iudicio iusti Dei poenas malitiæ sustinere. Sed eadem, inquis, mala etiam barbari agunt, & non sunt tamen tam miseri, quam nos sumus. Hoc ergo interest; quod etiam eadem agant barbari, quæ & nos agimus; 40

Gal. 6

Prou. 15

Rom. 2

mus, nos tamen maiore offensione peccamus. possunt enim nostra & barbarorum uitia esse paria: sed in his tamen uitis est necesse peccata nostra esse grauiora. nā cum omnes, ut ante iam diximus, barbari aut pagani sint, aut hæretici: de paganis, quia peior illorum error est, prius dicam. Gens Saxonum fera est, Francorum infidelis, Gepidarum inhumana, & Hunnorum impudica: omnium denique gentium barbarorum uita uitiosa: sed numquid eundem reatum habent illorum uitia, quem nostra? numquid tam uitiosa est Hunnorum impudicitia, quam nostra? numquid tam accusabilis Francorum perfidia, quam nostra? aut tam reprehensibilis ebrietas Alemanni, quam ebrietas Christiani? aut tam damnabilis rapacitas Alani, quam rapacitas Christiani? si fallat Hunnus, uel Gepida, quid mirum est? qui culpam falsitatis penitus ignorat. si periuret Francus, quid noui faceret? qui periurium ipsum sermonis genus putat esse, non criminis. ecquid mirum, si hoc barbari ita credunt, qui legem & Deum nesciunt, cum maior fere Romani nominis portio ita existimet, quæ peccare se nouit? Nam ut de alio hominum genere non dicam, consideremus solas negotiatorum & Syricorum omnium turbas, qui maiorem ferme ciuitatum uniuersarum partem occupauerunt; si aliud est uita istorum omnium, quam meditatio doli, & tritura mendacii; aut si non perire admodum uerba existimant, quæ nihil loquentibus profunt. tantus apud hos Dei honor est prohibentis etiam iusiurandum, ut singularem existiment fructum omne periurium. Quid ergo mirum, barbaros fallere, qui falsitatis crimen ignorant? nihil enim contemptu agunt celestium præceptorum, præcepta domini nescientes: quia non facit aliquid contra legem legis ignarus. Noster ergo hic peculiariter reatus est, qui legem diuinam legimus, & legalia semper scripta uiolamus: qui Deum nosse nos dicimus, & iussa ipsius, ac præcepta calcamus. ac per hoc, cum spernamus, quemcoli a nobis credimus, atque iactamus, id ipsum, quod cultus Dei uidetur, iniuria est. Denique, ut de peccatis nihil dicam; quis est, oro, hominum sæcularium, præter paucos, qui non ad hoc semper Christi nomen in ore habeat, ut peieret? unde etiam paruulum hoc fere & apud nobiles, & apud ignobiles sacramentum est, per Christum; quia ago per Christum; quia hoc facio per Christum; quia nil aliud dicturus sum per Christum, quia nil aliud acturus sum. Ecquid plura? in id penitus deducta est res, ut, sicut de paganis barbaris prius diximus, Christi nomen non uideatur iam sacramentum esse, sed sermo. nam intantum apud plurimos nomen hoc parui penditur, ut numquam minus cogitent quippiam facere, quam cum se iurant per Christum esse facturos. et cum scriptum sit, Nomen domini tui non nominabis in uanum; in id reuerentia Christi decidit, ut inter ceteras sæculi uanitates nihil pene iam inanius, quam Christi nomen esse uideatur. denique multi non otiosas tantummodo res, & aniles, sed etiam scelera quædam se iurant per Christi nomen esse facturos. hic enim loquendi usus est talibus: per Christum, quia tollo illud: per Christum, quia cædo illum: per Christum, quia occido illum: ad hoc res cecidit, ut, cum pro Christi nomine iurauerint, putent se scelera etiam religiose esse facturos. denique, quid mihi ipsi euenerit, dicam. Cum ante aliquantulum tempus uictus cuiusdam pauperis prece, præpotentiori cuidam supplicarem, obsecrans ne homini misero, & egestuoso rem, ac substantiam suam tolleret; ne subsidium, ac stipem suam, qua paupertas illius nitebatur, auferret: tum ille, qui eius rebus siti rabida inhauerat, ac prædam iam spe & cupiditate ardentissima deuorauerat, respiciens ac uibrans in os meum truces oculos, utpote qui tolli sibi a me putaret, quod ipse aliquando non tulisset, nequaquam id, quod peterem, fieri a se posse, respondit: quasi uero iussu, aut scripto id sacro faceret, quod penitus præterire non possit. cumq. 10

Exo. 20
Deut. 5

al. sacramē-

D ego

ego causam, qua hoc fieri non ualeret, quærem; dixit rem uiolentissimam, & cui contradici penitus non deberet: Iuravi, inquit, res illius a me esse tollendas: uide ergo, an possim, uel debeam non efficere, quod etiam interposito Christi nomine me iuravi esse facturum. Tum ego, (quid enim amplius facerem, cui res tam iusta ostendebatur, & sancta?) audita religiosissimi sceleris ratione, discessi. Hic nunc interrogo omnes, qui sanæ mentis sunt: Quis unquam crederet, usque in hanc contumeliam Dei progressuram esse humanæ cupiditatis audaciam, ut id ipsum, in quo iniuriam Christo faciunt, dicant se ob Christi nomen facturos? o inæstimabile facinus, & prodigiosum. quid non ausæ sint improbæ mentes? ar-
 mant se ad latrocinandum per Christi nomen: auctorem quodam modo suo sceleris Deum faciunt; ut, cum interdicator ac iudex malorum omnium Christus sit, dicant se scelus, quod agunt, agere pro Christo. Sed de hostili iniquitate cõque rimur, & paganam barbariem peierare causamur. quanto minori peccato illi per dæmonia peierant, quam nos per Christum? quanto minoris res criminis est, Iouis nomen ludificare, quam Christi? ibi homo mortuus est, per quem iuratur: hic Deus uiuus, qui peieratur. ibi nec homo ullus, nec Deus summus: hic cum maximi sacramenti sit deieratio, necesse est maximi sit reatus, & peieratio. ibi cum prope nullum sit sacramentum, nullum constat esse periurium. nam cum Deus non sit, per quem iuratur; non est periurium, cum peieretur. Denique, qui uult scire, quam uerum sit; audiat beatum apostolum Paulum ipsa, quæ nos dicimus, prædicantem. sic quippe ait: Scimus autem, quoniam quæcumque lex
 Rom. 2. 4 loquitur, his, qui in lege sunt, loquitur. Et iterum: Vbi, inquit, non est lex, nec præuaricatio. Duabus his sententiis duas euidenter exposuit partes generis humani, extra legem positos, & in lege uiuentes. Qui sunt igitur nunc in lege positi? qui scilicet, nisi Christiani? sicut ipse apostolus fuit, qui de se ait: Sine lege Dei non sum, sed in lege sum Christi. Qui igitur sine lege Christi? qui, nisi pagani homines, legem dominicam nescientes? & ideo de his dicit: Vbi non est lex, nec præuaricatio. Quo dicto utique ostendit, Christianos tantum, cum peccauerint, legis præuaricatores esse; paganos autem, qui legem nesciant, sine præuaricatione peccare: quia nullus potest esse rei præuaricator, quam nescit. nos ergo tantum præuaricatores diuinæ legis, qui, ut scriptum est, legem legimus, & non facimus eam: ac per hoc nihil est aliud scientia nostra, quam culpa; qui ad hoc tantummodo legem nouimus, ut maiore offensione peccemus: quia quod lectione, & corde nouimus, libidine, ac despectione calcamus. et ideo rectissime apostolicum illud ad omnem dicitur Christianum: Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. nomen enim Dei per uos blasphematur inter gentes. Cuius ergo criminis rei sint Christiani, ex hoc uno intelligi potest, quia Dei nomen infamant. Et cum scriptum sit nobis, ut omnia faciamus in gloriam Dei; nos ediuerso cuncta in Dei facimus iniuriam. Cumq. ipse saluator noster ad nos quotidie clamet: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant filii hominum opera uestra bona, & magnificent patrem uestrum, qui in cælis est: Nos ita uiuimus e-
 contrario, ut filii hominum uideant opera nostra mala, & blasphement patrem nostrum, qui est in cælis. Quæ cū ita sint; magna uidelicet nobis prærogatiua de nomine Christianitatis blandiri possumus; quia ita agimus, & uiuimus, ut hoc ipsum quod Christianus populus esse dicimur, opprobrium Christi esse uideamur. At ediuerso in paganis quid horum simile, quæ dicimus? numquid dici de his potest: Ecce quales sunt, qui Christiani esse dicuntur? Numquid de Saxonibus, aut Francis, Ecce quæ faciunt, qui se afferunt Christi esse cultores? numquid propter Maurorum efferos mores lex sacrosancta culpatur? numquid Scytharum, aut Gepidarum

pidarum inhumanissimi ritus in maledictum, atque blasphemiam nomen domini saluatoris inducunt? numquid dici de ullis istorum potest, ubi catholica est lex, quam credunt? ubi sunt pietatis, & castitatis præcepta, quæ discunt? euangelia legunt, & impudici sunt: apostolos audiunt, & inebriantur: Christum sequuntur, & rapiunt: uitam improbam agunt, & probam legem habere se dicunt. numquid hæc de ulla istarum gentium dici queant? non utique: de nobis quippe omnia ista dicuntur. in nobis Christus patitur opprobrium: in nobis patitur lex Christiana maledictum: de nobis enim illud, quod supra diximus, dicitur, Ecce quales sunt, qui Christum colunt. falsum plane illud est, quod aiunt se bona discere, quod iactant se sanctæ legis præcepta retinere. si enim bona discerent, boni essent. talis profecto secta est, quales & sectatores: hoc sunt absque dubio, quod docentur. apparet itaque, & prophetas, quos habent, impuritatem docere; & apostolos, quos legunt, nefaria sensisse; & euangelia, quibus imbuuntur, hæc, quæ ipsi faciunt, prædicare. Postremo sancta a Christianis fierent, si Christus sancta docuisset. æstimari itaque de cultoribus suis potest ille, qui colitur. quo modo enim bonus magister est, cuius tam malos uidemus esse discipulos? ex ipso enim Christiani sunt: ipsum audiunt: promptum est omnibus Christi intelligere doctrinam. uide Christianos, quid agant: & euidenter potes de ipso scire, quid doceat. Denique, quam prauæ, ac nefarie pagani semper de sacris dominicis opinati sint, docent persecutorum immanium cruentissimæ quæstiones, qui in sacrificiis Christianis nihil aliud, quã impura quædam fieri, atque abominanda, credebant. si quidem initia ipsa nostræ religionis non nisi a duobus maximis facinoribus oriri arbitrantur, primum scilicet homicidio, deinde, quod est homicidio grauius, incestu, nec homicidio solum, & incestu, sed, quod sceleratius quiddam est incestu ipso, & homicidio, incestu matrum sacrosanctarum, & homicidio innocentium paruulorum: quos non occidi tantum a Christianis, sed, quod magis abominandum est, etiam uorari existimabant. et hæc omnia ad placandum Deum, quasi ullo facinore magis possit offendi; ad purgandum piaculum, quasi ullum aliud maius esset; ad commendandum sacrificium, quasi ullam rem magis Deus possit horrere; ad promerendam uitam æternam, quasi uero, etiam si possit his rebus accipi, tanti esset ad eam per scelera tam immania perueniri. Intelligere possumus autem, quales esse pagani crediderint Christianos, qui talibus sacrificiis Deum colerent; aut qualem sollicitent Deum ipsum, qui hæc sacra docuisset. Et hoc cur? utique nisi ob eos qui Christiani esse dicuntur, & non sunt; qui per flagitia ac turpitudines suas nomen religionis infamant; qui, ut scriptum est, contentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominabiles, & increduli, ad omne autem opus bonum reprobis, per quos, ut legimus, uia ueritatis blasphematur, & sacrosanctum nomen domini Dei sacrilegorum hominum maledictione uiolatur. quam grauis autem, ac singularis piaculi malum sit, nomen diuinitatis in blasphemiam gentium dare; etiam Dauid beatissimi edocemur exemplo: qui cum per suffragia iustitiarum suarum, æternam pro offensionibus suis poenam per unam tantum confessionem meruit euadere; huius tamen criminis ueniam nec per pœnitentiam patrocinantem potuit impetrare. nam cum ei errores proprios contenti Nathan propheta dixisset; Transtulit Deus peccatum tuum, non morieris: subdidit statim: Verumtamen, quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter uerbum hoc filius, qui ex te natus est, morietur. Ecquid post hæc? deposito scilicet diademate, proiectis gemmis, exutis purpuris, remota omni splendoris regis dignitate, cum pro his omnibus solitarius, gemens, clausus sacco, squalidus, fletu madidus, cinere sordidatus, uitam paruuli sui tot la-
 D 2 men-

mentationum suffragiis peteret, & piissimum Deum tanta precum ambitione pulsaret, sic rogans, & obsecrans obtinere non potuit; cum tamen, quod fortissimum petentibus adiumentum est, & impetratum se quod sic a Deo peteret, credidisset. Ex quo intelligi potest, quod nullum penitus maioris piaculi crimen est, quam blasphemandi causam gentibus dare. quicumque enim sine blasphemia aliorum grauerit errauerit, sibi tantum affert damnationem: qui autem alios blasphemare fecerit, multos secum præcipitat in mortem; & necesse erit, ut sit pro tantis reus, quantos secum traxerit in reatum. nec solum hoc: sed quicumque peccator ita peccat, ut alios tamen peccato suo blasphemare non faciat; peccatum suum ipsi obest tantummodo quod peccauerit; sacrosanctum autem Dei nomen sacrilega blasphemantium maledictione non lædit: qui uero blasphemare alios peccans fecerit, necesse est peccatum huius supra criminis humani esse mensuram, quia per conuicia plurimorum inestimabilem Deo facit iniuriam. Hoc autem, ut dixi, malum peculiariter tantum Christianorum est: quia per eos tantummodo blasphematur Deus, qui bona discunt, & mala faciunt: qui, ut scriptum est, Deum uerbis confitentur, & factis negant: Qui, ut idem apostolus ait, acquiescunt legi, & sciunt uoluntatem eius, & probant quæ potiora sunt: qui habent formam scientiæ & ueritatis in lege: qui prædicant non furandum, & furantur: & qui legunt, non moechandum, & moechantur: qui in lege gloriantur, & per præuarcationem legis Deum inhonorant. et ideo hoc ipso Christiani deteriores sunt, qui meliores esse deberent. non enim probant, quod confitentur, & impugnant professionem suam moribus suis. magis enim damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat: & reatus impius est, pius nomen. unde etiam saluator in Apocalypsi ad tepidum Christianum ait: Utinam aut calidus esses, aut frigidus: nunc autem, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Omnem Christianum dominus fide ac spiritu iubet esse feruentem. sic enim scriptum est: Ut simus spiritu feruentes, domino seruietes. In hoc ergo seruore spiritus fidei religiosæ ardor ostenditur: de quo ardore qui plurimum habet, feruens esse agnoscitur, & fidelis; qui nihil omnino habet, & frigidus esse intelligitur, ac paganus: qui uero inter utrumque, uel neutrum est, tepidus, atque exosus est domino Christianus: & ideo ad eum dicitur: Utinam aut calidus esses, aut frigidus: nunc, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. hoc est dicere: Utinam aut calorem, ac fidem haberes bonorum Christianorum, aut certe frigus, & ignorantiam paganorum. aut enim fides te calida Deo insinuaret: aut certe ad præsens adhuc legis ignorantia aliquatenus excusaret. nunc autem, quia Christum iam agnouisti; & negligis, quem agnouisti; qui susceptus es quasi intra os Dei per fidei agnitionem, proiiceris per teporem, quod quidem etiam beatus apostolus Petrus euidenter exposuit, dicens de uitiosis, & tepidis, id est male uiuentibus Christianis; Melius erat illis, non cognoscere ueritatem, quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi mandato. Contigit illi res ueri prouerbii: Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lora in uolutabro luti. Quod ut euidenter de his dictum intelligamus, qui sub Christiano nomine in sordibus mundi atque impuritatibus uiuunt; audi, quid eisdem in eodem loco dicat: Si enim, inquit, refugientes coinquinationes mundi in agnitionem domini nostri & conseruatoris Iesu Christi, his rursus impliciti superantur; facta sunt illis nouissima peiora prioribus. Quod quidem & beatus apostolus Paulus eodem modo dicit: Circumcisio quidem prodest, si legem custodias; si autem præuarcator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Circumcisionem autem Christianitatem intelligendam ipse euidentissime docet, dicens: Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Dei seruiamus, & non in carne

Rom. 2

Apoc. 3

Rom. 12

2. Petr. 2

Rom. 2

Phil. 3

carne confidimus. Ac per hoc uidemus, quod malos Christianos paganis comparat, nec comparat tantum, sed pæne postponit, dicens: Si autem præputium legis iustitias custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur, & iudicabit id, quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per litteram & circumcisionem præuarcator legis es? Ac per hoc intelligimus, ut supra dixi, culpabiliores multo plus nos esse, qui legem Dei habemus, & spernimus, quam illos, qui nec habent omnino, nec norunt. nemo enim ignota contemnit. Concupiscentiam quippe, apostolus, nesciebam, inquit, nisi lex diceret, non concupisces. Neque enim præuarcantur a lege, quæ non habent: quia, ut scriptum est, ubi non est lex, nec præuarcatio. Ac per hoc, si non præuarcantur a lege, quam non habent, ergo non contemnunt legis scita, quæ non habent: quia nemo, ut dixi, potest despiciere, quod nescit. Nos ergo & contemptores pariter, & præuarcatores sumus, ac per hoc paganis deteriores: quia illi non norunt Dei mandata, nos nouimus: illi ea non habent, nos habemus: illi inaudita non faciunt, nos læta calcamus. et ideo apud illos ignorantia est, apud nos præuarcatio: quia minoris criminis reatus est, legem nescire, quam spernere.

Rom. 2

Rom. 7

20 SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER QUINTVS.

SCIO, infidelissimos quosque, & ueritatis diuinæ incapaces dicere aduersum hæc posse, quæ diximus: si tantus sit Christianorum infidelium reatus, ut plus peccent prætermittentes mandata domini, quæ sciant, quam paganæ gentes, quæ nesciant; salubrioris his fuisse ignorantiam, quam agnitionem, & contra eos esse admodum, quod agnouerint ueritatem. Quibus hoc respondendum est, non ueritatem his obesse, sed uitia; nec legem nocere, sed mores. denique mores boni, & legis scita pro nobis sunt. tolle uitia, lex prodest. Scimus enim, inquit apostolus, quia bona est lex, si quis ea legitime utatur. Legitime itaque lege utere, & legem tibi bonam ipse fecisti. Scimus enim, inquit, quia lex est bona, si quis ea legitime utatur; sciens hoc, quod iusto non est lex posita: ac per hoc iustus esse incipe; & eris liber a lege: quia non potest uenire lex contra mores, quæ iam habetur in moribus. Scimus ergo, inquit, quia lex bona est, si quis ea legitime utatur, sciens hoc, quod iusto non est lex posita, sed iniustus; & non subditis, sed sceleratis, & impiis, & peccatoribus; & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur: ac per hoc non tam lex tibi o homo, quam tu legi aduersaris: nec lex contra te bene præcipiendo, sed tu contra legem male uiuendo agis: immo illa pro te est, tu contra illam: illa enim tibi consulit sancta dicendo, tu contra illam uenis praua faciendo; nec contra illam tantum, sed etiam contra te; quia in illa salus & uita tua est. ac per hoc dum legem diuinam deseris, salutem propriam derelinquis. Non aliter ergo nos de dominica lege querimus, quam queri de optimo medico impatiens ægrotus solet: qui cum ingrauescere sibi morbos fecerit uitio suo, imperitiam medentis accusat. quasi uero curare ullam infirmitatem præcepta possint, si eis non obediunt infirmus; aut sanare quempiam obseruantia ualeat, quam medicus ei imperat, si eam sibi ægrotus ipse non præstat. quid iuuat stomachum abstinentia, si statim dulcia subsequantur? quid conferunt phrenetico silentia circumstantium, quem statim suus clamor occidit? aut quid prodesse poterit

poterit antidotum, cui superfunditur uenenum? Et nobis itaque lex est antidotum, sed uitiōfitas uenenum. sanare nos non potest legis antidotum, quos occidunt uenena uitiōrum. Sed iam de his & antea satis diximus; & si ita res postula uerit, etiam post hæc, iuuante Deo, aliqua dicemus. interim, quia duo superius barbarorum genera, uel sectas esse memorauimus, paganorum, atque hæreticorum; quia de paganis iam, ut arbitror, satisfecimus, de hæreticis quoque, ut causa poscit, subiiciamus. Potest enim quispiam dicere: Etiam si a paganis lex diuina non exigat, ut mandata faciant, quæ non sciunt, certe ab hæreticis exigit, qui sciunt: eadem enim etiam illos legere, quæ nos legimus: eosdem apud illos prophetas Dei, eosdem apostolos, eosdem euangelistas esse: ac per hoc aut non minus ab illis legem negligi, quam a nobis, aut etiam multo magis; quia, cum eadem legant scripta, quæ nostri, multa faciunt deteriora, quam nostri. utrumque ergo uideamus. Eadem, inquis, legunt, quæ a nobis leguntur. quo modo eadem, quæ ab auctoribus quondam malis & male sunt interpollata, & male tradita, ac per hoc, iam non eadem: quia non possunt penitus dici ipsa, quæ sunt in aliqua sui parte uitiata. incolumitatem enim non habent, quæ plenitudinem perdididerunt: nec statum suum omnino seruant, quæ sacramentorum uirtute priuata sunt. Nos ergo tantum scripturas sacras plenas, inuolatas, integras habemus, qui eas uel in fonte suo bibimus, uel certe de purissimo fonte hauritas per ministerium puræ translationis haurimus: nos tatummodo bene legimus; atque utinam, quam bene legimus, tam bene implemus. Sed uereor, quod, qui non bene obseruamus, nec bene lectitemus: quia minor reatus est, sancta non legere, quàm lecta uiolare. ceteræ quippe nationes aut non habent legem Dei, aut debilem aut conuulneratam habent: ac per hoc, ut diximus, non habent, quæ sic habent. nam etsi qui gentium barbararum sunt, qui in libris suis minus uideantur scripturam sacram interpollatam habere, uel laceram: habent tamen ueterum magistrorum traditionem corruptam: ac per hoc traditionem potius, quam scripturam habent: quia hoc non retinent, quod ueritas legis suadet, sed quod prauitas malæ traditionis inferuit. barbari quippe homines, Romanæ, immo potius humanæ eruditionis expertes, qui nihil omnino sciunt, nisi quod a doctoribus suis audiunt; quod audiunt, hoc sequuntur. ac sic necesse est, eos, qui totius litteraturæ ac scientiæ ignari, sacramentum diuinæ legis doctrina magis, quam lectione cognoscunt, doctrinam potius retinere, quam legem. itaque traditio eis magistrorum suorum & doctrina inueterata, quasi lex est, qui hoc sciunt, quod docentur: hæretici ergo sunt, sed non scientes. denique apud nos sunt hæretici, apud se non sunt. nã intantum se catholicos esse iudicant, ut nos ipsos titulo hæreticæ appellationis infament. quod ergo illi nobis sunt, hoc & nos illis. nos eos iniuriam diuinæ generationi facere certis sumus, quod minorem patre filium dicant: illi nos iniuriosos patri existimant, quia æquales esse credamus. ueritas apud nos est, sed illi apud se esse præsumunt. honor Dei apud nos est: sed illi hoc arbitrantur honorem diuinitatis esse, quod credunt. inofficiosi sunt: sed illis hoc est summum religionis officium. impii sunt: sed hoc putant uerã esse pietatē. errant ergo, sed bono animo errant, non odio, sed affectu Dei, honorare se Deum atque amare credentes. quamuis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei existimant caritatem. Qualiter pro hoc ipso falsæ opinionis errore in die iudicii puniendi sint, nullus potest scire, nisi iudex. interim iccirco eis, ut reor, patientiam Deus commodat, quia uidet eos, etsi non recte credere, affectu tamen piæ opinionis errare: maxime cum sciat eos ea facere, quæ nesciunt, nostros autem negligere, quod credunt: ac per hoc illos magistrorum peccare uitiō, nostros suo; illos ignorantes, nostros

nostros scientes; illos facere, quod putent rectum, nostros quod sciant esse peruersum, et ideo iusto iudicio illos patientia Dei sustinet, nos animaduersione castigat: quia ignosci aliquatenus ignorantia potest; contemptus ueniam non meretur. sic enim scriptum est: Seruus, qui nescit uoluntatem domini sui, & non facit eam, uapulabit paucis: qui autem scit eam, & non facit, uapulabit multis. Non ergo miremur, quod multis cædimur: quia non inscientia, sed rebellione peccamus. scientes enim bona, non bene agimus; & discretionem recti ac prauis intelligentes, praua sectamur: legem legimus, & legitima calcamus: & ad hoc tantum præceptorum sacrorum scita cognoscimus, ut grauius post interdicta peccemus.

10 Deum colere dicimus nos, & diabolo obtemperamus. Et post hæc uolumus, ut bona a Deo accipiamus, cum mala semper malis addamus: fieri uoluntatem nostram a Deo cupimus, cum Dei nos facere nolimus: quasi nos superiores Deo esse semus, agimus: uolumus ut uoluntati nostræ Deus iugiter pareat, cum omnes nos uoluntati eius iugiter repugnemus. sed ille iustus est, licet nos simus iniusti. castigat enim, quos castigandos putat; patitur, quos putat esse patiendos. utrumque ad unam rem uult proficere; ut & castigatio in catholicis peccandi refrenet libidinem, & quandoque hæreticos patientia Dei faciat plenã fidei noscere ueritatē; maxime cum sciat eos forsitan catholica non indignos fide, quos uideat catholicis uitæ cõparatione præstare. Omnes autē isti, de quibus loquimur, aut Vuandali sunt, aut Gothi. nam de Romanis hæreticis, quorum innumera multitudo est, nihil dicimus; neque aut Romanis eos, aut barbaris comparamus; quia & infidelitate Romanis sunt deteriores, & scditate uitæ barbaris turpiores. sed hæc nos non solum non iuuant, sed etiam supra id, quod a nobis ipsis est, grauamen grauant: quia & ii, quos tales causamur esse, Romani sunt. unde intelligere possumus, quid mereatur Romana resp. quo pars Romanorum offendat Deum uita, pars & infidelitate pariter & uita, saluo eo, quod etiam ipsæ quondam hæreses barbarorum de Romani magisterii prauitate fluxerunt. ac perinde etiam hoc nostrum crimen est, quod populi barbarorum hæretici esse cõperunt. Porro autem, quantum ad conuersationem Gothorum, aut Vuandalorum pertinet; quid est, in quo eis aut præponere nos, aut etiam comparare possumus? Ac primum, ut de affectu & caritate dicam, quam præcipuam dominus docet esse uirtutem, & quam non solum per omnes scripturas sacras, sed etiam per se ipse commendat, dicens: In hoc scietur, quod discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis: Omnes se fere barbari, qui modo sunt unius gentis & regis, mutuo amant: omnes pæne Romani se mutuo persequuntur. quis enim ciuis non inuidet ciui? quis enim plenam uicino exhibet caritatem? omnes quippe a se, etsi loco non absunt, affectu absunt; etsi habitatione iunguntur, mente disuncti sunt: atque utinam, hoc licet sit pessimum malum, utinam ciues tantum, atque uicini: illud est grauius, quod nec propinqui quidem propinquitatis iura cõseruant. quis enim se proximis suis proximum reddit? quis soluit caritati, quod se cognoscit debere uel nomine? quis hoc est animo, quo uocatur? quis tam propinquus corde, quam sanguine? in quo non liuidus maleuolentiæ zelus ardet? cuius non sensum liuor inuastit? cui non prosperitas aliena supplicium est? quis non bonum alterius, malum suum credit? cui ita sufficit felicitas sua, ut etiam alium uelit esse felicem? nouum, & inestimabile nunc in plurimis malum est. parum alicui est, si ipse sit felix, nisi alter fuerit infelix. Iam uero illud quale, quam sæuum, ex hac ipsa impietate descendens, quam alienum a barbaris, quam familiare Romanis, quod se inuicem exactione proscribunt: immo non inuicem: nam hoc tolerabilius ferme esset, si pateretur quisque quod fecerat: illud est grauius, quod plurimi proscribuntur a paucis, quibus exactio publica

ca peculiaris est præda, qui fscalis debiti titulos faciunt quæstus esse priuatos: & hoc non summi tantum, sed pæne infimi; non iudices solum, sed etiam iudicibus obsequentes. quæ enim sunt non modo urbes, sed etiam municipia, atque uici, ubi non, quot curiales fuerint, tot tyranni sint? quamquam forte hoc nomine sibi gratulentur, quia potens, & honoratus etiam uidetur. nam & latrones ferme omnes gaudent, & gloriantur, si atrociores admodum, quam sunt, esse dicantur. quis ergo, ut dixi, locus est, ubi non a principalibus ciuitatum, uiduarum, & pupillorū uiscera deuorentur, & cum his ferme sanctorum omnium? nam & hos quasi uiduas & pupillos habent, quia tueri se aut pro studio professionis suæ nō sunt, aut innocentia, atque humilitate nō possunt. nemo itaque tutus horum est, nec ullus admodum præter summos a uastatione latrocinii populantis immunis, nisi qui ipsis latronibus par est in hac condicione: immo in hoc scelus res deuoluta est, ut, nisi quis malus fuerit, saluus esse non possit. Sed uidelicet, cum tot sint, qui bonos uastant, sunt fortasse aliqui, qui in hac uastatione succurrant, qui, ut scriptum est, eripiant egenum, & pauperem de manu peccatoris. Non est, qui faciat bonum, non est pæne usque ad unum. Ideo dixi, pæne usque ad unū; quia tanta est raritas bonorum, ut pæne unus esse uideatur. quis enim uexatis, atque laborantibus opem tribuat, cum improborum hominum uiolentia etiam sacerdotes domini non resistant? nam aut tacent plurimi eorum; aut similes sunt tacentibus, etiam si loquantur; & hoc multi non inconstantia, sed consilio, ut putant, atque ratione. exertam enim ueritatem proferre nolunt, quia eam aures improborum hominum sustinere non possunt: nec solum refugiunt, sed etiam odiunt, & execrantur: & non modo auditam non reuerentur, aut metuent, sed maiore etiam superbientis peruicaciæ perduellione contemnunt. et ideo tacent etiam qui loqui possunt, dum ipsis interdum male parcunt: nec uolunt eis uim apertæ promere ueritatis, ne faciant eos ingesta acrius ueritate peiores. interea uastantur pauperes: uiduæ gemunt: orphani proculcantur intantum, ut multi eorum, & non obscuris natalibus editi, & liberaliter instituti, ad hostes fugiant, ne persecutionis publicæ afflictione moriantur; quærentes scilicet apud barbaros Romanā humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non possunt. et quamuis ab iis, ad quos confugiunt, discrepent ritu, discrepent lingua, ipso etiā, ut ita dicam, corporum atque induuiarum barbaricarum foetore diffentiant; malunt tamen in barbaris pati cultum dissimilem, quam in Romanis iniustitiam fauicentem. itaque passim uel ad Gothos, uel ad Baogandas, uel ad alios ubique dominantes barbaros migrant, & commigrasse non pænitet. malunt enim sub specie captiuitatis uiuere liberi, quam sub specie libertatis esse captiui. itaque nomē ciuium Romanorum aliquando non solum magno æstimatum, sed magno emptū nunc ultro repudiatur, ac fugitur, nec uile tantum, sed etiam abominabile pæne habetur. ecquod esse maius testimonium Romanæ iniquitatis potest, quā quod plerique & honesti, & quibus Romanus status summo & splendori esse debuit, & honori, ad hoc tamen Romanæ iniquitatis crudelitate compulsi sunt, ut nolint esse Romani? Hinc est etiam, quod hi, qui ad barbaros non confugiunt, barbari tamen esse coguntur, scilicet ut est pars magna Hispanorum, & non minima Gallorum, omnes denique, quos per uniuersum Romanum orbem fecit Romana iniquitas iam non esse Romanos. de Baogandis nunc mihi sermo est; qui per malos iudices & cruentos spoliati, afflicti, necati, postquam ius Romanæ libertatis amiserant, etiam honorem Romani nominis perdididerunt. et imputatur his infelicitas sua: imputamus his nomen calamitatis suæ: imputamus nomen, quod ipsi fecimus: uocamus rebelles, uocamus perditos, quos esse compulimus criminosos. qui-

Psal. 81
52

quibus enim aliis rebus Baogandæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatibus iudicum, nisi eorum proscriptionibus, & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in quæstus proprii emolumenta uerterunt, & indictiones tributarias prædas suas etiam fecerunt? qui in similitudinem immanium bestiarum non rexe latrones solent, sed laceratione etiam, & ut ita dicam, sanguine pascebantur? ac sic actum est, ut latrocinii iudicum strangulati homines, & necati, inciperent esse quasi barbari, quia non mittebantur esse Romani. acquieuerunt enim esse quod non erant, quia non mittebantur esse quod fuerant: coactiq. sunt salutem uitam defendere, quia iam libertatem uidebant penitus perdidisse. aut quid aliud etiam nunc agitur, quam tunc actum est, id est, ut, qui adhuc Baogandæ non sunt, esse cogantur? quantum enim ad uim, atque iniurias pertinet, compelluntur, & uolunt esse, sed imbecillitate impediuntur ut non sint. sic sunt ergo, quasi captiui iugo hostium pressi: tolerant supplicium necessitate, non uoto: animo desiderant libertatem, sed summam sustinent seruitutem. ita ergo & cum omnibus ferme humilioribus agitur. una enim re ad duas diuersissimas coartantur: summa uis exigit, ut aspirare ad libertatem uelint: sed eadem uis posse non finit, quæ uelle compellit. Sed imputari his posset forsitan, quod hoc uelint homines, qui nihil magis cuperent, quam ne cogerentur hoc uelle. summa enim infelicitas est, quod uolunt. nam multo cum his melius agebatur, si non compellerentur hoc uelle. Sed quid possunt aliud fieri miseri, qui assiduam, immo continuū exactionis publicæ patiuntur excidium, quibus imminet semper grauis & indefensa proscriptio, qui domos suas deserunt, ne in ipsis domibus torqueantur? exilia perunt, ne supplicia sustineant. leuiore his hostes, quam exactores sunt, & res ipsa hoc indicat: ad hostes fugiunt, ut uim exactionis euadant. Et quidem hoc ipsum, quamuis durum, & inhumanum, minus graue tamen, atque acerbum erat, si omnes æqualiter atque in commune tolerarent: illud indignius, ac poenalius, quod omnia non omnes sustineant: immo, quod pauperculos homines tributa diuitum premant, & infirmiores ferunt sarcinas fortium: nec alia causa est, quod sustinere non possunt, nisi quia maior est miserorum sarcina, quam facultas. Res diuersissimas dissimillimasq. patiuntur, inuidiam, & egestatem. inuidia est enim in solutione, egestas in facultate. si respicias quod defendunt; abundare arbitraris: si respicias quod habent; egere reperies. quis æstimare rem huius iniquitatis potest? solutionem sustinent diuitum, & indigentiam mendicorum. Plus multo est quod dicturus sum, indictiones tributarias ipsi interdum diuites faciunt, pro quibus pauperes soluunt. Sed dicas: cum ipsorum maximus census sit, & ipsorum maximæ pensiones; quo modo id fieri potest, ut ipsi sibi augeri debitum uelint? Neque ego id dico, quod sibi augeant. nam & ideo augent, quia nō sibi augent. dicam, quo modo. Veniunt plerumque noui nuncii nouarum epistolarum, a summis sublimitatibus missi, qui cōmendantur illustribus paucis ad exilia plurimorum: decernuntur his noua munera, decernuntur nouæ indictiones: decernunt potentes, quod soluant pauperes: decernit gratia diuitum, quod perdat turba miserorum. ipsi enim in nullo sentiunt, quod decernunt. Sed non possunt, inquis, nō honorari, & liberalius accipi, qui fuerint a maioribus missi. Estote ergo uos diuites primi in conferendo, qui estis primi in decernendo: estote primi in largitate rerum, qui primi estis in liberalitate uerborum. qui das de meo, da & de tuo. tametsi rectissime, quisquis ille es, qui solus uis capere gratiam, solus patereris expensam. sed acquiescamus pauperes uestræ diuites uolūtati: quod pauci iubetis, soluamus omnes. quid tam iustum, quid tam humanum? grauant nos

nos nouis debitis decreta uestra : facite saltem debitum ipsum nobiscum esse commune . quid enim iniquius esse , aut indignius potest , quam ut soli sitis immunes a debito , qui cunctos facitis debitores ? et quidem miserrimi pauperes sic totum hoc , quod diximus , soluunt , quod , qua re , uel qua ratione soluant , penitus ignorant . cui enim licet discutere , cur soluatur ? aut cui permittitur explorare , quid debeat ? sed tunc id euidentissime proditur , cum inuicem sibi diuites irascuntur ; cum indignantur aliqui eorum , quod sine consilio ac tractatu suo aliqua decreta sint . tunc a quibusdam eorum audias dici : o facinus indignum : duo , aut tres statuunt , quod multos necet : a paucis potentibus decernitur , quod a multis miseris dependatur . honori enim suo unusquisque diuitum hoc praestat , ut nolit aliquid se absente decerni ; non iustitiae , ut iniqua nolit se praesente constitui . denique , quod in aliis reprehendunt , ipsi postea aut pro contemptu praeteriti ultione , aut pro potestatis praesumptione constituunt . ac per hoc infelicissimi pauperes sic sunt , quasi inter concertantes procellas in medio mari positi : nunc istorum scilicet , nunc illorum fluctibus obruuntur . Sed uidelicet qui in hac parte iniqui sunt , in alia moderati inueniuntur , & iusti : ac prauitatem unius rei alterius probitate compensant : nam sicut in onere nouarum indictionum pauperes grauant , ita in nouorum remediorum opitulatione sustentant : sicut tributis nouis minores maxime deprimuntur , sic remediis nouis maxime subleuantur . Immo par est iniquitas in utroque . nam sicut sunt in aggrauatione primi pauperes , ita in reuelatione postremi . Si quando enim , ut nuper factum est , defectis urbibus imminuendas in aliquo tributarias functiones potentes summe existimauerunt ; illico remedium cunctis datum , soli inter se diuites partiuntur . quis tunc pauperum meminit ? quis ad communionem beneficii humiles & egestuosos uocat ? quis eum , qui primus est semper in sarcina , uel ultimo esse loco patitur in medela ? Ecquid plura ? tributarii omnino pauperes non putantur , nisi cum his tributum cumulus imponitur . extra numerum autem tributariorum sunt , cum remedia diuiduntur . Et putamus , quod poena diuinæ seueritatis indigni sumus , cum sic nos semper pauperes puniamus ? aut credimus , cum iniqui nos iugiter simus , quod Deus iustus in nos omnino esse non debeat ? Vbi enim , aut in quibus sunt , nisi in Romanis tantum , hæc mala , quorum iniustitia tantum nisi nostra ? Franci enim hoc scelus nesciunt : Hunni ab his sceleribus immunes sunt : nihil horum est apud Vandalos , nihil horum apud Gothos . tam longe enim est , ut hæc inter Gothos barbari tolerent , ut ne Romani quidem , qui inter eos uiuunt , ista patiantur . itaque unum illic Romanorum omnium uotum est , ne umquã eos necesse sit in ius transire Romanum : una & consentiens illic Romanæ plebis oratio , ut liceat eis uitam , quam agunt , agere cum barbaris . Et miramur , si non uincantur a nostris partibus Gothi , cum malint apud eos esse , quã apud nos Romani . itaque non solum transfugere ab eis ad nos fratres nostri omnino nolunt , sed , ut ad eos confugiant , nos relinquunt . Et quidem mirari satis non possum , quod hoc non omnes omnino faciunt tributarii pauperes , & egestuosi , nisi quod una causa tantum est , qua non faciunt , quia transferre illuc reculas , atque habitatiunculas suas , familiasq. non possunt . nam cum plerique eorum agellos ac tabernacula sua deferant , ut uim exactionis euadant : quo modo non , quæ compelluntur deferere , uellent , sed secum , si possibilitas pateretur , auferrent ? ergo , quia hoc non ualent , quod forte mallent , faciunt quod unum ualent : tradunt se ad tuendum protegendumq. maioribus , & dediticios se diuitum faciunt , & quasi in ius eorum ditionemq. transcendunt . Nec tamen graue hoc esse , aut indignum arbitraretur ; immo potius gratularer hanc potentum magnitudinem , quibus se pauperes dedunt , si patrocinia

trocinia ista non uenderent , si , quod se dicunt humiles defensare , humanitati tribuerent , non cupiditati . illud graue , ac peracerbum est , quod hac lege tueri pauperes uidentur , ut spoliarent : hac lege defendunt miseros , ut miseros faciant defendendo : omnes enim hi , qui defendi uidentur , defensoribus suis omnem fere substantiam suam prius , quam defendantur , addicunt : ac sic , ut patres habeant defensionem , perdunt filii hereditatem . tuitio parentum , mendicitate pignorum comparatur . Ecce , quæ sunt auxilia ac patrocinia maiorum . Nihil susceptis tribuunt , sed sibi . hoc enim pacto aliquid a parentibus temporarie attribuitur , ut in futuro torum filiis auferatur . uendunt utique , & quidem grauissimo pretio uendunt , maiores quidam , cuncta , quæ praestant . ecquid dixi , uendunt ? utinam uenderent usitato more , atque communi : aliquid forsitan remaneret emptoribus . nouum quippe hoc genus uenditionis , & emptionis est . uenditor nihil dat , & totum accipit : emptor nihil accipit , & totum penitus amittit . cumque ferme omnis contractus hoc in se habeat , ut inuidia penes emptorem , inopia penes uenditorem esse uideatur ; quia emptor emit ad hoc , ut substantiam suam augeat ; uenditor ad hoc uendit , ut minuat : inauditum hoc commercii genus est : uenditoribus crescit facultas , emptoribus nihil remanet , nisi sola mendicitas . Nam illud quale ? quam non ferendum ? & quod non dicam pati humanæ mentes , sed quod audivere uix possunt : quod plerique pauperculorum , atque miserorum , spoliati reculis suis , & exterminati agellis suis , cum rem amiserint , amissarum tamen rerum tributa petuntur : cum possessio ab his recesserit , capitatio non recedit : proprietatibus carent , & uectigalibus obruuntur . quis æstimare hoc malum possit ? rebus eorum incumbunt inuafores ; & tributa miseri pro peruaforibus soluunt . post mortem patris nati , obsequiis iuris posthumi , iuris sui agellos non habent , & ad agrorum munus enecantur . ac per hoc , quid aliud sceleribus tantis agitur , nisi ut , qui priuata peruaforibus nudati sunt , publica afflictione moriantur ; & quibus rem deprædator tulit , uitam tollat exactio ? itaque nonnulli eorum , de quibus loquimur , qui aut consultiores sunt , aut quos consultos necessitas fecit , cum domicilia atque agellos suos aut peruaforibus perdunt , aut fugati ab exactoribus deferunt , quia tenere non possunt , fundos maiorum expetunt , & coloni diuitum fiunt . aut , sicut solent ii , qui hostium terrore compulsi , ad castella se conferunt , aut qui , perditio ingenuæ incolumitatis statu , ad asylum aliquod desperatione confugiunt : ita & isti , qui habere amplius uel sedem , uel dignitatem suorum natalium non queunt , iugo se inquilinæ abiectionis addicunt ; in hanc necessitatem redacti , ut exactores non facultatis tantum , sed etiam condicionis suæ , atque exulantes non a rebus tantum suis , sed etiam a se ipsis , ac perdentes secum omnia sua , & rerum proprietate careant ; & ius libertatis amittant . Et quidem , quia ita infelix necessitas cogit , ferenda utcumque erat extrema fors eorum , si non esset aliquid extremius . illud grauius , & acerbius , quod additur huic malo seruilis malum . nam suscipiuntur ut aduenæ , fiunt præiudicio habitationis indigenæ , & exemplo quodam illius maleficæ potentis , quæ transferre homines in bestias dicebatur , ita & isti omnes , qui intra fundos diuitum recipiuntur , quasi Circei poculi transfiguratione mutantur . nam quos suscipiunt ut extraneos , & alienos , incipiunt habere quasi proprios : quos esse constat ingenuos , uertunt in seruos . Et miramur , si nos barbari capiunt , cum fratres nostros nos faciamus esse captiuos . nil ergo mirum est , quod uastationes sunt , atque excidia ciuitatum : diu id plurimorum opprefione elaborauimus , ut captiuando alios etiam ipsi inciperemus esse captiui . sentimus enim , etsi tardius multo , quam merebamur , sentimus tamen illa , quæ fecimus ; & , iuxta sermonem sacrum , labores manuum nostrarum manducamus ; ac iusto

*al. tradit**al. extorres**al. seruius**Psal. 127*

iusto iudice Deo soluimus, quæ debemus. miserti quippe exulum non sumus: ecce ipsi exules sumus. peregrinos fraude cepimus: ecce ipsi peregrinamur. præiudiciis temporum ingenui status homines circumuenimus: ecce ipsi nuper quidem in alieno solo uiuere cœpimus, sed præiudicia iam timemus. Et o quanta est infidelissimarum mentium cæcitas: damnationem perferimus iudicantis Dei, & necdum nos agnoscimus iudicari. Et mirantur aliqui sanctorum, quod exemplo nostro ceteri non emendentur, qui nihil adhuc tale tolerarunt, cum tormentis nostrarum iniquitatum nec ipsi quidem, qui iam a Deo plectimur, corrigamur. o superbiam non ferendam: plurimi pœnas peccatorum suorum perferunt, & intelligere causas pœnarum nemo dignatur. Sed est causa euidens, quæ hanc superbiam facit: scilicet, quia etsi aliqua iam patiamur, nondum tamen patimur qualia meremur. tanta est enim misericordia Dei, ut, etsi nos uult pati aliqua de piaculis nostris, nolit tamen cuncta tolerare: quia castigat malos, non reddit mala: agnoscere nos peccata nostra mauult, quæ sustinere: scilicet ut & piis ac salubribus flagellis ostendat nobis, quæ ferre mereamur; sed tamen nõ inferat, quæ meremur; iuxta illud scilicet beati apostoli dictum, quo ait: Ignoras, quoniam bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum duritiam tuam, & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ. Et uere ita agimus, ut dicit apostolus. Deus enim uocat nos ad pœnitentiam; sed nos thesaurizamus iram. Deus nos inuitat ad ueniam: sed nos quotidie cumulamur offensam. uim Deo facimus iniquitatibus nostris: ipsi in nos iram diuinitatis armamus. cogimus ad ulciscendas criminum nostrorum immanitates nolentem Deum: prope est, ut eum nõ permittamus ut parcat. nam cum in eum nullum umquam iniustitiæ signum cadere, aut apparere possit; sic agimus, ut, si enormitates nostrorum scelerum non ulciscitur, iniustus esse uideatur. Sed uidelicet peccator fuit aliquando aliquis, fortasse iam non est: aut est ullus criminum modus, & non prius est, ut de uita homines, quam de iniquitate discedant. quis enim non cum suis iniquitatibus moritur, & cum ipsis admodum atque in ipsis sceleribus sepelitur? ut uere propheticum illud de his rectissime dici possit: Sepultura eorum domus eorum in æternum, & comparati sunt iumentis insipientibus, & similes sunt illis, atque utinam iumentis. melius quippe fuerat, beluina imprudentia deuiasse. illud peius, & criminiosius, quia non ignorantia Dei, sed despectione peccarunt. Atque hoc uidelicet laici tantummodo? nõ. quidam etiam clericorum sæculares, non multi etiam religiosi, immo sub specie religionis uitiiis sæcularibus mancipati: qui scilicet post ueterum flagitiorum probrosa crimina, titulo sanctitatis sibi met inscripto, non conuersatione alii, sed professione nomen tantum demutauere, non uitam; & summam diuini cultus habitum magis, quam actum existimantes, uestem tantummodo exuere, non mentem. unde illi se minore inuidia criminiosos putant; qui cum pœnitentiam quasi egisse dicantur, sicut mores pristinos, ita etiam habitum non relinquunt. nam taliter ferme omnia agunt, ut eos non tam putes antea pœnitentiam criminum egisse, quam postea ipsius pœnitentiæ pœnitere; nec tam prius pœnituisse, quod male uixerint, quam postea quod promiserint bene esse uicturos. Sciunt me uerum loqui; & testimonium mihi etiam conscientia sua dicunt cum multi alii, tum præcipue illi nouorum honorum religiosi ambitores, &, post acceptum pœnitentiæ nomen, amplissimæ, ac prius non habitæ potestatis emptores: adeo non sæculares tantum, sed plus etiam quam sæculares esse uoluerunt, ut non sufficeret eis, quod ante fuerant, nisi plus essent postea quam fuissent. Quo modo igitur tales isti pœnitentiam se egisse non pœnitent? sicut etiam illi de conuersione ac Deo aliquid cogitasse, qui a coniugibus propriis abstinentes, a rerum alienarum peruatione non

Rom. 2

Psal. 48

non abstinent: & cum profiteantur continentiam corporum, in incontinentiam debacchantur animorum. Nouum prorsus est conuersionis genus: licita non faciunt, illicita committunt: temperant a concubitu, & non temperant a rapina. Quid agis stulta persuasio? peccata interdixit Deus, non matrimonia: non conueniunt uestris studiis facta uestra: non debetis esse amici criminum, qui dicitis uos effectores esse uirtutum. præposterum est quod agitis, non est conuersio, sed auersio: qui iam pridem, ut fama est, opus etiam honesti matrimonii reliquistis, tandem a scelere cessate. et quidem iustum est, ut ab omni scelere: sed tamen si non ab omni, quia hoc fortasse durum & impossibile esse creditis, certe uel maximo, & prodigioso. Esto, iuxta te; quicumque ille es, boni stare non ualeant. esto, pauperes habitare non possint. esto, sis persecutor multorum inopum, uastatorque miserorum. esto, sis afflictor omnium, dummodo extraneorum. tandem, quæso, uel tuis parce: &, si non omnibus tuis, quia etiam hoc forsitan onerosum tibi & graue iudicas, si omnibus tuis parcas; parce saltem uel illis tuis, qui te non affiniibus tantum aliis, & propinquis, sed personis etiam deuotissimis & pignoribus carissimis prætulerunt. ecquid dicam, pignoribus, ac filiis? prætulerunt te etiam animabus pæne, ac spebus suis: non quidem laudabiliter: & errorem suum, qui ita egit ipse, cognoscit: sed quid ad te tamen, cui ipsum hoc præstitit quod errauit? hoc enim plus ei debes, quia dilectionis tuæ nimietate peccauit. cæcus quidem factus est affectu tuo, & notatur a cunctis, atque reprehenditur: sed tu tamen hoc magis ei obnoxius factus es, quia se ab omnibus fecit pro tuo amore culpari. quid ergo simile apud barbaros Gothos? quis eorum amanti- bus nocet? quis diligentem insequitur? quis cari sui mucrone iugulatur? tu amantes persequeris: tu offerentibus munera manus amputas: tu diligentes proximos necas: non metuis, non expauescis. quid faceres, si iudicium Dei præsens in proxima flagellatione sensisses? Addis insuper & adiungis malis prioribus noua crimina. considera, quæ te maneant grauiora facientem, cum minora soleant etiam per dæmones uindicari. Contentus esto iam, quæsumus, amicorum tuorum soldalium latrociniiis: sufficiat, uexatos fuisse pauperes: sufficiat, spoliatos a te fuisse mendicos: pæne iuxta te nullus intrepidus, nullus potest esse securus: facilius præcipitati ex alpina rupe torrentes, aut incendia uentis agitata tolerantur: non sic pereuntes, ut ita dixerim, nautæ Charybdis uoracitate, aut Scylleis, ut aiunt, canibus deuorantur. exturbas possessiunculis suis uicinos tuos, habitatione ac facultate proximos tuos. Numquid, ut scriptum est, super terram solus habitabis? Hoc unum quippe est, quod obtinere non poteris. quamlibet enim cuncta peruadas, uicinum semper inuenies. respice, quæso, alios, quos, uelis nolis, & ipse suspicis. respice alios, quos, uelis nolis, etiam ipse miraris. altiores sunt ceteris dignitate, & æquales dignatione: maiores sunt potestate, & minores humilitate. Scis profecto etiam ipse, ad quem nunc loquimur, de quo loquamur: & idem, de quo nunc querimur, debes agnoscere, quem hac laude ueneramur. atque utinam multi essent, qui laudarentur: salubritas esset omnium, generositas plurimorum. Sed esto, tu nolis esse laudabilis: cur uelis esse, quæso, damnabilis? cur tibi iniustitia nil amicus? cur auaritia nil iucundius? cur rapacitate nil carius? cur nil iudicas pretiosius, quam nequitiam? cur nil præstantius, quam rapinam? Disce uel a pagano homine uirum bonum. Caritate enim, inquit, & beneuolentia septum oportet esse, non armis. Fallunt te itaque opiniones tuæ, fallit prauæ & cæcæ mentis improbitas. si uis probus, si uis potens, si uis magnus esse; honestate debes ceteros, non malignitate, superare. Legi quondam in quodam loco, Nemo malus, nisi stultus: si enim saperet, bonus esse mallet. Et tu ergo, si redire tamē adhuc ad sanitatem potes, exue nequitiam, si uis habere sapientiam.

E tiam.

Lucæ 9

tiam. Si enim optas uel sapiens omnino esse, uel sanus, exuendus tibi omnino & cōmutandus es. Abdicare itaque a te ipso, ne abdiceris a Christo. Repudia te, ut recipiaris a Christo. Perde te ipse, ne pereas. Qui enim, saluator inquit, perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Dilige itaque hanc tuam salubrem perditionem, ut adsequaris ueram salutem. liberandus enim a Deo ipso omnino non eris, nisi te ipse prius damnaueris.

SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER SEXTVS. 10

PERSONALITER diu locuti sumus, & excessisse uidemur regulam disputandi. cogitat enim absque dubio is, qui legit, si fuerit tamen aliquis, qui hæc, Christi amore conscripta, ob Christum legat; cogitat, De me forte uel dicit: cum causa generalis sit, quam exequitur; quid negotio huic contulit, quod in personam unius tanta congestit? Esto: est enim ille, de quo locutus est, talis, sed numquid officit bonitati unius, crimen alterius? aut, quod fortius multo est, numquid læditur scelere personali, causa cunctorum? possum quidem euidentiis testimoniis approbare, quia læditur. Achar enim quondam de anathemate quippiam furto abstulit: & crimen unius hominis plaga omnium fuit. Dauid numerari plebem Israeliticam iussit: & errorem illius dominus clade totius populi uindicauit. Rabfaces locutus quædam est in cōtumeliam Dei: & centum octoginta quinque millia hominū stragem pertulerunt, quod unius profani hominis procax lingua maledixit. Et ideo non immerito etiā beatus apostolus Paulus eiici de ecclesia pestilentem iubet: & cur iubeat, ostendit, dicens: Quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Inde euidenter agnoscimus, etiam unum sapissime malum hominem, perditorem esse multorum. nec iniuria. Intelligere is, quicumque legerit, debet, non superflue me superius de uno malo aliqua dixisse, cum scilicet frequentissime diuinæ maiestatis iracundia etiam per unum legatur accensa. Sed ego non ago hac distinctione, quæ dico. neque enim necesse est, ut unum obesse omnibus putem, cum omnes mutuo sibi obfint. non conuenit, ut per unum cunctos periclitari putem, cū per se cuncti periclitentur. omnes enim admodum in perditionem ruunt, aut certe, ut aliud dicam leuius, pæne omnes. unde enim hoc bonum populo Christiano, ut aut certe minor, aut certe uel idem esset malorum numerus, qui bonorum? O miseriam lacrymabilem, o miseriam luctuosam: quam dissimilis est nunc a se ipso populus Christianus, id est ab eo, qui quondam fuit. Tunc princeps apostolorū Petrus Ananiam, & Sapphyram, quia mentiti essent, morte multauit. beatissimus quoque Paulus etiam unum de ecclesia malum expulit, ne contactu suo plures inquinaret. nunc nos etiam pari utriusque partis numero contenti sumus. ecquid, contenti, dicam? exultare nos potius, ac tripudiare gaudio conueniret, si parilitas nobis ista cōtingeret. ecce, in quid recidimus: ecce, in quid post illā Christiani populi puritatē, qua omnes quondā immaculati erant: ecce, in quid redacti sumus, ut beatam fore ecclesiam iudicemus, si uel tantum in se boni habeat, quātum mali. nā quo modo non beatam arbitremur, si mediam plebis partem haberet innoxiam, quā pæne totam nunc esse plangimus criminofam? unde superflue dudum de uno malo locuti sumus, superflue unius scelera desleuimus. aut omnes enim, aut omnes pæne flendi, atque lugendi sunt. nam aut plurimi tales sunt; aut certe, quod non minus criminofum est, cupiunt tales esse; & laborant actu malorum operum non impares uideri. ac per hoc, etiam si minora mala faciunt,

Iosue 7
2. Reg. 24
Esa. 36

1. Cor. 5

Act. 5

ciunt, quia minus possunt, non minus tamen mali sunt, quia nolunt minus esse, si possent. denique, quod unum possunt, uel uoto tales sunt, ac uoluntate non cedunt; & in quantum facultas suppetit, superare contendunt. est enim licet in diffimillimis rebus hæc illorum æmulatio, quæ bonorum, ut, sicut boni optant cunctos honestate mentium uincere, sic mali cupiant prauitate superare. nam sicut hæc bonorum gloria est, ut quotidie meliores sint; sic malorum omnium, ut deteriores: & sicut optimi cupiunt uirtutum uniuersarum culmen ascendere; sic pessimi optant palmas sibi uniuersorum scelerum uindicare. & hoc utique in malum nostrum, maxime nostri, hoc est Christiani, qui scilicet, ut iam diximus, malitiam sapientiam putant, et de quibus Deus specialiter dixit: Perdam sapientiam sapientum, & intellectum prudentium reprobabo. Cumq; apostolus clamet: Si quis uidetur sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens: hoc est dicere, si quis uult esse sapiens, sit bonus: quia nemo uere sapiens est, nisi uere bonus. Nos ediuerso malarum mentium uitio, & ut diuinitas ait, reprobo sensu, bonitatem pro stultitia repudiantes, & nequitiam pro sapientia diligentes, tanto quotidie prudentiores esse nos credimus, quanto peiores sumus. Ecquæ tandem, rogo, spes emendationis in nobis est, qui non errore opinionis ad malum ducimur, sed studio malæ uoluntatis adnitimur, ut semper peiores esse uideamur? et hinc est, quod dudum questus sum, deteriores nos multo esse, quam barbaros: quia illos ignorantia legis excusat, nos scientia accusat: illi per imperitiā ueritatis, quia, quæ sunt bona, nesciunt, mala pro bonis diligunt: nos cum scientiam ueritatis habeamus, quæ sunt bona, optime nouimus: & hoc multis modis: primum, quod nihil ferme uel criminum, uel flagitiorū est, quod in spectaculis non sit: ubi summum deliciarum genus est mori homines, aut, quod est morte grauius, acerbisusque, lacerari, expleri ferarum aluos humanis carnibus, comedi homines, cum circumstantium lætitia, conspicientium uoluptate: hoc est, non minus pæne hominum aspectibus, quam bestiarum dentibus deuorari. Atque, ut hoc fiat, orbis impendium est. magna enim cura id agitur, & elaboratur. adeuntur enim loca abdita: lustrantur inuii saltus: peragantur siluæ inexplicabiles: cōscenduntur nubiferæ alpes: penetrantur niuiferæ ualles: & ut deuorari possint a feris uiscera hominum, non licet naturam rerum aliquid habere secretum. Sed hæc, inquis, non semper fiunt. Certum est, & præclara est erroris excusatio, quia non semper fiunt: quasi uero umquam fieri debeant, quæ Deum lædant: aut ideo, quæ mala sunt, bene fiant, quia non iugiter fiant. nam & homicidæ homines non semper occidunt, & homicidæ tamen sunt etiam quando non occidunt, quia interdum poluuntur homicidio: & latrones omnes non semper latrocinantur, sed latrones tamen non esse desinunt; quia, etiam cum rebus ipsis latrocinia non agunt, animis deleantur, etiam quando non spectant, innoxii tamen a spectaculorum placulis mente non sunt: quia semper uellent spectare, si possent. nec solum hoc, sed sunt etiam alia maiora. Quid enim? numquid non consulibus & pulli adhuc gentilium sacrilegiorum more, pascentur; & uolantis pennæ auguria quæruntur; ac pæne omnia fiunt, quæ etiam quondam pagani ueteres friuola atque irridenda duxerunt? Et cum hæc omnia ipsi agant, qui annis nomina tribuunt, & a quibus anni ipsi exordium sumunt: credimus, nobis bene annos posse procedere, qui a rebus talibus ordiuntur. Atque utinam, sicut hæc propter consules tantum fiunt, ita illos tantum incestarent, propter quos fiunt. illud est feralissimum, & grauissimum, quod, dum consensu publico aguntur, honor paucissimorū, sit crimen omnium: ac si ex singulis bini inaugurentur, prope est ut in omni mundo nullus euadat.

1. Cor. 1

Ibidem

al. sicut singulis

Sed de his putemus hoc satis dictum esse, quod est, quæ, ut ipsi excusatis, non semper fiunt. De quotidianis tamen obscenitatibus loquamur: quas tales, ac tam innumeras legiones dæmonum excogitauerunt, ut etiam honestæ ac probæ mentes, etsi nonnullas earum spernere ac calcare possint, omnes tamen penitus superare uix possint. sicut enim exercitus pugnatu-
 10 ri ea loca, per quæ uenturas hostium turmas sciunt, aut foueis intercideret, aut sudibus præfigere, aut tribulis infestare dicuntur, scilicet ut, etiam si non in omnia ea quispiam incidat, nullus tamen penitus euadat: ita etiam dæmones tam multas in uita ista humano generi illecebrarum insidias prætenderunt, ut, etsi plurimas earum aliquis effugiat, tamen ab aliqua capiatur. et quidē, quia longum est nunc dicere de omnibus, amphitheatris scilicet, odeis, lusoriis, pompis, athleticis, petaminariis, pantomimis, ceterisque portentis; quæ piget dicere, quia piget malum tale uel nocere: de solis circorum ac theatrorum impuritatibus dico. talia enim sunt, quæ illic fiunt, ut ea non solum dicere, sed etiā recordari aliquis sine pollutione non possit. alia quippe crimina singulas sibi ferme in nobis uindicant portiones, ut cogitationes fordidæ animos, ut impudici aspectus oculos, ut auditus improbi aures; ita ut, cum ex his unum aliquid errauerit, reliqua possint carere peccatis: in theatris uero nihil horum reatu uacat: quia & concupiscentiis animus, & auditu aures, & aspectu oculi polluuntur. quæ quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut etiam explicare ea quispiam, atque eloqui saluo pudore non ualeat. quis enim, integro uerecundia-
 20 statu, dicere queat illas rerum turpium imitationes, illas uocum ac uerborum obscenitates, illas motuum turpitudines, illas gestuum foeditates? quæ quanti sint criminis, uel hinc intelligi potest, quod & relationē sui interdicit. nonnulla quippe etiam maxima scelera incolumi honestate referuntur, & nominari, & argui possunt, ut homicidium, latrocinium, adulterium, sacrilegium, ceteraque in hunc modum: solæ theatrorum sunt impuritates, quæ honeste nō possunt uel accusari: ita noua in arguenda harum turpitudinum probrositate res euenit arguenti; ut, cum absque dubio honestus sit, qui accusare ea uelit, honestate tamen integra ea loqui, & accusare non possit. alia quoque omnia mala agentes polluunt, non uidentes, uel audientes. siquidem etsi blasphemum quempiam audias, sacrilegio non pollueris, quia mente dissentis: et si interuenias latrocinio, non in-
 30 quinaris actu, quia abhorres animo. solæ spectaculorum impuritates sunt, quæ unum admodum faciunt & agentium, & aspicientium crimen: nam dum spectantes hæc comprobant, ac libenter uident; omnes ea uisu audituque agunt: ut uere in eos apostolicum illud peculiariter cadat: Quia digni sunt morte non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. itaque in illis imaginibus fornicationum, omnis omnino plebs animo fornicatur: et qui forte ad spectaculum puri uenerant, de theatro adulteri reuertuntur. non enim tunc tantummodo, quando redeunt, sed etiam, quando ueniunt, fornicantur. nam hoc ipso, quod aliquis rem obscenam cupit, dum ad immunda properat, immundus est. Quæ cū
 40 ita sint; ecce qualia aut omnes, aut pæne omnes Romani agunt. et cum hæc ita sint: qui talia agimus, negligi nos a diuinitate causamur; relinqui nos a domino nostro dicimus, cum ipsi dominum relinquamus. Fingamus enim, quod respice re nos dominus noster uelit, etiam non merentes: uideamus, si potest. ecce innumera Christianorum millia in spectaculis quotidie rerum turpium commorantur. potest ergo Deus illos respicere, qui tales sunt? potest ad eos respicere, qui bacchantur in circis, qui moechantur in theatris? An forte hoc uolumus, & hoc dignum putamus, ut, cum in circis nos & in theatris Deus uideat, ea, quæ nos aspici-
 mus, aspiciat quoque ipse nobiscū, & turpitudines, quas nos cernimus, cernat & ipse

Rom. 1

& ipse nobiscum? alterutrum enim fieri necesse est. quod si nos uidere dignatur; consequens est, ut etiam illa, ubi nos sumus, uideat: aut, si ab illis, quod non dubium est, auertit oculos; etiam a nobis, qui illic sumus, pariter auertat. et cū hæc ita sint; facimus hæc tamen, ac sine cessatione, quæ dixi. An forte, in morem ueterum paganorum, theatrorum & circorum nos Deum habere arbitramur? faciebant enim hæc illi quondam, quia has idolorum suorum delicias esse credebant. nos quo modo hæc facimus, qui odisse Deum nostrum hæc certi sumus? aut certe, si placere has turpitudines Deo nouimus, non prohibeo; quin sine cessatione faciamus. si uero in conscientia nostra hoc est, quod Deus horret, quod ex-
 10 cratur, quod sicut in his sit pastus diaboli, ita offensio Dei: quo modo nos in ecclesia Deum colere dicimus, qui in obscenitate ludorum semper diabolo deseruimus, & hæc gnari, ac scientes, de consilio, & industria? Ecquæ nobis, quæso, quæ spes erit apud Deum, qui non casu aut imprudentia Deū lædimus, sed exemplo illorum quondam gigantum, quos insanis conatibus superna tentasse, & quasi in nubes gradum tulisse legimus? sic nos per iniurias, quas in omni mundo Deo semper inferimus, quasi consensu publico cælum oppugnamus. Christo ergo, o amentia monstruosa, Christo circenses offerimus, & mimos, & tunc hoc maxime, cum ab eo aliquid boni capimus, cum prosperitatis aliquid ab eo attribuitur, aut uictoria de hostibus a diuinitate præstatur. Ecquid aliud hac re facere uide-
 20 mur, quam si quis homini beneficium largienti iniuriosus sit, aut blandientē conuiciis cædat, aut osculantis uultum mucrone transfigat? interrogo enim omnes potentes, ac diuites mundi huius, cuius piaculi reus sit seruus ille, qui probo ac bono domino malum cogitat, qui bene merenti conuicium faciat, & pro libertate, quam accipit, contumeliam reddat. absque dubio maximi criminis reus creditur, qui malum pro bono reddit, cui etiam malum pro malo reddere non lice-
 30 ret. hoc ergo etiam nos, qui Christiani dicimur, facimus: irritamus in nos misericordem Deum impuritatibus nostris, propitiantem sordibus lædimus, blandientem iniuriis uerberamus. Christo ergo, o amentia monstruosa, Christo circenses offerimus, & mimos: Christo pro beneficiis suis theatrorum obscena reddimus:
 40 Christo ludicrorum turpissimorum hostias immolamus. uidelicet hoc nos pro nobis in carne natus saluator noster edocuit: hoc uel per se ipsum, uel per apostolos prædicauit: propter hoc humanæ natiuitatis uerecundiam subiit, & contumeliosa terreni ortus principia suscepit: propter hoc in præsepio iacuit; cui seruiertur angeli, cum iaceret: propter hoc inuolui se pannorum crepundiis uoluit, qui cælum regebat in pannis: propter hoc in patibulo pependit, quem pendentem mun-
 2: Cor. 8
 Phil. 2
 dus expauit. Qui propter nos, inquit apostolus, pauper factus est, cum diues es-
 set, ut illius inopia uos honestaremini: Et cum in forma Dei, inquit, esset, humili-
 liauit semet ipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. Iis nos uidelicet Christus imbu-
 it, cum pro nobis ista toleraret. præclaram passioni eius reddimus uicif-
 40 situdinem; qui, cum morte ipsius redemptionem acceperimus, uitā turpissimam repensamus. Apparuit enim, inquit beatissimus Paulus, gratia domini nostri Iesu Christi, erudiens nos, ut, abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, ac iuste, ac pie uiuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum domini gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi; qui dedit semet ipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret populum sibi acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Vbi sunt, qui hæc faciant, propter quæ uenisse Christum apostolus dicit? ubi sunt, qui non desideria sæculi faciant? ubi, qui uitam pie, ac iuste agant? ubi, qui sperare se spem beatam bonis operibus ostendant? Et immaculatā uitam agentes, hoc ipso se perhibent regnum

1. Petr. 2

Luca 6

Dei expectare, quia merentur accipere. Venit, inquit, dominus Iesus Christus, ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Vbi est populus ille mundus, ubi populus acceptabilis, ubi populus boni operis, ubi populus sanctitatis? Christus, inquit scriptura, pro nobis passus est, nobis exemplum relinquens, ut sequamur uestigia eius. Videlicet uestigia saluatoris sequimur in circis, uestigia saluatoris sequimur in theatris. tale nobis scilicet Christus reliquit exemplum, quem fleuisse legimus, risisse non legimus: et hoc utrumque pro nobis, quia fletus compunctio est animæ, risus corruptio disciplinæ. Et ideo dicebat: Væ vobis, qui ridetis; quoniam flebitis: & beati, qui fletis; quoniam ridebitis. Nobis autem ridere, & gaudere non sufficit, nisi cum peccato, atque infamia gaudeamus, nisi risus noster impuritatibus, nisi flagitiis miscetur. quis, rogo, hic error est, quæ stultitia? numquid lætari assidue, & ridere non possumus, nisi risum nostrum, atque lætitiæ scelus esse faciamus? an forte infructuosum putamus gaudium simplex, nec delectat ridere sine crimine? quod, rogo, hoc malum est, aut quis furor? rideamus, quæso, quantumlibet immensuratum: lætemur quantumlibet iugiter, dummodo innocenter. quæ uacordia est, & amentia, ut non puremus risum, & gaudium tanti esse, nisi Dei in se habeat iniuriam? iniuriam utique, & maximam. in spectaculis enim quædam apostatatio fidei est, & a symbolis ipsius & celestibus sacramentis letalis præuaricatio. quæ est enim in baptismo salutari Christianorum prima confessio? quæ scilicet, nisi ut renunciare se diabolo, ac pompis eius, atque spectaculis, & operibus protestentur? nam spectacula, & pompæ, etiam iuxta nostram professionem, opera sunt diaboli. Quo modo igitur, o Christiane, spectacula post baptismum sequeris, quæ opus esse diaboli confiteris? renunciaisti semel diabolo, & spectaculis eius: ac per hoc necesse est, prudens, & sciens, dum ad spectacula remeas, ad diabolum redire te cognoscas. utrique enim rei simul renunciaisti, & unum utrumque esse dixisti. si ad unum reuerteris, ad utrumque remeasti: Abrenuncio enim, inquis, diabolo, pompis, spectaculis, & operibus eius. ecquid postea? Credo, inquis, in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum, filium eius. Ergo primum renunciat diabolus, ut credatur Deo: quia qui non renunciat diabolo, non credit Deo: & ideo, qui reuertitur ad diabolum, relinquit Deum. diabolus autem est in spectaculis, pompis suis: ac per hoc, cum redimus ad spectaculum, relinquimus fidem Christi. hoc itaque modo omnia symboli sacramenta soluantur, & totum, quod in symbolo sequitur, labefactatur, & nutat. nihil enim sequens stat, si principale non steterit. Dic mihi tu Christiane, quo modo tenere te sequentia symboli putas, cuius principia perdidisti? membra sine capite nihil profunt, & ad exordia sui cuncta respiciunt: quæ utique si perierint, omnia pessum trahunt. siquidem, stirpe sublata, aut non sunt reliqua; aut, si sunt, sine emolumento sunt, quia sine capite nihil constat. Si cui itaque leue spectaculorum crimen uideretur; respiciat cuncta ista, quæ diximus; & uidebit in spectaculis non uoluptatē esse, sed mortem. quid enim est aliud, quam mortem incurrere, uitæ originem perdidisse? ubi enim fundamentum symboli euertitur, uita ipsa iugulatur. Rursum ergo necesse est redeamus ad illud, quod sæpe diximus: Quid simile apud barbaros? ubi apud illos circenses, ubi theatra, ubi scelus diuersarum impuritatū? hoc est spei nostræ ac salutis excidium, quibus illi etsi, utpote pagani, uterentur, minore tamen culpa sacræ offensionis errarent: etsi esset impuritas uisionis, præuaricatio tamen non erat sacramenti. Nos uero quid respondere pro nobis possumus? tenemus symbolum, & euertimus: cōfitemur munus salutis pariter & negamus. ac per hoc, ubi est Christianitas nostra, qui ad hoc tantummodo sacramentum salutis accipimus, ut ma-

iore

iore postea præuaricationis scelere peccemus? Nos ecclesiis Dei ludicra anteponimus: nos altaria spernimus, & theatra honoramus: omnia denique amamus, omnia colimus: solus nobis in comparatione omnium Deus uilis est. Denique, præter alia, quæ id probant, indicat etiam hoc res ipsa, quam dico. si quando enim usu uenerit, quod scilicet sæpe euenit, ut eodem die & festiuitas ecclesiastica, & ludi publici agantur; quæro ab omnium conscientia, quis locus maiores Christianorum uirorum copias habeat, cauea ne ludi publici, an atrium Dei? & templum omnes magis sectentur, an theatrum? dicta euangeliorum magis diligant, an thymelicorum? uerba uitæ, an uerba mortis? uerba Christi, an uerba mimi? non est dubium, quin illud magis amemus, quod anteponimus. omni enim feralem ludicrorum die, quamlibet ecclesiæ festa fuerint, non solum ad ecclesiam non ueniunt, qui Christianos se esse dicunt: sed, si qui incii forte uenerunt, dum in ipsa ecclesia sunt, si ludos agi audiunt, ecclesiam derelinquunt: spernitur Dei templum, ut concurratur ad theatrum: ecclesia uacuatur, circus impletur: Christum in altario dimittimus, ut adulterantes uisu impurissimo oculos ludicrorum turpium fornicatione pascamus. sed uidelicet, qui postea corrumpimur rebus propter speris, faciendum aliquid in principio putamus. et ideo rectissime ad nos dominus Deus dicit: Propter spurcitiam exterminati estis exterminio. Et rursum: Exterminabuntur, inquit, aræ huius risus. Sed uidelicet responderi ad hæc potest, non in omnibus hoc Romanorum urbibus agi. Verum est: etiam plus ego addo; ne illic quidem nunc agi, ubi semper sunt acta antea. non enim hoc agitur iam in Maguntiacensium ciuitate, sed quia excisa, & deleta est: non enim Agrippinæ, sed quia hostibus plena: non agitur Treuirorum urbe excellentissima, sed quia quadruplici euerfione est prostrata: non agitur denique in pluribus urbibus Galliarum, & Hispaniarum: & ideo uæ nobis, atque impuritatibus nostris, uæ nobis, atque iniquitatibus nostris. quæ spes Christianorum plebibus est ante Deum? quandoquidem ex illo tempore in urbibus Romanis hæc mala non sunt, ex quo in barbarorum iure esse cœperunt. ac per hoc uitiositas, & impuritas, quasi germanitas quædam est Romanorum hominum, & quasi mens, atque natura: quia ibi præcipue uitia, ubicumque Romani. Sed grauis forsitan hæc, atque iniqua conuestio: grauis, si falsa. At quo modo inquis, quo modo non falsa, cum in paucis nunc ferme Romanis urbibus fiant ista, quæ diximus? Plurimas iam autem harum impuritatibus labe non pollui; ubi licet sint loca ipsa ac domicilia erroris antiqui, nequaquam tamen aguntur illa, quæ prius acta sunt. Considerandum ergo utrumque est, id est quid sit, quod adhuc loca ipsa ac diuersoria ludicrorum sint, ludicra autem esse cessauerunt. loca enim & habitacula turpitudinum iccirco adhuc sunt, quia illic impura omnia prius acta sunt: nunc autem ludicra ipsa ideo non aguntur, quia agi iam præ miseria temporis atque egestate non possunt. et ideo, quod prius actum est, uitiositatis fuit: quod nunc non agitur, necessitatis calamitas enim fisci, & mendicitas iam Romani ætarii non finit, ut ubique in res nugatorias perditæ profundantur expensæ. pereant adhuc quamlibet multa, & quasi in cœnum proiciantur: sed modo tamen perire iam tanta non queunt; quia non sunt tanta, quæ pereant. nam, quantum ad uotum nostræ libidinis, atque impurissimæ uoluptatis attinet; optaremus profecto uel ad hoc tantummodo plus habere, ut possemus in hoc turpitudinis lutum plura conuertere. et res probat, quanta prodigere uellemus, si opulenti effemus, ac splendidi; cum prodigamus tanta mendici. ea est enim labe præsentium morum, atque perditio, ut, cum iam non habeat paupertas, quod possit perdere, adhuc tamen uelit uitiositas plus perire. Non ergo quidem blandiri nobis aliquid in hac re possumus, ut dicamus,

non

non in omnibus nunc urbibus agi illa, quæ acta sunt. ideo enim non in omnibus iam aguntur, quod urbes, ubi agebantur illa, iam non sunt: & ubi quidem acta sunt, id effecerunt, ut, ubi illa agebantur, diu esse non possent: sicut ipse Deus ad peccatores locutus est per prophetam, quia horum recordatus est dominus: Et ascendit, inquit, super cor eius: & non poterat ultra dominus portare propter malitiam studiorum nostrorum, & propter abominationes, quas fecistis: & facta est terra nostra in desolationem, & stuporem, & in maledictum. Per hoc ergo iam factum est, ut maior pars Romani orbis in desolationem esset, & in stuporem, & in maledictum. atque utinam acta tantummodo prius essent, & agere hæc Romana uitiolitas aliquando cessaret: forsitan, ut scriptum est, propitiaretur Deus peccatis nostris: sed nequaquam ita agimus, ut propitietur. mala enim malis incessabiliter addimus: & peccatis peccata cumulamur: & cum maxima pars nostri iam perierit, hoc agimus ut pereamus omnes. Quis, rogo, interfici alterum iuxta se uidet, & ipse non metuit? quis domum uicini sui ardere cernit, & non efficere omnibus modis nititur, ne ipse incendio concremetur? nos non uicinos nostros tantum ardere uidimus, sed ipsi iam maxima parte nostrorum corporum arsumus. Ecquid hoc, profectus, mali est? arsumus, & tamen flammæ, quibus iam arsumus, non timemus. Nam quod non ubique, ut dixi, quæ prius acta sunt, agantur: miseriam est beneficium, non disciplinam. Denique hoc facile probo. Da enim prioris temporis statum: & statim ubique sunt, quæ fuerunt. Plus addo: quantum ad uota hominum pertinet, etsi iam nona ubique sunt, ubique adhuc sunt: quia ubique ea populus uellet esse Romanus, cum enim ab homine mala res sola necessitate non agitur; ipsa rei turpis cupiditas pro actione damnatur. nam, sicut dixi, iuxta domini nostri dictum: Qui mulierem uiderit ad concupiscendum, reus est adulterii corde concepti. Intelligere possumus, quod etiam si res turpes, atque damnabiles necessitate non agimus, pro ipsa tamen rerum turpium uoluntate damnatur. Ecquid dicam de uoluntate? per omnes hæc ferme, cum possunt, aguntur. Denique cuiuslibet ciuitatis incolæ Rauennam, aut Romam uenerint; pars sunt Romanæ plebis in circo, pars sunt populi Rauennatis in theatro. ac per hoc nemo se loco aut absentia excusatum putet. omnes turpitudine rerum unum sunt, qui sibi rerum turpium uoluntate sociantur. Et blandimur nobis insuper de probitate morum: blandimur nobis de turpitudinum raritate. Ego amplius dico, non solum agi nunc illas ludicrorum infamium labe, quæ prius actæ sunt, sed criminosis multo agi, quam prius actæ sunt. tunc enim integra Romani orbis membra florebant: angusta esse horrea publica opes fecerant cunctarum urbium: ciues diuitiis, ac deliciis affluebant: uix poterat religionis auctoritas, inter tantam rerum exuberantiam, morum tenere censuram. pascebantur tunc quidem passim in locis plurimis auctores turpium uoluptatum: sed plena ac referta omnia erant. nemo sumptus reip. cogitabat, nemo dispendia; quia non sentiebatur expensa. quærebat quodam modo res ipsa publica, ubi perderet, quod penus posset iam uix recipere: & ideo cumulus deliciarum, qui iam fere modum excesserat, etiam in res nugatorias redundabat. nunc autem quid dici potest? recesserunt a nobis copiarum ueteres, recesserunt priorum temporum facultates: miseri iam sumus, & necdum nugaces esse cessamus: cumque etiam pupillis prodigis, uel prodigiosis soleat subuenire paupertas, simulque ut destiterint esse diuites, desinunt quoque esse uitiosi; nos tantum nouum genus pupillorum, ac perditorum sumus, in quibus opulentia esse desit, sed nequitia perdurat: adeo nos non, ut alii homines, causas corruptelarum in illecebris, sed in cordibus habemus: & uitiositas nostra, mens nostra est: ut ad emendandos nos non facultatum ablatione, sed malarum rerum amore

Psal. 102

Matt. 5

amore peccemus, quanta autem uitia Romanorum sint, quibus barbaræ gentes non coinquinantur, licet hæcenus satis dixerim, addam tamen multa, quæ desunt: sed illud admoneo tamen ante, quam dico, ne ullum penitus culpæ genus, quod ad contumeliam Dei pertinet, cuiquam leue esse uideatur. si enim illustrem ac præpotentem uirum nequaquam exhonoriari a quoquam licet; & si quisquam exhonoraui: decretis legalibus reus existit, & iniuriarum actor iure damnatur. quanto itaque maioris piaculi crimen est, iniuriosum quempiam Deo esse? semper enim per dignitatem iniuriam perferentis, crescit culpa facientis: quia necesse est, quanto maior est persona, quæ contumeliam patitur, tanto maior sit noxia eius, qui facit. et hinc est, quod legimus in lege, etiam eos, qui uidentur contra mandatum sacrum leuia fecisse, seuerissime tamen esse punitos: ut intelligeremus scilicet, nil ad Deum pertinens, leue esse dicendum: quia etiam, quod uidebatur exiguum esse culpa, grande hoc faciebat diuinitatis iniuria. Denique Ozias ille, Leuites Dei, quid contra mandatum cælestis fecit, quod uacillantem arcam domini sustinere tentauit? nihil enim huic erat lege præceptum: & statim, dum tenebat, percussus est: non quia, ut uideatur ad speciem, contumaci aliquid aut inofficiosa saltem mente commiserit: sed ipso officio inofficiosus fuit, qui iniusta præsumpsit. Homo Israeliticæ plebis cum ligna sabbatis collegisset, occisus est, & hoc iussu & iudicio Dei, piissimum scilicet ac misericordissimum iudicis, & qui parceret re absque dubio, quam occidere, maluisset, nisi rationem misericordiæ seueritatis ratio uicisset, unus enim incautior periit, ne multi per incautelam postea deperirent. Ecquid de singulis dicam? uniuersa gens Hebræorum, cum per eremum iter ageret, quia consuetudinarias carnes desiderauit, partem suæ plebis amisit. et quidem interdictum nondum fuerat, ne desideraret: sed legali, ut reor, obseruantiam proficere Deus uoluit, ut rebellem concupiscentiam coerceret: quo facilius cunctus populus agnosceret, quantum euitare deberet, quæ Deus scriptis cælestibus interdiceret; quando etiam illa eum admissa læderent, quæ necdum lege uenturisset. Laborem quoque se sustinere idem populus ingemuit, & propter hoc plagis cælestibus uerberatur: non quia laboranti gemere non liceat: sed ingratus scilicet fuit gemitus, dominum quasi auctorem immoderati laboris accusans. ex quo intelligi conuenit, quantum placere Deo debeat, qui rerum iucundarum beatitudine fruitur, quando etiam de iis queri non licet, quæ ingrata uideantur. Quæritur forsitan, quorsum ista pertineant? Quorsum, absque dubio, nisi ut nihil leue existimetur, quo Deus læditur? de ludis enim publicis dicimus, ludibriis scilicet spei nostræ, ludibriis uitæ nostræ. nam dum in theatris, & circis ludimus, deperimus secundum illud utriusque dictum sermonis sacri: Stultus per risum operatur scelus. Et nos itaque, dum inter turpia ac dedecorosa ridemus, scelera committimus, & quidem scelera non minima, sed in hoc ipso pœnalia, quia, cum uideantur specie esse proba, rebus sunt exitiosis pestilentissima. nam cum duo sint maxima mala, id est si homo aut se ipsum, aut Deum lædat: hoc utrumque in ludis publicis agitur. nam per turpitudines criminosas æterna illic salus Christianæ plebis extinguitur: & per sacrilegas superstitiones maiestas diuina uiolatur. dubium enim non est, quod lædunt Deum, utpote idolis consecratæ. colitur namque & honoratur Minerua in gymnasiis, Venus in theatris, Neptunus in circis, Mars in arenis, Mercurius in palæstris: & ideo pro qualitate auctorum, cultus est superstitionum. quidquid immunditiarum est, hoc exercetur in theatris: quidquid luxuriarum, in palæstris: quidquid immoderationis, in circis: quidquid furoris, in caueis. alibi est impudicitia, alibi lasciuia, alibi intemperantia, alibi insaniam: ubique dæmon: immo per singula ludicrorum loca, uniuersa dæmonum monstra. præsent enim sedibus

Exo. 31

Num. 20

Ez. 25

1. Paral. 13

Num. 15

Ez. 11

Exo. 1

Prover. 10

sedibus suo cultui dedicatis. ac per hoc in spectaculis huiusmodi non sola est illecebra, nec sola uitiositas. admisceri enim huic Christianum hominē superstitioni, genus est sacrilegii: quia eorum cultibus communicat, quorum festiuitatibus delectatur. quod quidem licet semper admodum graue sit, tunc tamen magis intolerabile, cum præter cōsuetudinarium uitæ usum hoc uel aduersa nostra faciunt criminosis, uel secunda: quia & magis placandus est in aduersis Deus, & minus lædendus in prosperis. placari quippe debet, cum irascitur: lædi non debet, cum placatur. aduersa enim nobis per iracundiam Dei ueniunt, secunda per gratiam. nos autem ediuerso omnia agimus. Dicis, Quo modo? Accipe: ac primum, si quando exoratus sua ipsius misericordia Deus, (neque enim umquam nos ita uiuimus, ut exorari mereamur) sed si quando, ut dixi, a se ipso exoratus pacificos nobis dies, prouentus uberes, diuitem bonis omnibus tranquillitatem, & abundantiam dederit super uota crescentem: tanta secundarum rerum prosperitate cor rumpimur, tanta morum insolentium prauitate uitiamur, ut & Dei penitus obliuiscamur, & nostri: & cum omnē fructum datæ a Deo pacis in hoc consistere apostolus dicat, ut quietam, & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & castitate; ad hoc tantum a Deo data quiete utimur, ut in ebrietate, ut in luxuria, ut in flagitiis, ut in rapinis, ut in omni scelere, atque improbitate uiuamus: quasi uero beneficium datæ pacis, uacatio sit probrositatis; & ad hoc inducias tranquillitatis Deo donante capiamus, ut licentius, atque securius peccemus. Indigni itaque cælestibus donis sumus, qui beneficiis Dei nō bene utimur; qui facimus, rem operum bonorum, materiam tantum esse uitiorum: quo fit ut ipsa pax cōtra nos sit; quia sic agitur a nobis, ne expediat rem accipere, qua deteriores sumus. Quis hoc credere queat? mutamus naturam rerum iniquitatibus nostris: & quæ Deus bona fecit munere pietatis suæ, ea nos nobis facimus mala esse moribus malis. Sed uidelicet, qui corrumpimur rebus prosperis, corrigimur aduersis: & quos in temperantes pax longa fecit, turbatio facit esse moderatos. Numquid populi ciuitatum, qui impudici rebus prosperis fuerant, asperis casti esse cœperunt? numquid ebrietas, quæ in tranquillitate & abundantia creuerat, hostili saltem depopulatione cessauit? uastata est Italia, tot iam cladibus: ergo Italorum uitia destiterunt? obsessa est urbs Roma, & expugnata: ergo desierunt blasphemæ, & furiosi esse Romani? inundarunt Gallias gentes barbaræ: ergo, quantum ad mores perditos spectat, non eadem sunt Gallorum crimina, quæ fuerunt? transcenderunt in Hispaniæ terras populi Vuandalorum: mutata quidem est fors Hispanorū, sed non mutata uitiositas. postremo, ne qua pars mundi ab exitalibus malis esset immunis, nauigare per fluctus bella cœperunt: quæ, uastatis urbibus mari clausis, & euerfis Sardinia ac Sicilia, id est fiscalibus horreis abscessis, uelut uitalibus uenis, Africam ipsam, id est quasi animam captiuauerit. ecquid, ingressis barbaris gentibus terram illam, forsan uel metu uitia cessarunt; aut, sicut corrigi ad præsens etiam nequissimi quidam seruorum solent, modestiam saltem ac disciplinam terror extorsit? quis æstimare hoc malum possit? circumsonabant armis muros Carthaginis populi barbarorum: & ecclesia Carthaginensis insaniebat in circis, luxuriabat in theatris: alii foris iugulabantur, alii intus fornicabantur: pars plebis erat foris captiua hostium, pars intus captiua uitiorum: cuius peior fuerit fors, incertum est. illi quidem erant extrinsecus carne, sed isti intus mente captiui: & ex duobus letalibus malis, ut reor, leuius est, captiuitatem corporis Christianum, quam captiuitatem animæ sustinere, secundum illud, quod docet saluator ipse in euangelio, grauiorem multo animarum mortem esse, quam corporum: An credimus forte, quod captiuus animus populi illius non fuerit, qui læ-

1. Tim. 2

Luc. 9

rus tunc in suorum captiuitatibus fuit? captiuus corde & sensu nō erat, qui inter suorum supplicia ridebat, qui iugulari se in suorum iugulis nō intelligebat, qui mori se in suorum mortibus non putabat? fragor, ut ita dixerim, extra muros, & intra muros, procliorum & ludicrorum confundebatur; uox morientium, uoxq. bacchantium: ac uix discerni forsitan poterat plebis eiulatio, quæ cadebat in bello, & sonus populi, qui clamabat in circo. et cum hæc omnia fierent, quid aliud talis populus agebat, nisi ut, cum eum Deus perdere adhuc fortasse nollet, tamen ipse exigeret ut periret? Sed quid ego loquor de longe positis, & quasi in alio orbe submotis; cum sciam etiā in solo patrio, atque in ciuitatibus Gallicanis omnes ferme præcellentiores uiros calamitatibus suis factos fuisse peiores? uidi siquidē ego ipse Treuiros domi nobiles, dignitate sublimes, licet iā spoliatos, atque uastatos, minus tamē euerfos rebus, quam moribus. quamuis enim depopulatis iam atque nudatis aliquid supererat de substantia, nihil tamen de disciplina: adeo grauioribus in semet hostes euerterētur. lugubre est referre, quæ uidimus, senes honoratos, decrepitos, Christianos, imminēte iam admodum excidio ciuitatis, gula ac lasciuia feruientes. quid primum hic accusandum est? quod honorati, an quod senes, an quod Christiani, an quod periclitantes? quis enim hoc fieri posse credat uel in securitate a senibus, uel in discrimine a pueris, uel umquā a Christianis? iacebant in conuiuio obliti honoris, obliti ætatis, obliti professionis, obliti nominis sui, principes ciuitatis, cibo confecti, uinolentia dissoluti, clamoribus rabidi, bacchatione furiosi, nihil minus quam sensus sui, immo, quia prope iugiter tales, nihil magis quam sensus sui. Sed cum hæc ita essent; plus multo est, quod dicturus sum. Finem perditioni huic nec ciuitatum excidia fecerunt. Denique expugnata est quater urbs Gallorum Treuir opulentissima. Promptum est, de quo dicam. Sufficere utique debuerat emendationi prima captiuitas: & instauratio peccatorū non instaurasset excidium. Sed quid plura? Incredibile est, quod loquor: assiduitas illic calamitatum, augmentum illic criminum fuit. sicut enim anguinum illud monstrum, ut fabulæ ferunt, quod multiplicabat occisio, ita etiam in Gallorum excellentissima urbe quibus ipsis coercebantur plagis scelera crescebant: ut putares poenam ipsorum criminum non aliud, quam matrem esse uitiorum. Ecquid plura? Ad hoc quotidie malorum pullulantium multiplicatione peruentum est, ut facilius esset urbem illam sine habitatore, quam ullum pæne habitatorem esse sine crimine. Igitur hoc in illa. quid in alia nō longe sita, sed prope eiusdem magnificentia ciuitate? nonne eadem & rerū ruina pariter, & morum? nam præter cetera, cum duobus illic præcipuis & generalibus malis, auaritia, & ebrietate, omnia concidissent; ad hoc postremo rabida uini auiditate peruentum est, ut principes urbis ipsius ne tunc quidem de conuiuio surgerent, cum iam urbem hostis intraret: adeo etiam Deus ipsis euidenter, ut credo, manifestare uoluit, cur perirent, cum, per quam rem ad perditionē ultimā uenerant, eam ipsam agerent, cū perirent: uidi ego illic res lacrymabiles, nihil scilicet inter pueros differre, & senes. una erat scurrilitas, una leuitas, simul omnia luxus, potationes, perditiones: cuncta omnes pariter agebant: ludebant, inebriabatur, enecabantur, lasciuiebant in conuiuio uetuli & honorati, ad uiuendū prope iam imbecilli, ad uinū præualidissimi; infirmi ad ambulandū, robusti ad bibendum; ad gressum nutabundi, ad saltandum expediti. Ecquid plura? In hoc per cuncta illa, quæ diximus, deuoluti sunt, ut compleretur in eis dictum illud sermonis sacri: Vinum & mulieres apostatate faciunt a Deo. Nam dum bibunt, ludunt, moechantur, insaniunt, Christum negare cœperunt. Et miramur post omnia ista, si ruinam rerum

al. conferti

Ecclesiastici

2. Reg. 26
Gen. 15

rerum suarum passi sunt; qui tanto ante mentibus corruerunt? nemo itaque urbem illam in excidio suo tantum perisse credat. ubi enim talia acta sunt, prius iam perierant, quam perirent. Dixi de urbibus præclarissimis: quid reliquæ in diuersis Galliarum partibus ciuitates? numquid non consimilibus habitatorum suorū uitis considerunt? non ita cunctos crimina sua presserant, ut nec metuerent periculum suum? prænoscebatur captiuitas, nec formidabatur: ablatum est, completis peccatoribus timor, ne posset esse cautela. itaque, barbaris pæne in conspectu omnium sitis, nullus metus erat hominum, non custodia ciuitatum. tanta animorum, uel potius peccatorum cæcitas fuit, ut, cum absque dubio nullus perire uellet, nullus tamen id ageret ne periret. totum incuria, & segnities, totum negligentia, & gula, totum ebrietas, & somnolentia possidebant, secundum illud scilicet, quod de talibus scriptum est: Sopor domini irruerat super eos. Sopor quidem infunditur, ut perditio subsequatur. Cum enim, ut scriptum est, completis iniquitatibus suis peccator quis meretur ut pereat; prouidentia ab eo tollitur, ne periturus euadat. Sed hæc hæcenus. satis enim, ut arbitror, quod proposui, euidenter ostendi, ne in summo quidem rerum discrimine cessasse umquam uitia ciuium, usque ad excidia ciuitatum. Atque hæc fuerunt fortasse, iam non sunt, aut umquam esse cessabunt. Videlicet, si qua adhuc hodie aut ciuitas, aut prouincia uel plagis cælestibus afficitur, uel hostili populatione uastatur; humiliatur, conuertitur, emendatur: et non cunctos ferme Romani nominis populos prius est interire, quam corrigi; non prius ipsos, quam in ipsis uitia non esse. Denique id breuiter probari potest. Excisa ter continuatis euerisionibus summa urbe Gallorum, cum omnis ciuitas bustum esset, malis & post excidia crescentibus. nam quos hostis in excidio non occiderat, post excidium calamitas obruebat; cum id, quod in excidio euaserat morti, post excidium superesset calamitati. alios enim impressa altius uulnera longis mortibus necabant: alios ambustos hostium flammis etiam post flammam pœna torquebat: alii interibant fame, alii nuditate, alii tabescentes, alii rigentes: ac sic in unum exitum mortis per diuersa genera corruerant. ecquid plura? unius excidio urbis affligebatur aliæ quoque ciuitates. iacebant siquidem passim, quod ipse uidi, atque sustinui, utriusque sexus cadauera nuda, lacera, urbis oculos incessantia, auiibus, canibusque laniata: lues erat uiuentium, fetor funereus mortuorum: mors de morte exhalabatur. ac sic, etiam, qui excidiis supradictæ urbis non interfuerant, mala alieni excidii perferebant. Ecquid post hæc, inquam, quid post hæc omnia? quis æstimare hoc amentia? genus possit? Pauci nobiles, qui excidio superfuerant, quasi pro summo deletæ urbis remedio circenses ab imperatoribus postulabant. Vellem mihi in hoc loco, ad exequendum rerum indignitatem, parem negotio eloquentiam dari, scilicet ut tantum uirtutis esset in querimonia, quantum doloris in causa. quis enim existimare possit, quid primum in his, de quibus diximus, accusandum sit, irreligiositas, an stultitia, an luxuria, an amentia? totum quippe in illis est. quid enim aut irreligiosius, quam petere aliquid iniuria Dei: aut quid stultius, quam, quid pietas, non considerare: aut quid tam perditum luxus, quam in luctu res desiderare luxuriæ: aut quid amentius, quam in malis esse, & malorum intelligentiam non habere? quamquam in iis omnibus nulla res minus culpanda est, quam amentia: quia uoluntas crimen non habet, ubi furore peccatur. quo magis hi, de quibus loquimur, accusandi sunt, quia sani insaniebant. Circenses ergo Treuirii desideratis, & hoc uastati, hoc expugnati, post cladem, post sanguinem, post supplicia, post captiuitatem, post tot euerisæ urbis excidia. quid lacrymabilius hac stultitia? quid luctuosius hac amentia? fateor, miserimos uos esse credidi, cum excidia

dia passi estis: sed miseriore uos uideo, cum & spectacula postulatis. putabam enim uos in excidiis rem tantum, atque substantiam, nesciebam etiam sensum atque intelligentiam perdidisse. Theatra igitur quæritis: circum a principibus postulatis: cui, quæso, statui, cui populo, cui ciuitati? urbi exustæ, & perditæ, plebi capti uæ, & interemptæ, quæ aut perit, aut luget: de qua etiã si quid superest, totum calamitatis est: quæ cuncta aut mastritudine est anxia, aut lacrymis exhausta, aut orbitate prostrata: in qua nescias pæne cuius sit fors peior, ac deterior, interfectorum, aut uiuentium. tantæ enim miseriæ sunt superstitum, ut infelicitatem uicerint mortuorum. Ludicra ergo publica Treuir petis, ubi, quæso, exercenda? an super bustum, & cineres, super ossa, & sanguinem peremptorum? quæ enim urbis pars his malis omnibus uacat, ubi non cruor fusus, ubi non strata corpora, ubi non concisorum membra lacerata? ubique facies captæ urbis, ubique terror captiuitatis, ubique imago mortis. iacent reliquæ infelicissimæ plebis super tumulos mortuorum suorum: & tu circenses rogas. nigra est incendio ciuitas: & tu uultum festiuitatis usurpas. lugent cuncta: tu lætus es. Insuper etiam illecebris flagitiosissimis Deum prouocas, & superstitionibus pessimis iram diuinitatis irritas. non miror plane, non miror, tibi euenisse mala, quæ consecuta sunt. nam, quia tria te excidia non correxerunt, quarto perire meruisti. Hæc autem omnia ideo copiosius paulo prolata sunt, ut probaremus scilicet, omnia, quæ pertulimus, non improvidentia nos Dei, atque neglectu, sed iustitia, sed iudicio, sed æquissima dispensatione dignissima retributione tolerasse; neque ullam penitus Romani orbis, aut Romani nominis portionem, quamlibet grauiter plagis cælestibus cæsam, umquam fuisse correctam. et ideo nequaquam uti meremur prosperis, quia non corrigimur aduersis: quamuis nobis etiam indignis interdum tribuantur bona, quia bonus dominus, quasi indulgentissimus pater, etsi nos nonnumquam finit peccatis nostris humiliari, non diu tamen patitur affligi: & ideo nunc asperis rebus castigat suos pro disciplina, nunc tranquillis fouet pro indulgentia. Sicut enim optimi ac peritissimi medici dissimilibus morbis curas dispares præstant; atque aliis per dulcia medicamina, aliis per amara succurrunt: & quosdam curant cauteriis, quosdam malagmatum placabilitate; aliis adhibent duram ferri sectionem, aliis blandam infundunt olei lenitatem; & tamé diuersissimis licet curis eadem salus quæritur: ita etiam Deus noster, si quando nos plagis austerioribus coercet, quasi oleo ac malagmatibus consolatur. per diuersam enim opem ad unam nos uult perducere sanitatem. Solent quippe etiam nequissimos seruos, quos supplicia non correxerunt, blandimenta corrigere: & quos dominis suis uerba non submiserint, beneficia submitunt. Infantes quoque, & omnes fere paruulos contumaces, quos morigeros minæ ac ferulæ non efficiunt, interdum *ωάν* *γεννα*, atque blanditiæ ad obedientiam trahunt. Vnde intelligere debemus, nos & seruis nequissimis nequiores, & insipientibus paruulis stultiores esse; quos nec quasi malos seruos tormenta corrigunt, nec quasi infantulos blandimenta conuertunt. Et quidem, quemadmodum nullam Romani nominis partem pœna correxerit, satis, ut arbitror, iam probauimus. superest, ut, quemadmodum nec munera, nec blandimenta nos Dei corrigant, comprobemus. Munera autem Dei, & blandimenta quænam sunt? quæ scilicet, nisi pax nostra, & quies nostra, & famulantes uotis, ac uoluptatibus nostris rerum secundarum tranquillitates. aliquid ergo, quia res exigit, etiam speciale dicamus. Igitur quoties in metu, in angustiis, in periculis sumus, cum aut ciuitates ab hostibus obsidentur, aut prouinciæ populatione uastantur, aut quibuscumque rerum aduersitatibus reip. membra

F cæduntur,

cæduntur, & opem cælestis manus uotis precamur, si quo sacrae miserationis auxilio aut seruatae urbes fuerint, aut finita populatio, aut hostiles exercitus fusi, & metus omnis dono diuinitatis ablatus: quid statim post hæc omnia facimus? com pensare, credo, domino Deo nostro, cultu, honore, reuerentia, beneficia, quæ ab eo accepimus, adnitimur. hoc enim est consequens, atque id etiam usus uitæ humanæ habet, ut referatur gratia sceneratoribus gratiarum, & recipiant uicem munerum munerantes. ita ergo nos forsitan facimus: atque humanis saltem cum Deo nostro retributionibus agentes, cum ab eo bona accepimus, bona reddimus: ad domos uidelicet statim dominicas currimus, corpora humi sternimus, mixtis cum fletu gaudiis supplicamus: illustramus donariis sacra limina, aras muneribus implemus: et quia ipsi dono illius festi sumus, templis quoque ipsius uultu nostræ festiuitatis induimus: aut certe, quod ei non minus est, prioribus ex ipso corde uitis renunciamus, operum bonorum uictimas cædimus, & pro gaudiis nouis nouæ conuersationis hostias immolamus: omnibus denique immunditiis bellum sanctum indicimus: circorum infanias fugimus: sceditates theatralium ludorum execramur: uouemus domino nouam uitam; & ad obtinendam eius perpetuo protectionem, nosmet ipsos Deo sacrificamus. Cum hæc ergo, quæ diximus, pro recentibus beneficiis Dei debeant fieri; uideamus, quæ fiant. ad ludos protinus curritur: ad infanias conuolatur: in theatris populus diffunditur: in circis plebs tota bacchatur. ille nobis ad hoc bona præstat, ut boni simus: nos ediuerso, quoties bona accepimus, mala nostra accumulamus. ille nos beneficiis suis uocat ad probitatem: nos ruimus in improbitatem. ille beneficiis suis prouocat ad cõpunctionem: nos ruimus in dissolutionem. uocat ille ad castitatem: nos ruimus in impuritatem. Præclare uidelicet sacris muneribus respondemus: præclare dona eius uel agnoscimus, uel honoramus; qui, quantum a Deo beneficii accepimus, tantum ei iniuriarum repensamus. aut iniuria Dei hoc forte non est, aut esse indignior potest: aut multis & magnis opus sit: sed, inueterata in nobis malorum omnium labe, aliter iam non uitiosi esse non possumus, nisi ut omnino non simus. Quæ in nobis, rogo, spes bonæ frugis est? qui ignorantia peccant, errore agnito corriguntur. qui religionis expertes commutauerunt sectam, mutare incipiunt disciplinam. postremo, ut dixi, qui aut abundantia nimia, aut securitate uiuantur, desinunt esse perditum, cum destiterint esse securi. Nos nec ignorantia labimur; nec religionis expertes sumus; nec prosperitate rerum ac securitate corrumpimur. omnia siquidem ediuerso sunt. religionem nouimus; ignorantia non excusamur: pacem & diuitias priorum temporum non habemus; omnia, quæ fuerant, aut ablata, aut immutata sunt: sola tantum uitia creuerunt: nihil nobis de pace & prosperitate pristina reliquum est, nisi sola omnino crimina, quæ prosperitatem non esse fecerunt. ubi namque sunt antiquæ Romanorum opes, & dignitates? fortissimi quondam Romani erant, nunc sine uiribus. terrebant Romani ueteres: nos timemus. uectigalia illis soluebant populi barbarorum: nos uectigales barbaris sumus. uendunt nobis hostes lucis usuram: tota admodum salus nostra commercium est. O infelicitates nostræ, ad quid deuenimus? & pro hoc gratias barbaris agimus, a quibus nos ipsos pretio comparamus. quid potest esse nobis uel abiectius, uel miserius? & uiuere nos post ista credimus, quibus uita sic constat? insuper etiam ridiculos ipsi nos facimus: aurum, quod pendimus, munera uocamus: dicimus donum esse, quod pretium est, & quidem pretium condicionis durissimæ, ac miserissimæ. omnes quippe captiui, cum semel redempti fuerint, libertate potiuntur: nos semper redimimur, & nunquam liberi sumus. illorum more dominorum nobiscum barbari agunt, qui mancipia obsequiis suis non necessaria mercedibus promerent-

merendis locant. similiter enim non unquam ab hac sumus liberi functione, quam pendimus. ad hoc quippe mercedem iugiter soluimus, ut sine cessatione soluamus.

SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER SEPTIMVS.

CVM in conclusione libelli huius, qui nunc finitus est, de infirmitate ac miseria Romanorum nonnulla dixerim; contraria forsitan negotio, quod nunc agimus, dixisse uidebimur. scio enim posse hoc loco subici; hinc maxime probari, quod non respiciat humanas res Deus; quia, cum Romani, quondam pagani, & uicerint, & regnauerint, nunc Christiani & uincantur, & seruiant. Sufficere quidem ad confutationem obiectionis istius poterant illa, quæ dudum de cunctis fere paganis gentibus dicta sunt; id est magis peccare eos, qui scientes negligant legem Dei, quam qui non faciunt nescientes: sed tamen, si Deus annuit, cum ad eam negotii partem accesserimus, ut de ueteribus Romanis aliqua dicantur, euidenter diuino munere approbabitur, tam iustum tunc erga illos fuisse domini fauorem, quam nunc erga nos iustam seueritatem; et tam dignum illud fuisse, quod Romanos tunc Deus auxilio suo extulit, quam nunc dignum esse, quod punit. atque utinam poena ipsa prodesset. illud grauius, ac luctuosius multo, quod post poenam nulla correctio est. Curare nos uult castigationibus suis dominus, sed curam remedia non sequuntur. Quid hoc mali est? iumenta ac pecudes sectione curantur: et putrefacta mulorum, asinorum, porcorum uiscera, cum adusta cauteriis fuerint, munus medicæ adustionis agnoscunt: statimque ubi aut cremata, aut defecta fuerit uitiatorum corporum labe, in locum demortuæ carnis uiua succedit. nos & urimur, & secamur: sed nec ferri defectione, nec cauteriorum adustione sanamur: immo, quod est grauius, cura ipsa deteriores sumus. et ideo non frustra nobis euenit, quod euenire pecudibus & iumentis solet, quæ irremediabiles morbos ferunt. nam in omnibus partibus mundi, quia curis medicantibus non corrigimur, morte atque occisione finimur. Ecce enim, ut non repetam, quæ multo ante iam dixi, hoc ipsum quale est, quod paulo ante memorauimus, scilicet quia & miseri pariter & luxuriosi sumus? Esto enim, sint uitia ista felicitum: quamuis nemo quidem probrosus possit esse, & felix: quia ubi non est uera honestas, non est uera felicitas. sed modo, ut supra dixi, esto, sint uitia ista felicitum, & longæ pacis, & opulentæ securitatis. cur, quæso, illic sunt, ubi iam nulla pax, ubi nulla securitas? In omni ferme urbe Romana pax & securitas non sunt. cur sola uitia tantum perdurant? quis, rogo, ferre possit in homine egestuoso esse lasciuiam? criminiosior quippe est luxuriosa paupertas, & maioris est inuidiæ miser nugator. quis captiuitatem expectans de circo cogitat? quis metuit mortem, & irridet? nos & in metu captiuitatis ludimus, & positi in mortis timore ridemus, Sardonicis quodam modo herbis omnem Romanum populum putes saturatum. moritur, & ridet: & ideo in omnibus fere partibus mundi risus nostros lacrymæ consequuntur: ac uenit etiam in præsentibus super nos illud domini nostri dictum: Væ uobis, qui ridetis: quoniam flebitis. Sed forsitan, cum de ludicris ac sceditatibus publicis diutissime dixerimus, in hoc tantum deteriores esse nos putes barbaris, quia illi hæc non agunt, nos agimus; ceterum ipso carnalis libidinis scelere & fornicationis funestæ coeno non ita pol-

lui. Comparemus, si placet, ceteris nationibus etiam in hac parte Romanos: & quidem nescio, an ullis rectius comparentur, quam his, quos Deus in medio reip. suae posuit, possessores fecit ac dominos soli esse Romani. unde, quamuis nihil disputari de iudicio Dei possit, tamen, cum ablatam nobis iuris nostri optimam partem barbaris dederit, uideamus, an id, quod nobis tulit, & illis tradidit, iusto iudicio tradidisse uideatur. Nemini dubium est, Aquitanos omnes populos medullam fere omnium Galliarum, & uber totius fecunditatis habuisse, nec solum fecunditatis, sed, quae praeponi interdum fecunditati solent, uoluptatis, iucunditatis, pulchritudinis: adeo illic omnis admodum regio aut intertexta uineis, aut florulenta pratis, aut distincta culturis, aut confita pomis, aut amoenata lucis, aut irrigata fontibus, aut interfusa fluminibus, aut crinita messibus fuit: ut uere possessores, & domini terrae illius, non tam soli istius portionem, quam paradisi imaginem possedisse uideantur. quid ergo post ista omnia? officiosiores absque dubio Deo esse debuerant, quos specialiter Deus abundantissima beneficiorum suorum dote ditauerat. quid enim rectius, aut quid dignius, quam ut, quibus per munera sua dominus cultu ac religione placuissent? praesertim cum a nobis Deus nil onerosum, nil graue exigat. non enim nos ad aratra, aut ad ligones uocat, non ad sciendas terras, neque ad uineas pastinandas: non denique illa exigit a suis seruis, quae nos exigimus a nostris. quid namque ait? Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos: & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. iugum enim meum suauis, & onus meum leue. Non ergo nos ad laborem uocat dominus, sed ad refectioem. Quid namque a nobis exigit, quid praestari sibi a nobis iubet, nisi solum tantummodo fidem, castitatem, humilitatem, sobrietatem, misericordiam, sanctitatem? quae utique omnia non onerant nos, sed ornant: nec solum hoc, sed adeo uitam praesentem ornant, ut futuram plus ornare possint. O pium, o inextimabilis misericordiae dominum, qui ad hoc nobis praesenti religionis munera tribuit, ut ipsa in nobis posita, quae nunc dat, munera muneretur. Tales igitur etiam omnes absque dubio Aquitani esse debuerant: et quidem, ut diximus, specialius tales, quia specialia Dei munera possidebant. Ecquid post haec omnia, quid secutum est? quid, nisi cuncta, quae diuersa sunt? in omnibus quippe Gallis sicut diuitiis primi fuere, sic uitiis. nusquam enim improbior uoluptas, nusquam inquinatior uita, nusquam corruptior disciplina. hanc pro muneribus sacris dederunt domino retributionem: ut, in quantum eos beneficiis suis ille ad se illexerat ad propitiandum, intantum illi flagitiis suis laborauerunt ad exacerbandum. An forte falsum est, & odiose potius, quam uere, ista dicuntur? Non oratoria probatione, qua uti alii in causis solent, utar, ut producam quoscumque ad probandum aut paucos, aut extraneos, aut minus idoneos testes; ipsos interrogemus, a quibus acta sunt. falsum sit, quod diximus, si negarint: fatentur enim: et quidem, quod est grauius, sic fatentur, ut in ipsa confessione non doleant. idem enim nunc est animus in fatentibus, qui in agentibus fuit. sicut tunc non puduit flagitia committere, sic nunc omnino non penitet flagitiosa fecisse: exceptis tamen perpaucis ferme sanctis, atque insignibus uiris, qui, ut quidam de numero ipsorum ait, Sparfis redemerunt crimina nummis. Exceptis inquam, his, quos loquor, utique etiam in illa tunc generali admodum colluione uictorum, recte minorum criminum reos fuisse credimus, qui corrigi a diuinitate meruerunt. non penitus enim dominum laedit suum, cui propitiatio reseruatur. ecquid plura? puto quod semper Deum & in ipso errore respexerit, a quo hoc

obtinere

Matth. II

obtinere potuit, ne diutius erraret. Ceteri autem, & plurimi ferme, ac nobilissimi, prope idem omnes; paene unus gurgis, omnium gula; paene unum lupanar, omnium uita. Ecquid dicam de lupanaribus? minoris etiam criminis lupanar pariter. meretrices enim, quae illic sunt, foedus connubiale non norunt: ac per hoc, non maculant, quod ignorant. impudicitiae enim piaculo sunt obnoxiae, sed reatu tamen adulterii non tenentur. Adde huic, quod & pauca ferme sunt lupanaria; & paucae, quae in his uitam infelicissimam damnauere meretrices. apud Aquitanos uero quae ciuitas in locupletissima ac nobilissima sui parte non quasi lupanar fuit? quis potentum ac diutum non in luto libidinis uixit? quis non se barathro sordidissimae colluionis immerfit? quis coniugii fidem reddidit? immo, quantum ad passiuam libidinis pertinet, quis non coniugem in numerum ancillarum redegit, & ad hoc uenerabilis connubii sacramenta deiecit, ut nulla in domo eius uilius uideretur in maritali despectione, quam quae erat princeps matrimonii dignitate? Cogitat forte aliquis, non ita ad plenum esse ut loquor: habuisse enim illic matres familias ius suum, & dominarum honorem potestatemque tenuisse. Verum est: habuerunt quidem multae integrum ius domini, sed nulla ferme impollutum ius matrimonii: & nos modo non quaerimus, quae mulierum potestas, sed quam uirorum corrupta fuerit disciplina. quamuis nec potestatem quidem illic matres familias integram habuisse dicam: quia quaecumque ius connubii in uoluntate ac saluum non habet, nec dominium saluum habet. haud multum enim matrona abest a uilitate seruarum, ubi paterfamilias ancillarum maritus est. quis autem Aquitanorum diutum non hoc fuit, quem non sibi ancillae impudicissimae, aut adulterum, aut maritum iure dixerunt? Equi enim emissarii, ut propheta ait, in feminas facti sunt. unusquisque enim ad uxores proximi sui hinniebant. atque illi, de quibus haec scripta legimus, & minore fortasse crimine, & minore, ut reor, numero criminum ac passiuitate peccabant. hi autem uere ut emissarii equi non ad paucas tantum, sed paene ad omnes uernulas suas, id est ad greges proprios hinniebant; & in morem eorum pecudum, qui mariti gregum appellantur, feruida libidinis debacchatione grassantes, in quamcumque eos primum feminam ardens impudicitiae furor traxerat, irruerant. Hic iam quaero a sapientibus: cum haec ita essent, quales putent fuisse illic familias, ubi tales erant patresfamilias? quanta seruorum illic corruptela, ubi dominorum tanta corruptio? morbido enim capite, nil sanum est: neque ullum omnino membrum officio suo fungitur, ubi, quod est principale, non constat. In domo autem sua dominus quasi corporis sui caput est, & uita eius cunctis quasi norma uiuendi. pessimumque est hoc in hoc negotio, quod libentius omnes deteriora sectantur: & facilius mala institutio damnat bonos, quam bona emendat malos. Porro autem, cum etiam boni atque honesti patresfamilias famulos bonos facere non possint, quantam illic putamus fuisse labem familiarum, ubi domini erant impuritatis exemplum? quamuis non exemplum illic tantummodo fuerit, sed uis ac necessitas quaedam: quia parere impudicissimis dominis famulae cogebantur inuitae; & libido dominantium, necessitas subiectarum erat: ex quo intelligi potest, quantum coenum impudicarum sordium fuerit, ubi, sub impurissimis dominis castas esse, etiam si uoluissent, feminas non licebat. Sed uidelicet difficile hoc probari potest; & nulla omnino extant praeteritarum turpitudinum, flagitiorumque uestigia. Ecce etiam nunc multi ex eis, licet patria careant, & in comparatione praeteritarum opum pauperes uiuant, peiores ferme sunt, quam fuerunt: peiores autem non uno modo: quia etsi eadem faciunt, quae ante faciebant, hoc ipso tamen deteriores sunt, quia a scelere non cessant. siquidem facinora eorum, etsi maiora non sunt,

F 3 attamen

Hier. 5

attamen plura sunt: ac per hoc, etsi criminum nouitate non crescunt, pluralitate cumulantur. Adde autem, quod hæc, ut dixi, faciunt iam senes: adde, quod pau peres. utrumque enim sceleris augmentum est: minus siquidem prodigiosum est, peccare iuuenes, peccare locupletes. quæ autem in iis spes, aut remedium est, qui ab usitata impuritate nec miseriarum egestate, nec uitæ extremitate reuocantur? Esto enim, quosdam aut stulta præsumptio longæ uitæ, aut spes quandoque agendæ pænitentia consoletur: nonne nouum hoc monstri genus est, esse aliquos etiam in morte uitiosos? Quæ cum ita sint; numquid est aliquid, quod dici amplius possit? Sed adhuc tamē addamus, scilicet quod multi hæc agunt hodie etiā inter hostes siti, & quotidiano discrimine ac timore captiui: cumq; ob impurissimam uitam traditi a Deo barbaris fuerint, impuritates tamen ipsas etiā inter barbaros non relinquunt. Sed tales forte hostes sunt, inter quos agunt, ut eos ista delectent, & offendantur grauissime, si, cum impudici sint, uideant castos esse Romanos; quod si ita esset, nequaquam tamen facere nos improbos improbitas deberet aliena: quia quemlibet hominum magis sibi præstare conuenit, ut sit bonus, quam alteri, ut sit malus: & plus id laborandum est, ut placeamus Deo per honestatem, quam ut hominibus per impuritatem: ac perinde etiam si inter impudicos quis barbaros uiuat, magis tamen pudicitiam sequi debet, quæ sibi expedit, quam impudicitiam, quæ impuris hostibus placet. Sed quid accidit insuper ad mala nostra? Inter pudicos barbaros impudici sumus. Plus adhuc dico: offenduntur barbari ipsi impuritatibus nostris, esse inter Gothos non licet scortatorem Gothum: soli inter eos præiudicio nationis ac nominis permittuntur impuri Romani. Ecquæ nobis, rogo, spes ante Deum est? impudicitiam nos diligimus, Gothi execrantur; puritatem nos fugimus, illi amant: fornicatio apud illos crimen, atque discrimen est, apud nos decus. et putamus nos ante Deum posse consistere? putamus nos posse saluos esse; quando omne impuritatis scelus, omnis impudicitia turpitudine a Romanis admittitur, & a barbaris uindictatur? Hic nunc illos requiro, qui meliores nos putant esse, quam barbaros. dicant, quid horū uel paucissimi Gothi faciunt, uel quid non horum Romani omnes, uel pæne omnes, & miramur, si terræ uel Aquitanorum, uel nostrum omnium a Deo barbaris datae sunt; cum ea, quæ Romani polluerant fornicatione, nunc mundent barbari castitate. Sed forte hoc in Aquitanicis tantum: transeamus etiam ad alias mundi partes, ne de solis tantummodo Galliis dixisse uideamur. Quid Hispanias? nonne uel eadem, uel maiora forsitan uitia perdiderunt? quas quidem cælestis ira etiam si aliis quibuslibet barbaris tradidisset, digna tamen flagitiorum tormenta tolerauerunt puritatis inimici. sed accessit hoc ad manifestandam illic impudentia damnationem, ut Vuandalis potissimum, id est pudicis barbaris traderentur. Dupliciter in illa Hispanorum captiuitate Deus ostendere uoluit, quantum & odisset carnis libidinē, & diligeret castitatem; cum & Vuandalos ob solam maxime pudicitiam illis superponeret, & Hispanos ob solam uel maxime impudicitiam subiugaret. quid enim? numquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hispania traderentur? multi absque dubio; immo, ni fallor, omnes, sed ideo ille infirmisimis hostibus cuncta tradidit, ut ostenderet scilicet non uires ualere, sed causam; neque nos tunc ignauissimorum quorundam hostium fortitudine obrui, sed sola uitiorum nostrorum impuritate superari: ut uerè in nos uenerit dictum illud, quod ait ad Iudæos dominus: Secundum immunditias suas & secundum iniquitates suas feci illis, & auerti faciem meam ab eis. Et alibi ad gentem ipsam: Adducet dominus super te gentem de longinquo: & unguis, inquit, equorum suorum omnes plateas conculcabunt: & populum tuum gladio inter-

al. quondam

Deut. 28

interficiet. Completa ergo in nos sunt omnia, quæ ait sermo diuinus, & uim uerborum cælestium luit pœna cunctorum: sed tamen cum omnes fere barbaræ gentes Romanum sanguinem biberint, omnes uiscera nostra lacerauerint; quid est, quod Deus noster maximas reip. opes, & locupletissimos Romani nominis populos in ius potissimum ignauissimorum quorundam hostium dedit? quid, nisi ut cognosceremus: scilicet quod supra dixi, meritorum hoc fuisse, non uirium; utq; hoc nobis in confusionem caderet, ac pœnā, quod ignauissimis traderemur; & uel sic plagam cælestis manus agnosceremus, quia nos non fortissimi, sed ignauissimi subiugarent. sic enim legimus, quod si euidenter Deus intelligi uoluit, magna opera se patrare aut per paucos, aut per infirmos; res acta est; ne opus cælestis dexteræ uirtuti assignetur humanæ. siquidem & dux Sisara, quem Hebræus timebat exercitus, a muliere prostratus est: et Abimelech, ciuitatum expugnatorem, feminea manus percudit: & ferratæ Assyriorum acies uidua opitulante ceciderunt. Et ne de solis feminis tantum loquar, Benadab regem Syriæ, cui præter innumera populi sui millia, & triginta duo reges, exercitusq; eiusdem numeri seruiebant, nonne ideo a paucis principum pedisequis dominus uinci uoluit, ut, qui esset auctor talis uictoria, nosceretur? Cōtra Madianitas quoque, qui, ut liber Iudicum refert, instar locustarum cuncta compleuerant, Gedeon iubetur pugnare cum paucis: non quia plures in exercitu non haberet: sed uetatur multos ad bellum ducere, ne multitudo sibi possit aliquid de uictoria usurpare. unde, cum triginta millia armatorum congregasset, sic ad eum dominus locutus est: Multus est tecum populus, nec tradetur Madian in manus eius. Ecquid postea? homini aduersum innumera barbarorum millia pugnaturo CCC tantum uiros reliquit. in eam quippe exiguitatem redigi agmen militum iussit, ut sibi de patriato diuinitus belli opere paucitas usurpare nihil posset. denique, cur hoc dominus faceret, ita ipse euidentissime declarauit, dicens: Ne gloriatur contra me Israel, & dicat: Viribus meis liberatus sum. Audiant, inquam, hoc omnes improbi, audiant omnes præsumptuosi, audiant præpotentes, audiant cuncti, quid Deus dicit: Ne gloriatur, inquit, cōtra me Israel, & dicat: Meis uiribus liberatus sum. Audiant, inquam, omnes contraria & blasphema iactantes: audiant hæc spem suam in homine ponētes. loqui uniuersos aduersum se Deus dicit, qui liberari se uiribus suis posse præsumunt. quis autem est Romanorum non ita dicens? quis est non ita sentiens? quis nostræ partis non prope iugiter in hac parte blasphemat? nullas esse iam reip. uires, omnium conscientia est; & ne sic quidem agnoscamus, cuius hoc beneficiis, quod adhuc uiuimus, debeamus. siquādo enim nobis prosperi aliquid præter spem nostram & meritum Deus tribuit, alius adscribit hoc fortunæ, alius euentui, alius ordinationi ducū, alius consilio, alius magistro, alius patrocino, nullus Deo, et miramur, si nobis cælestis manus aliqua non præstet, cui, quidquid præstiterit, derogamus. quid enim aliud facimus, cū bona, quæ præstat, nos uel euentibus casuum, uel uirtutibus ducū, uel quibuscumque aliis rebus friuolis deputamus? hoc enim modo & terris nos oportet gratias agere, quod fruges annuas metimus; & uineis, quod uindemiamus; & mari, quod pisces capimus; & siluis, quod ligna cædimus; & ouibus, quod ueste tegimur; & pecudibus ceteris, quod carne saturamur. nā quæ ratio est, ut ei pro muneribus aliis grati esse uelimus, cui maximorum beneficiorū gratiā derogamus? aut quis contentus est homo nostræ condicionis, ut ei quis acceptū quippiā referat, cui de donis suis detraxerit summa? ita & nos, licet Deo in nullo digne gratias agamus, parum tamen erat, si pro his tantummodo grati esse uellemus, quæ ad usum uiuendi dedit. cur hanc gratiam tollimus, quod nos in angustiis iuuat, & in periculis liberat, & in medio bar-

al. quondam

Iudic. 4

9

3. Reg. 20

Iudic. 7

Ibidem

bararum gentium suos iugi protectione conferuat? At non ita Gothi, non ita Vuandali, malis licet doctoribus instituti, meliores tamen etiam in hac parte, quam nostri. (offendi quosdam quamuis suspicor his, quæ diximus: sed, quia ueritas magis, quam offensus, cogitanda est; dicam, & sæpe dicam) nõ ita Gothi, non ita Vuandali, qui & in discrimine positi opem a Deo postulant, & prosperitatis suæ munus diuinis nominibus appellant. Denique probauit hoc bello proximo infelicitas nostra. cum enim Gothi metuerunt; præsumpsimus non in Hannis spem ponere, illi in Deo: cū pax ab illis postularetur, a nobis negaretur; illi episcopos mitterent, nos repelleremus; illi etiam in alienis sacerdotibus Deum honorarent, nos etiam in nostris contemneremus. prout actus utriusque partis, ita & rerum terminus fuit. illis data est in summo timore palma, nobis in summa elatione confusio. uere & in nobis tunc, & in illis euidenter probatum fuit illud domini nostri dictum: Quoniam, qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Illis enim exaltatio data est pro humilitate, nobis pro elatione deiectio. namque agnouit hoc ille dux nostræ partis, qui eandem urbem hostium, quam eodem die uictorem se intraturum esse præsumpsit, captiuus intrauit. Probauit scilicet, quod propheta dixit: Quia non est hominis uita eius; nec uiri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos. Nā quia uiam suam iuris sui existimauit; nec gressum directionis habuit, nec uiam salutis inuenit. Effusa est, ut legimus, abiectio super principem: seductus est in inuio, & non in uia: & ad nihilum deductus est, uelut aqua decurrens: in quo quidem, præter ipsam rerum infelicitatem, præfens iudicium Dei paruit, ut, quidquid facturū se usurparat, pateretur. nam, quia sine diuinitatis auxilio, ac Dei ductu capiendum a se hostem credidit, ipse captus est: consilii, ac sapientiæ summam usurpauit, ignominiam temeritatis incurrit: uincula, quæ aliis parauit, ipse sustinuit. Ecquod, rogo, euidentius Dei iudicium esse potuit, quam ut habens prædatoris fiduciam, præda fieret; triumphum præsumens, triumphus esset; circumdaretur, corripere, alligaretur, retorta brachia tergo gereret, manus, quas bellicosas putabat, uinctas uideret? puerorum ac mulierum spectaculum fieret, illudentes sibi barbaros cerneret, irrisorem sexus promiscui sustineret? & qui maximum habuerat supercilium fortis uiri, mortem subiret ignaui? atque utinam hoc ipsum breue remedium malorum esset, non diuturna toleratio. ille autem, quantum ad pœnarum longitudinem pertinet, longo tempore & diuturna in ergastulo barbarorum tabe consumptus, in hanc miseriam redactus est, ut, quod plerumque homines etiam pœnis ipsis grauius atque acerbius putant, in miserationem hostium deueniret. et hoc cur? absque dubio, nisi quia, ut iam dixi, illi Deo humiles, nos rebelles; illi crediderunt in manu Dei esse uictoriam, nos in manu nostra, immo in sacrilega, atque impia, quod est peius, nocentiusque, quam natiua. denique ipse rex hostium, quantum res prodidit, ac probauit, usque ad diem pugnae stratus cilicio preces fudit, ante bellum in oratione iacuit, ad bellum de oratione surrexit: priusquam pugnam manu capefferet, supplicatione pugnaui: & ideo fidens processit ad pugnam, quia iam meruerat in oratione uictoriam. Nõ dissimiliter autem illud etiam apud Vuandalos: ad quos cum in iis partibus sitos nostra pars pergeret, tantamque ad debellandos eos præsumptionis fiduciam ferret, quantam etiam proxime ad Gothos; pari superbiæ, pari factus exitu corruerunt. uenitque super exercitum nostrum illud prophetae dictum: Obruet dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum. Confidebamus enim in sapientia nostra, & fortitudine, contra Dei mandata, dicentis: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus. Non immerito ita-

Lucæ 14

Prou. 16

E 20

Psal. 106

Hier. 2

E 9

itaque uicti sumus. ad meliora se illi subsidia contulere, quam nostri. nam cum armis nos, atque auxiliis superbiremus; a parte hostium nobis liber diuinæ legis occurrit. ad hanc enim præcipue opem timor, & perturbatio tunc Vuandala con fugit, ut seriem nobis cælestis eloquii opponeret, & aduersum aduenientes æmulos suos sacri uoluminis scripta ipsa quasi quodam modo diuinitatis ora referaret. Hic nunc requiro, quis hoc umquam e nostris partibus fecerit, aut quis non irrisus fuerit, si putasset esse faciendū; irrisus utique, sicut a nostris omnia ferme religiosa ridētur. et ideo quid prodesse nobis prærogatiua illa religiosi nominis potest, quod nos catholicos esse dicimus; quod fideles esse iactamus; quod Gothos ac Vuanda-

10 los hæretici nominis cōprobatione despiciamus; cum ipsi hæretica prauitate uiuamus? Itaque rectissime nobis dicitur illud, quod Iudæis in lege fidentibus dixit sermo diuinus: Quo modo dicitis, sapientes sumus, & lex domini nobiscum est? Nolite, inquit, confidere in uerbis mendacii, dicentes, templum domini, templum domini, templum domini est: quoniam, si benedixeritis uias uestras, & stultitia uestra, & aduenæ, & populo, & uiduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentium effuderitis in loco hoc, Habitabo uobiscum in loco isto a sæculo usque in sæculum. Quò utique ostenditur, quod, si ista non facimus, superflua nobis catholici nominis præsumptione plaudamus, ubi Dei iuge iudiciū est. Illi crescunt quotidie, nos decrescimus: illi proficiunt, nos deprauamur: illi florescunt, nos arefcimus: ut uere in nos ueniat dictum illud, quod de Saul ac Dauid ait sermo diuinus: Quia Dauid erat iustus, & semper se ipso robustior, domus autem Saul decrefcens quotidie: iustus est enim, ut propheta ait, iustus est dominus, & rectum iudicium suum. Iudicamur itaque etiam præfente iudicio a Deo: & ideo excitata est in perniciem nostram ac dedecus gens ignauissima, quæ de loco in locum pergens, de orbe in orbem transiens, uniuersa uastaret. ac primum de solo patrio effusa est in Germaniam primam, nomine barbaram, ditone Romanam. post cuius exitium primum arsit regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum luxuriantium, et post hæc corpus omnium Galliarum, sed paulatim id ipsum tamen, ut, dum pars clade cæditur, pars exemplo emendetur. Sed ubi apud nos emendatio, aut quæ pars Romani orbis, quamuis afflicta, corrigitur? Omnes enim, ut legimus, declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et ideo propheta clamat ad Deum, & dicit: Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisi eos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti. Quam uere autem etiam in nos hoc cadat, res ipsa indicat. Vastata est diu Gallia: ergo emendata est, cum uicina esset, Hispania. nec immerito: quia nullus erat omnino timor, nulla correctio; flammis, quibus arserant Galli, Hispani ardere cœperunt. in quo illud est, ut supra dixi, sceleratissimum & grauissimum; quod, cum arserint, ut ita dicam, membra hominum peccatorum, curata non sunt uitia peccantium. et ideo compulsus est criminibus nostris Deus, ut hostiles plagas de loco in locum, de orbe in orbem spargeret, & excitas pane ab ultimis terræ finibus gentes etiam trans mare mitteret, quæ Afrorum scelera punirent. Quid enim? numquid abductæ a solo patrio degere intra Gallias non potuerant? aut, ne degerent, quæ timebant, cum illas a nobis usque ad tempus illud cuncta uastauerint? Sed esto, intra Gallias formidabant: quid in Hispania, ubi exercitus nostros etiā bellando contriuerant, numquid consistere, aut permanere metuebant iam uictores, iam triumphantes? quibus usque ad hoc fortitudinis factum contingeret ascendere, & post experimenta belli diu parati intelligerent sibi Romanæ reip. uires etiam cum barbarorum auxiliis pares esse non posse. Potuerant ergo illic degere, nec timebant: sed illa utique cælestis manus, quæ ad eos ad punienda Hispanorum flagitia illuc

al. exprobra
tione
Hier. 8
E 7al. humilia
mur2. Reg. 3
Psal. 118Psal. 52
Hier. 5

illuc traxerat, etiam ad uastandam Africam transire cogebat. ipsi denique fatebantur non suum esse, quod facerent: agi enim se diuino iussu, ac perurgeri. ex quo intelligi potest, quanta sint mala nostra, ad quos uastandos atque cruciandos ire barbari compelluntur inuiti, secundum illud, quod uastator terræ Israeliticæ rex Afsyriorum ait: Numquid sine domini uoluntate ascendi in locum istum? dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eam. Et alibi sacer sermo: Hoc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis, seruum meum: ueniensq. percutiet terram Aegypti. Vnde agnoscere possumus, cuncta quidem, quæ affliguntur, iudicio Dei percuti, sed tamen, ut sæpe memorauimus, propter peccata subuerti. ac per hoc, quidquid actum est, peccatis, non Deo, adscribendum: quia recte illi rei factum adscribitur, qui, ut ita fieret, exegit. nam & homicida, cum a iudice occiditur, suo scelere punitur: & latro, aut sacrilegus, cum flammis exurit, suis criminibus concrematur. unde, & quod Vuandali ad Africam transferunt, non est diuinæ seueritati, sed Afrorum sceleri deputandum. graui enim eos ante, quam illuc pergerent, a longa iniquitate traxerunt. et ideo intelligere debemus; quia pietatis diuinæ fuit, quod pœnam diu debitam distulit; piaculorum autem, & criminum, quod aliquando peccator populus, quæ merebatur, accepit. nisi forte Afsros hoc non meruisse credimus: cum utique nulli magis, utpote in quos omnia simul improbitatum atque impuritatum genera confluxerint, ceteri enim homines etsi nonnullis flagitiorum uitiiis obligati sunt, quibusdam tamen non implicantur: etsi uolentia non carent, maleuolentia carent: etsi libidine æstuant, rapacitati non seruiunt. multos denique, etsi accusat incontinentia corporum, simplicitas commendat animorum. in Afsris pœne omnibus nihil horum est, quod ad utrumque pertineat, id est bonum æque, ac malum: quia totum admodum malum. adeo, exclusa naturæ originalis sinceritate, aliâ quodam modo in his naturam uitia fecerunt. exceptis enim paucissimis Dei seruis, quid fuit totum Africæ territorium, quam domus una uitiorum, ahenò illi similis, de quo propheta dicit: Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiit de ea. Ciuitatem, ut uidemus, ahenò, & iniquitatem sanguini comparauit; ut intelligamus scilicet sic esse in ciuitate populi iniquitatē, sicut in ahenò sanguinem bullientem. Non dissimile est autem huic illud sacri sermonis: Facti sunt mihi domus Israel commixti omnes æramento, & ferro, & stanno, & plumbo, & in medio argentum permixtum est. Propterea dicit hoc, Sic dicit dominus Deus: Pro eo quod facti estis omnes in permixtionem unam, conflagabo uos, & insufflabo uos in igne iræ. Dissimillima inter se genera metallorum sacer sermo memorauit. Et quo modo in eodem confinator res diuersæ cōstantur? scilicet quod in diuersitatibus metallorum dissimilitudo hominum designatur. et ideo etiam argentum, id est nobilioris materiæ metallum, iisdem ignibus datur; quia naturæ nobilioris ingenium uita degenerante damnatur. Sicut etiam de principe Tyri dixisse legimus dominum per prophetam: Fili hominis accipe lamentum super principem Tyri, & dic illi: Hæc dicit dominus Deus: tu consignatio similitudinis, & corona decoris in deliciis paradisi fuisti: omnem lapidem pretiosum indutus es, sardonice, & topazium, & smaragdum. Et iterum: Argentum, inquit, & auro implesti thesauros tuos, a multitudine negotiationis implesti promptuaria tua. Quæ omnia numquid non talia sunt, ut uel specialiter de Afsris dicta uideantur? ubi enim maiores thesauri, ubi maior negotiatio, ubi promptuaria pleniora? Auro, inquit, implesti thesauros tuos a multitudine negotiationis tuæ. Ego plus addo, tam diuitem quondam Africam fuisse, ut mihi copia negotiatio-

tiationis suæ non suos tantum, sed etiam mundi thesauros uideatur impleffe. Ecce quid post hæc? Exaltatum est, inquit, cor tuum in decore tuo: propter multitudinem peccatorum tuorum in terram te proieci: Quo modo Africanæ potentia & hoc competit, aut quo modo proiecta esse uidetur in terram? quo modo, nisi, quia, quando amisit potentia ueteris altitudinem, quasi cælestem perdidit dignitatem? Et educam, inquit, ignem de medio tui, hic te deuorabit. Quid hac re uerius? de media quippe eorum iniquitate ignis peccati exiit, qui felicitatem prioris temporis deuorauit. Et omnes, inquit, qui te nouerunt inter nationes, contristabuntur super te. Conuenire illis hoc non putemus, si non euersio Africani soli, luctus est generis humani. Perditio, inquit, factus es, & non eris amplius in æternum. In perditionem illic iam deducta omnia satis constat. Superest, ne malorum præsentium pœnas etiam æterna cōtinuatio consequatur. non patiat hoc autem pro affectu suæ misericordia Deus. nam, quantum ad meritum nostrorum criminum pertinet, ita se res habet, ut pati posse uideatur. quid enim piaculorum est non illic semper admissum? ne de omnibus dicam; quia & enormia fere sunt, & sciri & dici tanta non possunt; de sola uel maxime obscenitate impuritatū loquor, & quod est grauius, sacrilegiorum. Prætermitto in aliquo rabiæ cupiditatis, uitium totius generis humani. prætereò auaritiæ inhumanitatem; quod proprium est Romanorū pœne omnium malum. relinquantur ebrietas, nobilibus ignobilibusq. cōmunis. taceatur superbia, & tumor: tam peculiare hoc diuitum regnum est, ut aliquid forsitan de iure suo se putent perdere, si hinc sibi alius quidquam uoluerit uindicare. transeat denique prope omne fraudum, falsitatum, periuriorum nefas: nulla umquam his malis Romana ciuitas caruit, sed specialius hoc scelus Afrorum omnium fuit. nam sicut in sentinam profundæ nauis colluiones omnium fordium, sic in mores eorum, quasi ex omni mundo, uitia fluxerunt. nullam enim improbitatem scio, quæ illic non redundauerit, cum utique etiam paganæ ac ferinæ gentes, etsi habeant specialiter mala propria, non sunt tamen in his omnia execratione digna. Gothorum gens perfida, sed pudica est: Alanorum impudica, sed minus perfida: Franci mendaces, sed hospitales: Saxones crudelitate efferi, sed castitate uenerandi. omnes denique gentes habent, sicut peculiaria mala, ita etiã quædam bona. in Afsris pœne omnibus nescio quid non malum. si accusanda est inhumanitas, inhumani sunt: si ebrietas, ebriosi sunt: si falsitas, fallacissimi: si dolus, fraudulentissimi: si cupiditas, cupidissimi: si perfidia, perfidissimi. impuritas eorum, atque blasphemia his omnibus admiscenda non sunt: quia illis, quæ supra diximus, malis aliarum gentium uitia, his autem etiã sua ipsorum uicerunt. Ac primum, ut de impuritate dicamus; quis nescit Africam totam obscenis libidinum tædis semper arsisse? non ut terram, ac sedem hominum, sed ut Aetnam putes impudicarum fuisse flammarum. nam sicut Aetna intestinis quibusdam naturæ feruentis ardoribus, sic illa abominandis iugiter fornicationum ignibus aestuauit. nec uolo in hac re assertionibus meis credi: testimoniū requiratur generis humani. quis nõ omnino Afsros impudicos generaliter sciat, nisi forte ad Deū conuersos, id est fide ac religione mutatos? sed hoc tam rarum est, ac nouum, quã rarum uideri potest, quemlibet ganeonē nõ esse ganeonem, aut quæcumque sæuum non esse sæuum. tam infrequens est enim hoc, & inusitatum, impudicum non esse Afrum, quam nouum, & inauditum, Afrum non esse Afrum. ita enim generale in eis malum impuritatis est, ut, quicumque ex eis impudicus esse deferret, Afer non esse uideatur. Nec discurram per loca singula; aut cunctas discutiam ciuitates; ne studiose uidear querere, aut inuestigare, quæ dicam: una tantum, uniuersarum illic urbium princeps, & quasi matre, contentus sum, illa scilicet Romanis

al. denique

manis arcibus semper æmula, armis quondam, & fortitudine, post splendore, & dignitate: Carthaginem dico, & urbi Romæ maxime aduersariam, & in Africano orbe quasi Romam: quæ mihi ideo in exemplum ac testimonium sola sufficit; quia uniuersa penitus, quibus in toto mundo disciplina reip. uel procuratur, uel regitur, in se habuit. illic enim omnia officiorum publicorum instrumenta, illic artium liberalium scholæ, illic philosophorum officinæ, cuncta denique uel linguarum gymnasia, uel morum; illic quoque etiam copiæ militares, & regentes militiam potestates, illic honor proconsularis, illic quotidianus iudex, & rector, quantum ad nomen quidem, proconsul, sed quantum ad potentiam, consul: illic quoque omnes rerum dispensatores, & differentes inter se tam gradu, quam uocabulo dignitates, omnium, ut ita dicam, platearum & compitorum procuratores, cuncta ferme & loca urbis, & membra populi gubernantes. hac ergo tantum contenti sumus ad exemplum ac testimonium ceterarum; ut intelligamus scilicet, quales illæ fuerunt ciuitates, quæ minores habuerunt probi officii procuraciones, cum uiderimus, qualis extiterit ubi summi semper fuere rectores. Quo loco prope est, ut pæniteat me professionis meæ, id est quod superius sponendi, cunctis prope Afrorum criminibus prætermittis, de impuritatibus præcipue, ac blasphemis eorum me esse dicturum. uideo enim quasi scaturientem uitii ciuitatem: uideo urbem omnium iniquitatum genere feruentem, plena quidem turbis, sed magis turpitudinibus; plenam diuitiis, sed magis uitiiis; uincentes seinuicem homines nequitia flagitiorum suorum, alios rapacitate, alios impuritate certantes, alios uino languidos, alios cruditate distentos; hos fertis redimitos, illos unguentis oblitos; cunctos uario luxus marcere perditos, sed pæne omnes una errorum morte prostratos; non omnes uinolentia temulentos, sed omnes peccatis ebrios: populos putares non sani status, non sui sensus, non animo incolumes, non gradu, quasi in morem Baccharum crapulæ cateruatim inferuentes. Iam uero illud cuiusmodi, aut quam graue, genere quidem dispar, sed iniquitate non dispar: nisi forte in hoc dispar, quia maius: proscriptiones dico orphanorum, uiduarum afflictiones, pauperum cruces; qui ingemiscunt quotidie ad Deum, finem malorum imprecantes, &, quod grauissimum est, interdum uel nimiam amaritudinis etiam aduentum hostium postulant, aliquando a Deo impetrauerunt, ut euerfionem tandem a barbaris in commune tolerarent, quam soli ante a Romanis tolerauerant. Sed esto, hæc omnia prætermittantur: quia & in toto ferme aguntur orbe Romano, & sponendi me de his malis nec pauca dicturum. Quid ergo impudicitia, atque impuritas, de qua loquor, numquid non ad euerfionem Afrorum sola sufficeret? quæ enim fuit pars ciuitatis non plena fordibus? quæ intra urbem platea, aut semita non lupanar? adeo pæne omnia compita, omnes uias aut quasi foueæ libidinum interciderant, aut quasi retia prætexerant; ut etiam qui ab hac re penitus abhorrerent, tamen uitare uix possent. latronum quodam modo excubias uideres, commeantium uiatorum spolia captantes; qui insidiarum frequentium densitate, ita omnes admodum calles, omnes anfractus, ac diuerticula sæpiffent, ut nullus ferme tam cautus esset, qui non in aliquos insidiarum laqueos incurreret, etiam qui se de plurimis expedisset. scetebant, ut ita dixerim, cuncti urbis illius ciues cæno libidinis, spurcum sibimet ipsis muræ impuditiæ nidorem inhalantes. sed horrore eis tamen horrida ista non erant, quia idem omnes horror infecerat. unam enim illis putes fuisse libidinum fornicationumq. sentinam, cœnum quasi ex omni platearum & cloacarum labe collectū. Ecquæ illic spes esse poterat, ubi præter id, quod in domini templo erat, nihil uideri penitus, nisi sordidum, licebat? quamquam quid

quid dicam, in Dei templo? hoc quippe totum ad sacerdotes tantum, & clerum pertinet: quos non discutio, quia domini mei ministerio reuerentiam seruo: & quos ita solos puros arbitror fuisse in altario, sicut pereuntibus Sodomis solum Loth fuisse in monte legimus: Ceterum, quantum ad plebem pertinet, quis in illo numero tam innumero castus fuit? castum dico? quis non fornicarius, non adulter? & hoc sine cessatione, sine termino. rursus clamitem itaque est necesse. Quæ spes in illo populo esse poterat, ubi, cum unus interdum adulter plebem ecclesiasticam polluat, ibi inter tot millia, si diligentissime quæreres, castum uel in ecclesia reperire uix posses? Plus multo dicam. utinam hæc essent sola, quæ diximus:

10 & contenta illic uirorum impuritas fuisset solis sordidarum mulierum fornicationibus inquinari. illud grauius, & scelestius, quod illa, de quibus beatus apostolus Paulus cum summa animi lamentatione conqueritur. in Afris pæne omnia fuerunt; scilicet quia masculi, relicto naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem exercentes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semet ipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deum se habere in notitia, tradidit illos in reprobum sensum, ut facerent quæ non conuenit. Numquid hoc beatus apostolus de barbaris, aut feris gentibus dixit? non utique, sed de nobis, id est specialiter de Romanis: quos quidem Afri, quia nequam olim uincere imperio ac sublimitate ualuerunt, quod potuerunt unum, impuritate uicerunt. Quicumque ergo iure se mihi irasci putat, magis apostolo irascatur, scilicet quia, quod dicimus nos fuisse Afros, hoc ille dixit dominos eorum esse Romanos. Sed forte id uel occultum, quod loquimur, erat; & saltim hoc prouidebant procuratores, ne publicæ passim disciplinæ oculos, ciuitatis scelera propalata polluerent. quod si factum utique fuisset, quamuis multi extitissent opere ipso sordidi, non omnes tamen fuerant uisu atque animo sordidati. & solet res flagitiosa, quando agitur occulte, fidem facinoris non mereri: supra autem omnem monstruosi piaculi execrationem est, scelus summum admittere, & pudorem sceleris non habere. Quid, rogo, fieri illic prodigiosius potuit? in urbe Christiana, in urbe ecclesiastica, quam quondam doctrinis suis apostoli instituerant, quam passionibus suis martyres coronarant, uiri in semet ipsis feminas profitebantur, & hoc sine pudoris umbraculo, sine ullo uerecundiæ amictu: ac, quasi paruulum piaculum esset, si malo illo malorum tantum inquinarentur auctores, per publicam sceleris professionem fiebat etiam scelus integræ ciuitatis. uidebat quippe hæc uniuersa ciuitas, & patiebatur; uidebant iudices, & acquiescebant: populus uidebat, & applaudebat: ac sic, diffuso per totam urbem dedecoris scelerisq. confortio, etsi commune hoc omnibus non faciebant actus, commune omnibus faciebat assensus. Sed finis aliquis forsitan mali, aut emendatio aliqua labis istius fuit. Quis credere, aut audire etiam possit, conuertisse in muliebrem tolerantiam uiros non usum suum tantum, atque naturam, sed etiam uultum, incessum, habitum, & totum quidquid penitus aut in sexu est, aut in usu uiri? adeo uersa in diuersum omnia erant, ut, cum uiris nihil magis pudori esse oporteat, quam si muliebri aliquid habere uideantur, illic nihil uiris quibusdam turpius uideretur, quàm si in aliquo uiri uiderentur. Sed paucorum hoc, inquis, dedecus fuit: & quod non a pluribus perpetratum est, cunctis nocere non potuit. Iam quidem supra dixi sæpissime, in Dei populo etiam unius facinus pestem fuisse multorum: sicut ex furto Achar fugit populus: sicut ex zelo Saulis exorta est pestilentia: sicut ex Dauid numeratione mortalitas. ita est enim Dei ecclesia, quasi oculus. nam ut in oculo etiam si parua sordes incidat, totum lumen obæcat: sic in ecclesiastico corpore etiam si pauci sordida faciant, prope totum ecclesiastici splendoris lumen

Gen. 19

Rom. 1

Iosue 7

1. Reg. 19

2. Reg. 24

Matth. 6

1. Cor. 5

1. Cor. 6

Exo. 3

al. fuere

offuscatur. Et ideo saluator ipse principalem ecclesie partem oculum nominauit, dicens: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. unde & apostolus: Nescitis, inquit, quia modicum fermentum totam massam corrumpit: quamuis ego illic non modicum de hoc malo, sed nimis fuisse dicam: non quia molles plurimi fuerint: sed quia mollities paucorum, labes est plurimorum. nam etsi pauci sunt, qui dedecorosa sustineant: multi tamen sunt, qui paucorum sordibus polluantur. quemadmodum enim una meretrix multos fornicatores facit: sic plurimam populi partem inquinat paucorum effeminatorum abominanda permixtio. et nescio qui eorum ante Deum deteriores sint, cum aequali in scriptis sacris sorte damnentur. Neque molles enim, inquit, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Illud ergo magis ingemiscendum, atque lugendum est, quod tale hoc scelus crimen etiam totius reip. uidebatur: et uniuersa Romani nominis dignitas, facinoris prodigiosi mouebatur infamia. cum enim muliebrem habitum uiri sumerent; & magis muliebrem gradum frangerent, cum indicia quaedam sibi monstruosae impuritatis inuenerent, & femineis tegminum illigamentis capita uelarent, atque hoc publice in ciuitate Romana, urbe illic summa & celeberrima: quid aliud, quam Romani imperii dedecus erat, ut in medio reip. sinu execrandissimum nefas palam liceret admitti? potestas quippe magna, & potentissima, quae inhibere scelus maximam potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. in cuius enim manu est, ut prohibeat; iubet agi, si non prohibet admitti. Iterum, quia dolor exigit, ab iis, qui irascuntur, requiro, in quibus haec barbaris gentibus aut facta sint umquam, aut fieri publica impunitate licuerit. Denique, ne longius de hac re ambigi aut inuestigari necesse sit, ipsos illos Africae uastatores Afrorum populis comparemus. Videamus, quid simile in Vuandalis factum sit. et certe barbari, elatione tumidi, uictoria superbi, deliciarum ac diuitiarum affluentia dissoluti: qui profecto etiam si continentissimi, & castissimi semper fuissent, mutari tamen cum tanta rerum obsecundantium felicitate potuerunt, ingressi scilicet, ut diuinis litteris scriptum est, terram lacte & melle manantem, secundam, opulentissimam, omnium deliciarum copiam quasi ebriam. in qua utique, minime mirum fuerat, si luxuriasset gens barbara; ubi similis quodam modo luxurianti erat ipsa natura. Ingressos haec loca Vuandalos, quis non putet, omni se uitiorum atque impuritarum coeno immerisisse, aut, ut leuissime dicam, saltem illa fecisse, quae ab Afris iugiter facta fuerant, in quorum iura migrarant? & certe ob ea tantum continentissimi ac modestissimi iudicandi erant, quos non fecisset corruptiores ipsa felicitas. quotus enim quisque sapientium est, quem secunda non mutent, cui non crescat cum prosperitate uitiositas? ac per hoc temperatissimos fuisse Vuandalos est certum, si, quales illi fuerant, qui capti, ac subiugati sunt, tales illi fuissent uictores. igitur in tanta affluentia rerum, atque luxuria, nullus eorum mollis effectus est. numquid parum uidetur? certe familiariter etiam hoc nobiles fecere Romani. Sed quid adhuc addo? in illis nullus, uel qui Romanorum illic mollium pollueretur incestu. certe hoc apud Romanos iam pridem tale existimatum est, ut uirtus potius putaretur esse, quam uitium; & illi se magis uiriliter fortitudinis esse crederent, qui maxime uiros feminei usus probrositate fregissent. unde etiam illud fuit, quod, laxis puerorum quondam exercitus prosequentibus, haec quasi bene meritis expeditionibus stipendia laboris decernebantur; ut, quia uiri fortes essent, uiros in mulieres demutarent. pro nefas, & hoc Romani: plus addo, & hoc Romani non huius temporis, attamen, ne ueteres accusemus, Romani, sed non antiqui, iam scilicet corrupti,

corrupti, iam dissoluti, iam sibi & suis dispares; & Graecis quam Romanis similiores: ut, quod saepe iam diximus, minime mirum sit, si Romana resp. aliquando patitur, quod iam diu meretur. Haec ergo impuritas in Romanis & ante Christi euangelium esse coepit, & quod est grauius, nec post euangelia cessauit. Ecquis post haec non admiretur populos Vuandalorum, qui ingressi urbem opulentissimam, ubi haec omnia passim agebantur, ita delicias corruptorum hominum adepti sunt, quo corruptelas morum repudiarent, & usum bonarum rerum possiderent, malorum inquinamenta uitantes? Sufficere igitur ad laudem eorum haec possunt talia; etiam si alia non dicam: abominati enim sunt uirorum impuritates. plus adhuc addo: abominati etiam feminarum: horruerunt lustra, ac lupanaria: horruerunt concubitus, contactusque meretricum. Numquid hoc credibile illis uideri potest, Romanos haec admisisse, barbaros horruisse? aut numquid est post ista, quae diximus, quod dici posse uideatur? sed est tamen, & multo plus est. Nam, quod uitasse eos res foedas diximus, minus est. potest enim quis inhonesta horrere, non tollere. illud magni, & singularis est meriti, non solum ipsum labe non pollui, sed prouidere etiam ne umquam alii polluantur. procurator enim est quodam modo salutis humanae, qui non tantum id agit, ut ipse bonus sit, sed efficere hoc nititur, ut alii mali esse desistant. grande est profecto, quod dicimus, grande, ac supereminens. Quis credat Vuandalos in ciuitatibus Romanis ista fecisse? remota quippe est ab illis omnis carnis impuritas. at quo modo remota? non sicut remoueri aliqua a Romanis solet, qui statuunt non adulterandum, & primi adulterant: statuunt non furandum, & furantur: quamuis pane non possim dicere, quod furantur: non enim sunt, quae agunt, furta, sed latrocinia. punit enim iudex in alio peculatum, cum sit ipse peculator: punit rapinam, cum ipse sit raptor: punit ficiarium, cum ipse sit gladiator: punit effractores claustrorum, & hostiorum, cum ipse sit euerfor urbium: punit expoliatores domorum, cum ipse sit expoliator ciuitatum, atque prouinciarum. atque utinam illi tantum, qui in potestate sunt positi, & quibus ius exercendorum latrociniorum honor ipse largitur. illud grauius, ac magis intolerabile, quod hoc faciunt & priuati, iisdem ante honoribus functi. tantum eis adeptus semel honor dat beneficii, ut semper habeant ius latrocinandi. adeo, etiam cum destiterint ad ministrandum potestatem habere publicam, non desinunt tamen ad latrocinandum potestatem habere priuatam. ac sic leuior est potestas illa, quam habuerunt iudices, quam haec, quam priuati habent. in illa enim saepe eis succeditur, in hac numquam. Ecce, quid ualeant statuta legum: ecce, quid proficit definitio sanctionum, quae illi spernunt maxime, qui ministrant. Sane ad parendum humiles, abiectique coguntur: compelluntur iussis obtemperare pauperculi; & nisi obtemperauerint, puniuntur. eandem enim rationem habent in hac re, quam in tributis. soli iussis publicis seruiunt, sicut soli tributa soluunt: ac sic in ipsis legibus, & in ipsa iusta rerum praecipione maximum iniustitiae scelus agitur: cum ea minores quasi sacra obseruare coguntur, quae in maiores iugiter quasi nulla conculcant. Excessi paulisper coeptum sermonis ordinem, rerum indignitate compulsus: nunc ad superiora redeamus. Diximus quippe, plebas fuisse impuritatibus monstruosis Africae ciuitates, & praecipue illic reginam, & quasi dominam, Vuandalos autem iis omnibus non fuisse pollutos. Non tales ergo isti, de quibus loquimur, barbari ad emendandam nostrarum turpitudinum labem extiterunt: abstulerunt enim de omni Africa fordes uirorum mollium, contagiones etiam horruere meretricum; nec horruerunt tantum, aut temporarie submouerunt, sed penitus iam non esse fecerunt. O pie domine, o saluator bone, quantum efficiunt per te studia disciplinae, per quae mutari possunt uitia disciplinae;

sicut ab illis scilicet immutata sunt: at quo modo immutata? interest enim, non solum effectus rerum, sed etiam effectuum causas dicere. difficile est quippe, impudicitiam uerbo, aut iussione tolli, nisi fuerit ablata: & difficile est, pudicitiam uerbo exigi, nisi fuerit exacta. quod isti utique scientes sic impudicitiam summouerunt, quod impudicas conseruauerunt, non interficientes mulierculas infelices; ne uitiorum curam crudelitate respergerent, & dum peccata auferre cuperent, ipsi in peccatorum refecatione peccarent. sed ita errantes emendauerunt, ut factum eorum medicina esset, poena non esset: iusserunt siquidem, & compulerunt omnes ad maritalem torum transire meretrices: scorta in connubia uertunt, implentes scilicet apostoli dictum atque mandatum: Et ut unaquaque mulier uirum habeat suum, & unusquisque uir coniugem suam; ut, quia cohiberi incontinentia sine hac carnalis usus permixtione non posset, ita legitimum usum calor corporalis acciperet, ut peccatum incontinentia non haberet. In quo quidem non id tantummodo prouisum est, ut uiros feminae haberent, quae sine uiris esse non possent; sed etiam ut per conseruatores domesticos saluae essent, quae se ipsas seruare nescirent; & adherentes iugiter tabernaculo maritali, etiam si ad improbum eas facitus consuetudo antea impuritatis illiceret, coniugalis tamen custodia ab improbitate prohiberet. Addiderunt quoque ad libidinem comprimendam seueras pudicitiae sanctiones decretorum, gladio impudicitiam coercentes; ut puritatem scilicet utriusque sexus & domi connubii seruaret affectus, & in publico metus legum; ac sic duplici praesidio castimonia niteretur, cum & intus esset, quod amaretur, & foris, quod timeretur. Leges autem illorum nequaquam illis sunt legibus consentaneae: quae ita partem improbitatis remouent, ut partem obscenitatis admittant, ut Romana illa decreta, quae scortatores quidem ab alienis uxoribus remouerunt, ad omnes autem solitarias passim admiserunt, adulteria uetantes, lupanaria aedificantes. timuerunt uidelicet, ne nimis casti homines ac puri essent, si ab omni eos penitus impuritate prohiberent. At non ita isti de quibus loquimur: qui sic inhiuerunt scorta, ut adulteria: qui & feminas nullis uoluerunt esse feminas, nisi maritis suis, & uiros nullis uoluerunt mulieribus esse masculos, nisi uxoribus suis: qui euagari obscenas libidines extra legitimum torum non sinunt, leges suas scilicet ad diuinam legis regulam dirigentes, ut nihil sibi in hac re crederent licere, quod Deus uoluit non licere. et ideo non putauerunt a se ulli homini permittendum, nisi quod fuisset omnibus a diuinitate permissum. Scio, quam intolerabilia quibusdam uideantur ista, quae diximus: sed ratione rerum agendum est, non libidine. Volo tantum dicat mihi, quisquis ille est, qui indignatur me ista dicere; numquid non sapientissimus omnium Socrates semper existimatus est, testimonio scilicet Delphici daemone, qui quasi princeps philosophorum, sicut ille daemiorum, erat. uideamus ergo, quas Socrates de pudicitia leges sanxerit, & quas illi, de quibus loquimur. Vxorem, inquit Socrates, propriam nullus habeat. matrimonia enim cunctis debent esse communia: sic namque maior erit concordia ciuitatum, si omnes uiri feminis sine discretionem omnibus miscantur, & omnes se scilicet feminae omnibus uiris sine distinctione substernant: ac sic fiant omnes uiri omnium mulierum mariti, omnes feminae uirorum omnium uxores. Numquid ullum unquam aut freneticum, aut daemiacum uaria insaniarum labe furiosum, tale aliquid locutum esse agnouimus? Tu dicis, maxime philosophorum, hac ratione omnes uiros esse feminarum omnium maritos, & omnes feminas uirorum omnium uxores, & paruulos omnes omnium filios. at ego hac ratione dico, neque ullum uirum ullius feminae maritum, neque ullam mulierem ullius masculi uxorem, neque ullum pignus ullius parentis filium. ubi enim promiscua

1. Cor. 7

10

20

30

40

miscua omnia, & confusa sunt, nemo est, qui suum possit aliquid uindicare. Nec sufficit sapientissimo, ut quidam aiunt, philosopho docere hoc, nisi ipse fecisset: uxorem enim suam alteri uiro tradidit, scilicet sicut etiam Romanus Cato, id est, alius Italiae Socrates. Ecce, quae sunt & Romanae, & Atricae sapientiae exempla: omnes penitus maritos, quantum in ipsis fuit, lenones uxoribus suarum esse fecerunt. sed uicit tamen Socrates, qui de hac re & libros condidit, & memoriae hanc pudenda mandauit. plus habet, unde gloriari praecipis suis possit. quantum ad doctrinam suam pertinet, lupanaria fecit e mundo. Iniuste damnatus dicitur a iudicibus: & uerum est. rectius enim hanc eum talia praedicantem genus damnet humanum, sicut absque dubio damnauit. nam cum in hac re doctrinam eius omnes repudiauerint, omnes eam non solum sententiae auctoritate, sed, quod multo maius est, uitae electione damnauerunt: & recte. conferantur enim cum iis, quae ille constituit, illa, quae stauerunt illi, quos dominari Africae Deus iussit. statuit ille, ut nullus penitus haberet uxorem suam; isti, ut nullus penitus non suam: ille, ut omnis femina uiris omnibus subiaceret; isti, ut nulla femina alium, quam suum uirum, nosceret: ille generationem mixtam, atque confusam, isti puram & ordinatam: ille omnes domos scortari uoluit, isti nullam: ille in cunctis habitaculis lupanaria est conatus aedificare, isti etiam e ciuitatibus sustulerunt: ille prostare uoluit omnes uirgines; isti castas fecere meretrices. atque utinam hic Socratis tantum error fuisset, non & complurium Romanorum, ac paene omnium: qui etsi nequaquam Socratis uitam in ceteris, in hac re tamen Socratica instituta sectantur: quia & complures uiri uxores plurimas singuli, & innumeram mulieres uiros complures singulae habent: omnes denique ciuitates numquid non lustris plenae sunt, ac lupanariibus foetent? ecquid dixi, omnes? certe nobilissima quaeque, ac sublimissima adeo dignitate: quae etiam praerogatiua est honorum in magnis urbibus: ut, quantum praecellunt ceteris magnitudine, tantum praestent impuritate. Ecquae esse, rogo, Romano statui spes potest, quando castiores, ac puriores sunt barbari, quam Romani? Parum esse, quod dicimus. Quae nobis, rogo, ante Deum aut uitae esse, aut ueniam spes potest, quando castitatem in barbaris cernimus, & nos sic casti sumus? Erubescamus, quae, & confundamur. iam apud Gothos impudici non sunt, nisi Romani: iam apud Vuandalos nec Romani. tantum apud illos profecit studium castimoniae, tantum seueritas disciplinae; non solum quod ipsi casti sint; sed, ut rem dicamus nouam, rem incredibilem, rem paene etiam inauditam, castos etiam Romanos esse fecerunt. Si infirmitas id humana pateretur, exclamare super uires meas cuperem, ut toto orbe resonarem. Pudeat uos Romani ubique populi, pudeat uitae uestra: nullae paene urbes lustris, nullae omnino impuritibus uacant, nisi illae tantum, in quibus barbari esse coeperunt. Et miramur, si miseri, qui tam impuri sumus: miramur, si ab hoste uiribus uincimur, qui honestate superamur: miramur, si bona nostra possident, qui mala nostra execrantur. nec illos naturale robur corporum facit uincere, nec nos naturae infirmitas uincit. nemo sibi aliud persuadeat: nemo aliud arbitretur: sola nos morum nostrorum uitia uicerunt.

G 3 Saluiani,

SALVIANI, MASSILIENSIS EPISCOPI,
DE VERO IUDICIO, ET PROVIDENTIA
DEI, LIBER OCTAVVS.

ARBITROR, immo certus sum, fastidiosam plurimis styli huius prolixitatem fore, maxime quia morum nostrorum vitia castigat. omnes enim admodum se laudari uolunt: nulli grata reprehensio est: immo, quod peius multo est, quamlibet malus, quamlibet perditus mauult mendaciter prædicari, quam iure reprehendi, & falsarum laudum irrisionibus decipi, quam saluberrima admonitione seruari. Et cum hæc ita sint, quid agendum est? numquid uoluntati improborum hominū inseruiendum? aut, si sibi illi etiam friuolas laudes deferri uolunt, decet nos friuola atque irridenda deferre? maxime cum a fidelibus uiris nec illi quidem irrideri debeant, qui se rideri uolunt: sicut ne illi quidem mendaciter prædicari, qui se cupiunt titulo etiam falsæ laudis ornari: quia non tam illud, quod unusquisque eorum cupiat audire, quam quod nos dicere deceat, considerandum est: præcipue cum propheta dicat: Væ illis, qui dicunt, dulce amarum, aut amarum dulce. Ac per hoc modis omnibus tenenda ueritas: ut, quod in re est, hoc & in uerbis sit; quæ in se dulcedinem habent, dulcia, quæ amaritudinem, amara dicantur: præsertim nunc in negotio sacro, ubi a plurimis nostræ iniquitates Deo adcescentur: & ne accusabiles ipsi esse uideantur, Deum accusare præsumunt. cum enim eum incuriosum, & negligentem, resq. humanas aut non ex iudicio gubernare, aut etiam nec gubernare blasphement: quid aliud utique Deum, quam inertiam, & abusiois, & iniquitatis, accusant? O humanæ insipientiæ cæcitatem: o insanæ temeritatis furorem. Deum ergo, o homo, incuriosum, ac negligentem uocas. si quemlibet ingenuorū hominum hac contumelia læderes, iniuriarum insolentium reus esses: certe, si illustriorem quæpiam, aut sublimiorem, etiã censuram iuris publici sustineres. pupillis enim uel maxime prodigis hæc obiiciuntur opprobria: perditorum hoc adolescentium speciale cõuicium est: ut abusores scilicet, & incuriosi, ac negligentes rerum suarum esse dicantur. O sacrilegæ uoces; o profanæ procacitates. Deum ergo hoc esse dicimus, quod etiam inter homines non nisi perditissimos nuncupamus. quamuis non sola ista dicantur. nota quippe ei, ut ante iam dixi, etiam iniquitatis impingitur. si enim nos, quæ patimur, non meremur, & indigni miseriarum præsentium tolerantia sumus: iniustum utique Deum dicimus, qui nos iubeat mala indigna tolerare. Sed non tam, inquis, iubet, quam permittit. Acquiescamus hoc ita esse: sed quam longe, quæso, est a iubente permittens? qui enim finit nos ista perferre, & prohibere potest ne perferamus; probat absque dubio debere perferre, & quæcumque patimur, sustinere. unde uidemus, quia iudicii est, sed iusta permissio, & sententia superna quod patimur. cum enim sint omnia ditionis sacræ, & nutu Dei cuncta moderentur: quidquid malorum quotidie pœnarumq. perferimus, censura est diuinæ manus: quam utique censuram nos inardescere facimus, & peccatis nostris iugiter cõmouemus. nos cælestis iræ ignem accendimus, & excitamus incendia, quibus ardeamus: ut recte utique, quoties mala ista perferimus, etiam ad nos dici illud propheticum possit: *Ite in flammam ignis, quam accendistis. Ac per hoc iuxta sententiam sacram; Ipse sibi parat peccator quisque, quod patitur. Nihil est itaque, quod de calamitatibus nostris Deo imputare possimus. Nos calamitatum nostrarum auctores sumus. Deus enim pius est, & misericors, & qui, ut scriptum est, neminem uelit perire, uel lædere. Nos ergo aduersum*

Esa. 5

Esa. 50
Psal. 7

1. Tim. 2

uersum nos omnia facimus. nihil itaque, nihil est in nobis crudelius nobis. nos, inquam, nos etiam Deo nolente cruciamus. Sed uidelicet aduersum me ipsum dicere arbitror; qui cum superius dixerim, ob peccata nostra nos puniri a Deo, nunc dicam nos puniri a nobis ipsis. Vtrumque uerū est. a Deo quippe punimur: sed ipsi facimus, ut puniamur. cum autem punire nos ipsi facimus; cui dubium est, quin ipsi nos nostris criminibus puniamus? quia quicūque dat causam, qua puniatur, ipse se punit, secundum illud: Funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur. Ergo si funibus peccatorum suorum peruersi homines alligantur; ipse se absque dubio alligat peccator quisque, cum peccat. Sed quia de impuritate Afrorum iam multa diximus, nunc de blasphemis saltē pauca dicamus. Professæ enim illic iugiter plurimorum paganitas fuit. habebant quippe intra muros patrios intestinum scelus. Cælestem illum scilicet, Afrorum dæmonem dico, cui ideo, ut reor, ueteres pagani tam speciosæ appellationis titulum dederunt, ut, quia in eo non erat numen, uel nomē aliquod esset; & quia non habebat aliquam ex potestate uirtutem, haberet saltem ex uocabulo dignitatem. Quis ergo illi idolo non initiatus? quis non a stirpe ipsa, forsitan etiam a natiuitate, deoatus? nec loquor de hominibus sicut uita, ita etiam professione ac uocabulo paganis, & qui sicut profani erant errore, sic nomine. tolerabilior quippe est, & minus nefaria gentilitas in hominibus professionis suæ: illud perniciosius, ac scelestius, quod multi eorum, qui professionem Christo dicauerant, mente idolis seruiabant. Quis enim non eorum, qui Christiani appellantur, Cælestem illum aut post Christum adorauit, aut, quod est peius, multo ante, quā Christum? quis non, dæmoniacorum sacrificiorum nidore plenus, diuinæ domus limen intrauit, & cum factione ipsorum dæmonum Christi altare conscendit? ut non tam immanis criminis fuisset, ad templum domini non uenire, quam sic uenire: quia Christianus, qui ad ecclesiam non uenit, negligentis reus est: qui autem sic uenit, sacrilegii. minoris enim piaculi res est, si honor Deo non deferatur, quam si irrogetur iniuria. ac per hoc quicumque ista fecerunt, non dederunt honorem Deo, sed detrogarunt. nam etiam ipsam quodam modo ecclesiæ salutationem idolo præstiterunt: quia secundum loci officiositas honori illius proficit, cui principalia deferuntur. Ecce, quæ Afrorum & maxime nobilissimorum fides, quæ religio, quæ Christianitas fuit. dicebantur Christiani ad contumeliam Christi: cum apostolus declamet: Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ domini participare, & mensæ dæmoniorum. Illis hoc satis non erat, ut cum calice Dei calicem biberent dæmoniorum, nisi illum etiam prætulissent: nec sufficiebat, ut mensam dæmonum mensæ dominicæ compararent, nisi post superstitionum nefarium cultum ad Dei templa uenientes sacrosanctis Christi altaribus, ductu ipsius diabolici spiritus, spurcissimum nidore inhalassent. At, inquis, non omnes ista faciebant, sed potentissimi quique, ac sublimissimi. Acquiescamus hoc ita esse. sed, cum ditissimæ quæque ac potentissimæ domus turbam faciant ciuitatis, uides perpaucorum potentium sacrilega superstitione urbem cunctam fuisse pollutam. Nemini autem dubium est, omnes dominorum familias aut similes esse dominis, aut deteriores: quamuis hoc usitatus, ut deteriores. ac per hoc, cum etiam domini boni seruos uel maxime malos habeant; promptum est intelligere, quales illic familiæ omnes fuerint, cum seruales animos iam per se malos etiam dominorum faceret nequitia peiores. Esto, ergo illa, quæ diximus, ad potentissimos quosque ac nobilissimos pertinuerunt: numquid illa leuiora, quæ nobilibus ignobilibusq. communia? odia scilicet, atque execrationes sanctorum omnium dico. sacrilegii quippe genus est, Dei odisse cultores. sicut enim, si seruos

Psal. 11

1. Cor. 10

feruos nostros quispiam cædat, nos in seruatorum nostrorum cædit iniuria: & si a quoquam filius uerberetur alienus, in supplicio filii pietas paterna torquetur: ita & cum seruus Dei a quoquam læditur, maiestas diuina uiolatur, dicente id ipsum ad apostolos suos domino: Qui uos recipit, me recipit: & qui uos spernit, me spernit. Benignissimus, ac piissimus dominus communem sibi cum seruis suis & honorem simul, & contumeliam facit. ne quis, cum læderet Dei seruum, hominem tantum a se lædi arbitraretur: cum absque dubio iniuriis seruatorum dominicorum Dei admiscetur iniuria, testante id suis Deo affectu indulgentissimo in hunc modum: Quoniam qui uos tangit, quasi qui tangit pupillam oculi mei. Ad exprimendam teneritudinem pietatis suæ, tenerimam partem humani torporis nominauit; ut apertissime intelligeremus, cum tam parua sanctorum suorum contumelia lædi, quam parui uerberis tactu humani uisus acies læderetur. Insectabantur itaque Afri, atque oderant seruos Dei, & in iis Deum. Sed quæritur forsitan, quibus modis probetur odium illorum. Scilicet, quibus etiam Iudæorum odia comprobantur in Christum, cum dicebant ad eum: Samaritanus es, & dæmonium habes: cum irridebant, cum maledicebant, cum insufflabant in faciem eius, & ferebant dentibus super caput eius. unde etiam in psalmis dicit saluator ipse, qui pertulit: Omnes, qui concupiscebant, aspernabantur me, & locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Et alibi: Tentauerunt, inquit, me, & deriserunt derisu, fuderunt in me dentibus suis. Ita igitur & in monachis, id est sanctis Dei, Afrorum probatur odium: quia irridebant scilicet, quia maledicebant, quia insectabantur, quia detestabantur, quia omnia in illos pæne fecerunt, quæ in saluatorem nostrum Iudæorum impietas fecit, antea quam ad effusionem ipsam diuini sanguinis perueniret. Sed isti, inquis, sanctos non occiderunt, sicut Iudæos fecisse legimus. An occiderint, nescio, non affirmo: sed tamen magna defensio, si hoc tantum in eis de paganorum non fuit persecutione, quod habet persecutio ipsa postremum. putemus ergo occisos illic non esse sanctos: sed quid faciemus, quod non sunt longe ab occidentibus, qui animo occisionis oderunt? præsertim cum dominus ipse dicat: Qui odit fratrem suum sine causa, homicida est. quamuis non sine causa persecuti sunt seruos Dei. nam quis dicere possit, quod sine causa, homines scilicet omnibus a se uitæ, ac morum studiis discrepantes, in quibus nihil uidebant suum, quoniam Dei torum. Maxima enim causa est discordiarum diuersitas uoluntatum: quia fieri aut omnino non potest, aut uix potest, ut eam rem in alio quisquam diligit, a qua ipse dissentit. itaque eos non sine causa, ut dixi, oderunt, in quibus omnia sibi æmula, atque inimica cernebant. illi enim uiuebant iugiter in nequitia, isti in innocentia: illi in libidine, isti in castitate: illi in lustris, isti in monasteriis: illi prope iugiter cum diabolo, isti sine cessatione cum Christo. Non sine causa itaque istud fuit, quod intra Africæ ciuitates, & maxime intra Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & recisis comarum fluentium iubis ad cutem tonsum uidere tam infelix ille populus, quam infidelis, sine conuicio, atque execratione uix poterat. et si quando aliquis Dei seruus aut de Aegyptiorum cœnobiis, aut de sacris Hierosolymorum locis, aut de sanctis eremi uenerandisq. secretis ad urbem illam officio diuini operis accessit; simul ut in populo apparuit, contumelias, sacrilegia, & maledictiones excepit: nec solum hoc, sed improbissimis flagitiosorum hominum cachinnis, & detestantibus ridentium sibilis, quasi taureis cædebatur: uere ut, si quis ea incius rerum fieri uideret, non aliquem hominem ludificari, sed nouum inauditumq. monstrum abigi, atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum, & præcipue Carthaginensium fidem: totas quondam apostolis paganas urbes licuit intrare: & minus primum eorum aduen-

aduentum, atque conspectum feri illi, ac barbari sacrilegorum coitus detestabantur. Sanctum electionis uas Paulum apostolum de unius Dei cultu ac maiestate dicentem superstitiosissimus licet Atheniensium populus patienter audiuit; Lycaonii autem intantum etiam admirati sunt, ut, cum apostolis diuinas uirtutes inesse cernerent, esse eos homines non putauerint. intra Carthaginem uero apparere in plateis, & compitis Dei seruos sine contumelia, atque execratione uix licuit. Persecutionem hoc quidem fuisse non putant, quia non & occisi sunt. Latrones hoc quidem pro uerbo uti solent, ut, quibus non auferant uitam, dedisse se dicant. sed in urbe illa non tam hominum fuerunt hæc beneficia, quam legum. interfici enim indemnatum quemcumque hominem, etiam duodecim tabularum decreta uetuerunt. ex quo agnoscitur, quod magna illic prærogatiua dominicæ religionis fuit: ubi ideo tantum seruis Dei licuit euadere, quia a pagano iure defensi sunt, ne Christianorum manibus trucidarentur. Et miramur, si nunc barbaros illi perferunt; cum uideamus, quod sancti uiri in illis barbaros pertulerunt. iustus ergo est dominus, & iustum iudicium suum. Quæ enim, ut scriptum est, seminarent, hæc & metunt: ut uere uideatur de improbitate illius gentis dixisse dominus: Reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia, quæ fecit, facite illi: quia contra dominum erecta est. Miremur itaque, aut indignemur, quod aliquando aliqua nunc illi ab hominibus mala perferant. multo illa maiora sunt, quæ ipsi in Deum ante fecerunt; si iuxta personarum diuersitatem æstimentur, quæ patiantur, & quæ fecerunt.

Finis librorum octo Saluiani de uero iudicio, & prouidentia Dei.

SEQVNTVR HOMILIAE DIVI MAXIMI,
episcopi Taurinensis, de quo sic Gennadius in Catalogo
illustrum virorum.

A XIMVS, Taurinensis ecclesiae episcopus, uir in diuinis
M scripturis satis intentus, & ad docendam ex tempore plebem
sufficiens, composuit in laudem apostolorum tractatus, & in
Ioannis Baptistae, & generalem omnium martyrum homiliam. sed &
de capitulis euangeliorum, & actuum apostolorum multa sapienter ex-
posuit. fecit & duos de sancti Eusebii, Vercellensis episcopi, & confes-
soris, uita tractatus; & de S. Cypriani speciale. de baptismi gratia librum
edidit. scripsit de auaritia, de hospitalitate, de defectu lunae, de elec-
mosynis; de eo, quod scriptum est in Esaia, Caupones tui miscent uino
aquam; de passione domini, de ieiunio seruorum Dei generali, de ieiu-
nio speciali quadragesimae, & quod non sit in eo iocandum; de Iuda tra-
ditore, de cruce domini, de sepulcro eius, de resurrectione ipsius, de
accusato & damnato domino apud Pilatum, de calendis Ianuariis. scri-
psit etiam homilias & de natali domini, homilias de Theophania, &
de Pascha, & de Pentecoste multas, de hostibus carnalibus non timen-
dis, de gratiis post cibum Deo agendis, de penitentia Niniuitarum. &
multas alias eius homilias de diuersis legi, quae nec retineo. Moritur
Honorio & Theodosio iuniore regnantibus, anno ab orbe redempto
CCCCXX.

Index homiliarum diui Maximi, Taurinensis episcopi,
partis hiemalis de tempore.

- | | |
|---|---|
| <i>De aduentu domini.</i> | <i>In hac dilectissimi celebritate.</i> |
| <i>Mouet fortasse uos fratres.</i> | <i>Audistis fratres lectionem euangelii.</i> |
| <i>Superiore dominica.</i> | <i>Quamuis dilectissimi fratres Christus.</i> |
| <i>In uigilijs natalis domini.</i> | <i>Sicut prophetarum praeceps Esaias.</i> |
| <i>Laetitia quanta sit.</i> | <i>Salutare nobis est fratres.</i> |
| <i>In natali domini.</i> | <i>Complura nobis fratres.</i> |
| <i>Hodie fratres carissimi.</i> | <i>Licet fratres dilectissimi.</i> |
| <i>Iustissime fratres.</i> | <i>Redemptionis nostrae auctor aeternus.</i> |
| <i>In aduentu dominico, fratres carissimi, solutus est.</i> | <i>In die Cinerum.</i> |
| <i>Hodierni mysterij sacramentum.</i> | <i>Quia nonnullorum est consuetudo.</i> |
| <i>Inuestigabiles humanis sensibus.</i> | <i>De ieiunio quadragesimae.</i> |
| <i>In aduentu dominico, fratres carissimi, cuius ho-</i> | <i>Audistis carissimi, sicut euangelica tuba.</i> |
| <i>norem.</i> | <i>Consuetus iste mirabilis.</i> |
| <i>In circumcisione domini, siue de calendis</i> | <i>Aduertite fratres carissimi.</i> |
| <i>Ianuarij increpatio.</i> | <i>Peccatum a domino nostro.</i> |
| <i>Quamquam non dubitem.</i> | <i>Dominica in ramis palmarum, in illud psalmi,</i> |
| <i>In Theophania domini.</i> | <i>Deus deus meus respice in me.</i> |

Psalmi uicesimi primi.
De accusatione domini apud Pilatum.
Mirum forsitan uideatur.
Ante dies profecuti sumus.
De Iuda traditore.
Retinet dilectio uestra nos hoc.
De passione & cruce & sepultura domini.
Sæculi ferunt fabulæ Vlyssæ.
Diximus hesternæ die.
Fortasse quis dicat de prioris dominicæ.
Hæret adhuc sensibus uestris.
De sancto Latrone, Petro apostolo, & ancilla ostiaria.
Quoniam hesternæ die de latrone.
Meminit fratres uestra dilectio.
Diximus fratres, quod ad similitudinem Eua.
Adstruximus superiore dominicæ.

Index partis æstiuæ de tempore.

In sollempnitate paschali.
Beneficia Dei nostri cum magna.
Non immerito fratres hodierna die.
Exultandum nobis est fratres.
Magnum fratres & mirabile donum.
Retinet sanctitas uestra fratres.
In lataniis ac Ninivitarum ieiunijs.
Legimus in prophetis cum Ninive.
In sollempnitate pentecostes.
Nosse credo uos fratres, quæ sit ratio.
Non incommode ante dies complures.
Scire debet sanctitas uestra.

*Index homiliarum hiemalium, ac æstiuæ -
 lium de sanctis.*

In natali diui Stephani.
Lectio actuum apostolorum quæ.
In natali diuæ Agnetis.
Cum in toto mundo uirginis flos.
In natiuitate diui Ioannis Baptiste.
Sollempnitatem nobis diuersorum martyrum.
Cunctorum quidem prophetarum.
Festiuatatem presentis diei.
In natali sanctorum Petri & Pauli apostolorum.

Gloriossimos Christianæ fidei principes.
Apostolici natalis gaudio.
Beatissimorum apostolorum Petri ac Pauli.
Beatissimorum apostolorum passio.
Cum omnes beatissimi apostoli.
In natali diui Laurentij martyris.
Sanctum est fratres, ac Deo placitum.
Sicut patrum nostrorum fratres carissimi.
Beatissimi Laurentij fratres carissimi.
In natali diui Eusebij, Vercellensis episcopi.
Sanctorum patrum memorias.
Ad sancti ac beatissimi istius patris.
In natali diui Cypriani, episcopi, & martyris.
Sancti Cypriani festiuitatem.
In martyrio beatissimi Cypriani.
In ferijs diui Michaelis.
Si diligenter auditis euangelicam lectionem.
In natali sanctorum Tauricorum martyrum.
Cum omnium sanctorum martyrum.
In communi martyrum.
Sufficere nobis deberent.

Index homiliarum de diuersis.

De expositione symboli.
Cum apud patres nostros.
De non metuendis carnalibus hostibus, & gratijs post cibum agendis.
Frequenter admonui uos fratres.
Satis abundeque dixisse me credo.
De auaritia uitanda.
Legimus in libro qui apostolorum actibus adscribitur.
Retinet dilectio uestra fratres.
De eleemosynis largiendis.
Dicit scriptura diuina.
Retinet dilectio uestra.
De hospitalitate.
Aduertit sanctitas uestra.
De defectu lunæ.
Et ipsi uidetis fratres, quod mea non cessat humilitas.
Super illud Esaiæ: Caupones tui miscent aquam uino.
Non incommode ante dies paucos profecuti sumus functionem hanc sacerdotalem.

HOMILIAE

HOMILIAE DIUI MAXIMI,
 EPISCOPI TAVRINENSIS, DE TEMPORE
 H I E M A L E S.

IN ADVENTV DOMINI, DE EO QVOD

scriptum est: Sicut fulgur coruscans de cælo, ita
 10 erit aduentus filii hominis: & de duobus
 in lecto uno.

Homilia prima.



20

MOVET fortasse uos fratres, cur dominus, aduentum suum indicans, noctis se tempore ostenderit aduenturum; cum utique eius aduentus magna cum claritate diei, magno cum nitore & timore: sciipi deberet a cunctis. Frequenter namque audiui-
 20 mus sacris litteris prædicatum, priusquam dominus Christus adueniat, antichristum regnaturum; qui ita tenebras humano generi suæ prauitatis infundet, ut lucem ueritatis nemo pæne respiciat; & caligine propria operiens mentes hominum, cæcitate[m] quandã spiritualibus oculis exhibebit. nec mirum, si diabolus emittat iniquitatis tenebras, cum ipse nox sit omnium peccatorum. Ad huius igitur tætram caliginem depellendam uelut fulgur quoddam Christus adueniet. et sicut lucescente die nox subuertitur: ita, coruscante saluatore,
 30 antichristus effugatur: nec ulterius poterit diffeminare iniquitatis suæ tenebras, cum lumen ueritatis effulserit. Quod autem ait: Illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur, & unus relinquetur: Hic iam resurrectionis meritum demonstratur, quod pro qualitate uiuendi fit gratia resurgendi; ac tantam in singulis quibusque resurrectionis esse distantiam, ut, duobus etiam pariter dormientibus, & una sede quiescentibus, æqualis non possit esse assumptio. quamuis enim eodem confortii lectulo teneantur: pro meritis tamen alter eorum rapietur ad cælum, alter relinquetur in terris. lectus enim quidam noster communis est terræ huius amplissimū solū, in quo corpora nostra deposita tutissima sede requiescunt. in hoc autem lectulo ille mollius dormit, quisquis durius in uita se gesserit. possumus enim
 40 ipsa mēbra nostra lectulos nostros proprios nuncupare, in quibus animæ nostræ, ueluti in quodam stratu, suauissime demorantur. quod quidem sanctum propheta tam sensisse arbitror, cum dicit: Vniuersum stratū eius uersasti in infirmitate eius. Beatus enim est ille, cuius stratum dominus in ipsius infirmitate cōuertit; ut qui fuerat paulo ante iracundus, adulter, & petulans, & cunctorum scelerum infirmitatibus plenus, assuetum corpus eius malo uersans dominus, fiat castus, humilis, & modestus. de quo stratu spiritualiter ad paralyticum dictum est a domino: Surge, tolle lectum tuum, & ambula. Non enim tam in eo admirationis aliquid erat, ut confracti lectuli ligneam cratem portaret paralyticus, quam ut resoluti corporis membra, & debilitate confracti, uelut animæ suæ necessarium lectulum paralyticus

H ticus

ticus ipse gestaret; & coram positis Iudæis propriis abiret pedibus, qui manibus allatus fuerat alienis: In hoc plâne, sicut dixi, completa est prophetica illa sententia: Verfacti stratum eius in infirmitate eius: ut uersa uice portaret lectum, in quo fuerat paulo ante portatus, & anima illius, quæ prius uasculo corporis ferebatur, postea corpus suum ipsa utilius circumferret. Potest etiã accipi, quod ait: Erunt duo in lecto uno, unus assumetur, & unus relinquetur, Christianorum plebs, & populus Iudæorum, qui uelut uno lectulo, hoc est, una mandatorum lege tenentur, & uelut simili resurrectionis specie gloriantur. Tunc igitur Christianorũ beatus populus assumetur in gloriam: Iudæorum autem execrabilis conuentus relinquetur in terra.

al. spe

10

Homilia secunda de eodem aduentu.

Vperiore dominica capitulum euangelicum diferentes partem quandam ex illo perstrinximus: superest, ut sequentia decurramus. descripsimus enim, quid esset, quod dominus ait: In illa nocte erunt duo in lecto uno, & reliqua. Nunc ergo uideamus, quod reliquum est. Dicit enim eadem diuina sententia: Erunt duæ molentes in pistrino: una assumetur, & una relinquetur. *Matth. 24* *Lucæ 17* Primum igitur considerandum est, quo modo constet molentis officium: deinde quæ sint duæ, quæ molere dicuntur: tertio, quid pistrinum sit, quidue molitionis effectus. Nulli dubium est, quod molere aliter non constat, nisi duobus lapidibus apparatis, & conuenientibus sibi, ut alteri ex his magnitudo alterius imponatur: & illum quidem lapidem, qui prior solo sternitur, esse pigrum, & tardũ, & pæne, ut ita dixerim, otiosum: ac nisi superioris participatione lapidis ornaretur, forsitan necessarius non uideretur. Ita dum ille operatur, etiam iste utilis inuenitur. Ille autem, id est, superior lapis tota uelocitate operis circumfertur, ut fallens oculos in ipsa celeritate stare credatur: & putatur immobilis esse dum currat. qui quanto uiolentius actus fuerit, tanto opus perfectius consummatur. Ita ergo prior lapis stat, iacet, & pæne nihil prodest: ille uero alter, quæ inferuntur, cuncta suscipit; quæ ueniunt, uniuersa complectitur: & per cauernulas quasdam uterque, quod operetur, acquirit. Qui molit autem, hoc habere uidetur officii, ut, per uigili cura granorum asperitate confracta, ex intimis eorum occultisq. uisceribus similaginem medullamq. producat; &, sordium leuitate discussa, in apertum profert omne, quod purum est; ex quo mundissimum panem conficiens, gratiam domini consequatur. Hos igitur duos molares lapides duo esse arbitror testamenta, hoc est, legem Moyfi, & euangelium domini; quæ ita sunt disposita, uel parata, ut sibi testamentum utrumque conueniat: sicut ait saluator: Non ueni legem soluere, sed adimplere. Et ad uicem molarum aliud prius solo positum, aliud insuper collocatum: hoc est, legem primum hominibus constitutam, deinde ad perfectum euangelium. Quæ lex uelut inferioris molæ saxum ita erat tarda, pigra, & penitus otiosa, ut, quidquid operãdo acceperat, id omne perdidit: dicente de Iudæis propheta: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Ergo, nisi euangelium superpositũ fuisset, adhuc lex, ueluti tarda, & grauis, iaceret in terra Iudaica, & unius prouinciæ cooperiretur angustiis. nisi euangelium, inquam, datum esset, lex necessaria omnino nõ esset. hoc autẽ lex operabatur sine euangelio, quod uno saxo fieri potest. confringere poterat, non prodesse: sicut ait beatus apostolus: Lex autem iram operatur, gratiam uero non præstat. Stante ergo lege, euangelium datum est, quod ueteri superpositum testamento, utrumque condecorat: ac tanta uelocitate operis circum-

Matth. 5

Psal. 15
25

Rom. 4

40

cumfertur; ut uolubilitate sui sæculum omne circumbeat, hoc est, inferna uisitet; cælestia penetret, terrena collustrat. quod euangelium tamquã superior mola cunctos credentes suscipit; omnes aduenientes accipit; & ueluti per quasdam cauernulas præceptorum ad interiora transmittit: ut ibi hinc inde duorum testamentorum salutaribus mandatis gentilitatis asperitate molita, producat omne, quod purum est. quam similitudinem testamentorum Ezechielem prophetã arbitror perstrinxisse, cum dicit rotam in medio rotæ esse cõnexam. Harum igitur molarum operatione, id est, noui ac ueteris testamenti, hoc agit sancta ecclesia cura peruigili, ut, peccatorum asperitate discussa, ex occultis cogitationibus medullam mundi cordis eliciat, & cælestibus mandatis mundata, ex intimis spiritalia alimenta producat. de quibus alimentis Paulus apostolus ait: Lac uobis potum dedi, non escam. Et iterum: Perfectorum autem est solida esca, qui propter habitum sensus exercitos habent, & reliqua; ac spiritum nostrũ omni humanitate purificans, uelut similaginem Deo offerre contendit, sicut Dauid sanctus ait: Sacrifcium Deo spiritus contribulatus. Tanta autem uelocitate circumfertur euangelium, ut non nisi sapientes cursum eius intelligant: quem beatus Paulus intelligens ait: Vt sermo Dei currat, & clarificetur in uobis. Amen.

al. mollita
Ezech. 11. Cor. 3
Heb. 5

Psal. 50

2. Thess. 3

20

In uigiliis natalis dominici homilia.

Æticia quanta sit, quantusq. concursus, cum imperatoris mundi istius natalis celebrandus est, bene nostis, quemadmodum duces eius, & principes, omnes etiam militantes accurati sericis uestibus, accincti operosis cingulis, auro fulgente pretiosis, ambient solito nitidius in cõspectu regis incedere. credunt enim maius esse imperatoris gaudium, si uiderit maiorem suæ apparitionis ornatum, tantoq. illum lætum futurum, quanto ipsi fuerint in eius festiuitate deuoti: ut, quia imperator tamquam homo corda non conspicit, affectum eorum circa se probet, uel habitum intuendo: ita fit, ut splendidius se accuret, quisquis regem fidelius diligit. Deinde, quia in die natalis sui sciunt eum largum futurum, ac donaturum plurima uel ministris suis, uel iis, qui in domo eius abiecti putantur, & uiles; tanta prius thesauros eius replere diuitiarum uarietate festinant, ut in quantum prærogare uoluerit, intantum prærogatio copiosa non desit, & ante uoluntas donandi deficiat, quam substantia largiendi. hæc autem ideo sollicitate faciunt, quia maiorem sibi remunerationem pro hac sollicitudine sperant futurã. Si ergo, fratres, sæculi istius homines, propter præsentis honoris gloriam, terreni regis sui natalis diem tantã apparitione suscipiunt: quãta nos accuratatione æterni regis nostri Iesu Christi natalem suscipere debemus, qui pro deuotione nostra non nobis temporalem largietur gloriam, sed æternam, nec terreni honoris administrationem dabit, quæ successore finitur, sed cælestis imperii dignitatem, quæ non habet successorem? qualis autem nostra remuneratio sit futura, dicit propheta: Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quibus indumentis nos exornari oportet. Quod autem diximus nos, hoc est, animas nostras; quia rex noster Christus non tam nitorem uestium, quam animarum requirit affectum, nec inspicit ornamenta corporum, sed considerat corda meritorum; nec fragilis cinguli præcingentis lumbos operositatem miratur, sed fortis castimonie restringentis libidinem ad pudicitiam plus miratur. Ambiamus ergo inueniri ante ipsum probati fide, cõpti misericordia, moribus accurati: & qui fidelius Christum diligit;

Esa. 46
1. Cor. 2

H 2 nitidius

nitidius se mandatorum eius obseruatione componat: ut uere nos in se credere uideat, cum ita in eius sollempnitate fulgemus; & eo magis lætus sit, quo nos perspererit puriores. atque ideo ante complures dies castificemus corda nostra; munde mus conscientiam; purificemus spiritum; ac nitidi, & sine macula immaculati domini suscipiamus aduentum: ut, cuius natiuitas per immaculatam uirginem constitit, eius natalis per immaculatos seruos procuretur. quisquis enim in illa die sordidus fuerit, ac pollutus; natalem Christi, uotumque non curat; interfit licet dominicæ festiuitati corpore, mente tamen longius a saluatore separatur. Nec societatem habere poterunt immundus, & sanctus; auarus, & misericors; corruptus, & uirgo; nisi quod magis ingerendo se indignus offensionem contrahit, cū minime se cognoscit. dum enim uult officiosus esse, iniurius existit: sicut ille in euangelio, qui in coetu sanctorum inuitatus ad nuptias uenire ausus est, uestem non habens nuptialem. et cum alius niteret iustitia, alius luceret fide, alius castitate fulgeret; ille solus conscientiae scelerate pollutus, cunctis splendentibus, deformi horrore fordebat: & quanto plus simul discumbentium beatorum cande-
bat sanctitas, tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas: qui potuerat minus displicuisse forsitan, si in consortium iustorum minime se dedisset. Propterea ergo, sublati manibus, & pedibus, in tenebras exteriores expellitur, non solum quod peccator erat, sed quia, cum peccator esset, sanctitatis sibi meritum uindicabat. Igitur, fratres, suscepruri natalem domini, ab omni nos delictorum faece purgemus; repleamus thesauros eius diuersorum munerum donis; ut in die sancta sit unde peregrini accipiant, resciantur uiduae, pauperes uestiantur, nā quale erit, si in una eademque domo inter seruos unius domini alter exultet in holoseris, alter consumatur in pannis; alius æstuet cibo, alius famem frigusque sustineat; ille eructet hesternam indigestionis crapulam, hic hesternam ieiunii inedia non resoluat? aut qui erit nostrae orationis effectus, petimus ut liberemur ab inimico, qui non sumus liberales in fratres? Simus imitatores domini nostri. si enim ille pauperes in caelesti gratia uoluit nobis esse confortes: cur nobis non sint in substantia terrena confortes? Nec extranei sunt alimonis, qui fratres sunt sacra mentis: nisi quod rectius apud Deum per ipsos agimus causam nostram, ut nostris eos alamus sumptibus, qui illi gratias agant. Quidquid autem pauper dominum benedicit, illi proficit, quo faciente dominum benedicit. Et sicut scriptum est de illo: Væ illi homini, per quem nomen domini blasphematur: ita & de isto scribitur: Pax huic homini, per quem nomen domini benedicitur saluatoris. Quale autem est meritum largientis, ut solus quis operetur in domo, & per multos in ecclesia dominum deprecetur, & quod ille fortassis petere de diuinitate non audeat, plurimorum interpellantium orationibus, etiam quod non sperabat, accipiat? Quod ad adiutorium nostrum commemorans beatus apostolus ait: Vt per multos gratiarum actio referatur pro nobis, Et iterum: Vt fiat oblatio nostra accepta, sanctificata in spiritu sancto.

In natali domini homilia prima.

Odie, fratres carissimi, Christus natus est, nos renati. Hodie saluator mundi per matrem nascendi tempus accepit, qui de patre natiuitatis non habet tempus. Hodie per hominem filius Dei ingressus est mundum, cuius manu ante hominem factus est mundus. Hodie habitator caeli uenit ad terras, qui terrarum incolas euocaret ad caelum. Mirabilis, inquit, Deus in sanctis suis. Si in sanctis suis mirabilis Deus, quo modo non in se ipso mirabilis? Si mirabilis in Ioanne,

Matth. 22
Luce 14

Rom. 2

Rom. 15

Psal. 7

Ioanne, quem nasci de patre senissimo, & sterili de matre præcepit: quanto magis in se est mirabilis, qui, ut nostrae condicionem carnis indueret, nouum uirgini & conceptum dedit, & partum? Ait sanctus Abacuc propheta: Domine audiui auditionem tuam, & timui: consideravi opera tua, & expaui. Quis non & pauescat, & metuat tanti profunditatem mysterii, quandoquidem unus idemque sine conceptione natus est Deus, & sine creante factus est homo? Duas in Christo generationes legimus, fratres carissimi: sed in utraque incomprehensæ diuinitatis est uirtus. Ibi enim illum ex semet ipso genuit Deus: hic eum uirgo Deo cooperante concepit. Ibi sine initio, hic sine exemplo. Ibi natus ut conderet uitam, hic factus ut tolleretur mortem. Ibi patri natus, hic hominibus procreatus. Illa natiuitate hominem fecit, hac generatione hominem liberauit. Vtramque fratres generationem eius non posse narrari, sententia hac una complectitur. Illa enim est ante hominem, ista supra hominem. Illa incogitabilis, ista mirabilis. Cum autem duas Christi docemur natiuitates, non bis asseritur Dei filius natus, sed gemina in uno Dei filio confirmatur esse substantia. Ibi quod erat, natus est: hic, quod non erat, factus est. Ait de his beatus euangelista Ioannes: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Et iterum: Et uerbum caro factum est. Igitur Deus, qui apud Deum erat, prodiuit a Deo: & caro Dei, quæ in Deo non erat, processit ex femina. ita uerbum caro factum est: non ut Deus uacuaretur in homine, sed ut homo glorificaretur in Deum. itaque non bis natus est Deus, sed ex duabus natiuitatibus, id est, Dei, & hominis, se ipsum unigenitus patris, atque se se hominem unum esse uoluit Deum. Generationem ergo eius quis enarrabit? Fratres, generatio Christi si narrari non potest, credi potest. si lingua deficit, fides proficit. magnus enim profectus est fidei, cum tantum de Deo suo concipit, quantum non potest parturire. Cauete dilectissimi, ne quando uos de his incredulitas moueat: quia si homo non ualet explicare, quod sentit; Deus sine dubio potuit implere, quod uoluit. et per absurdum est, fratres, ut ineffabilem Deum infirmissimo fragilitatis nostrae sermone pensemus. amentia res est, ut operationes maiestatis immensae inter exigua corruptibilis oris nostri conemur uerba concludere. quo modo enim comprehendere potest homo Deum factus ingenitum, mortalis aeternum? Si inuestigare niteris, qualiter Deus in hominem, uel homo transiit in Deum; inuestiga prius, si potes, quo modo ex nihilo factus est mundus; caelum unde resplenduit; aquarum liquor, terrae soliditas qua ratione subsistunt; quo modo etiam de terra homo, de masculo femina, itemque per feminam masculus. quid illud est post omnia, quod lumen gignit, ac tenebras, quod uitam facit, ac mortem? Si ergo te ipsum o homo, & quæ propter te facta sunt, qualiter, aut unde sint facta, comprehendere non uales: qua presumptione, qua ue stultitia tuum ipsius atque omnium discuti creatorem? Natum ergo de Deo patre Deum, eundemque hominem factum de uirgine confitemur. Sed hæc, carissimi, rationi caeca sunt, fidei manifesta. Tunc enim parte ex aliqua indefinitæ maiestatis eius poterimus immensa rimari, si aduertamus, quantus, qualisue sit Deus, a nobis non posse cognosci, ut ait dominus ad Moysen: Tu autem non poteris uidere faciem meam. id est, non potes carnalibus oculis meam, sicut est, inspicere deitatem. Beatus namque Dauid, uirtutem omnipotentiae eius intendens, clamabat dicens: Mirabilia opera tua domine, & anima mea nouit ualde. ualde enim sciebat anima prophetalis, opera Dei omnem meditationem humanæ mentis excedere: propter quod sapientissimus patriarcha, mortalis sensus conclusus angustiis, quæ inuestigare non poterat, mirabatur. Quis ergo hominum discutere, aut inquirere audeat, tantus quod propheta miratur? Mirabilia, inquit, opera tua, & anima mea nouit

Luce 1

Abac. 3

Ioan. 1

Esa. 53

Exo. 33

Psal. 133

H 3 ualde

ualde. Hoc ipsum enim, quod incomprehensibilis est Deus, anima eius nouerat, caro sentire non poterat. Omnis ergo, qui opera Dei magis uult examinare, quam credere, non sequitur animæ sensum, sed carnis errorem. et ideo, fratres, non discutiamus, qualiter Deus de Deo natus est, sed credamus: nec retractemus partum uirginis, sed miremur, ut, unigenitum Dei Deum & hominem confitentem, inoffensam teneamus cælestis fidei ueritatem.

Homilia secunda de eodem.

Vtissime, fratres, festiuitate præsentis diei in omne se gaudiū totus ubi-
I que suscitatur mundus: quia hodie promissus a sæculis uniuerso orbi iudex
 ortus est, & redemptor. et necesse est, ut in commune nos omnes, qui
 futuri examinis resurrectionisq. promissæ salutem suscepimus fidem, habeamus
 metum quidem de iudice, sed de redemptore lætitiā. omnis namque fidelis ani-
 ma timore corrigitur, correptione lætatur. Et in hoc, carissimi, quanta erga hu-
 manum genus omnipotentis patris dispensatio est, quantaue benignitas, ut, quæ
 iudicem præparabat incredulis, hunc credituris præmitteret redemptorem: qua-
 tenus præcurrens misericordia, seueritatem aduentantis iudicis præueniret. Ho-
 die itaque natus est Christus: sed in natiuitate eius nostra omnium habet uita na-
 talem: quia, qui priuilegia primæ natiuitatis amisimus, uisitante nos Christo san-
 ctiore partu redimus ad uitam. Hodie peperit Maria, sed ipsa suum parturiuit au-
 ctorem. Hodie edidit mundo hominem, quæ non suscepit ab homine. Quid hoc
 est miraculi, fratres? Nascitur caro de carne, non tamen generata per carnem, &
 secreto quodam incomprehensiq. conceptu procedit de mortali femina diuina
 progenies. Nec mirum sane, si extitit diuina natiuitas, ubi non erat humana con-
 ceptio; aut, si illam matrem non uiolauit partus, quam coitus non foedauit. Ille
 quondam futurorum conscius Esaias populis & gentibus signū nouæ salutis ape-
 riens, Ecce, inquit, uirgo in utero accipiet & pariet filium, & uocabunt nomen
 eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Atque ut aduertamus, noui
 ac ueteris testamenti unum esse consensum, unumq. consilium, ait etiam bea-
 tissimus Lucas, dominicæ generationis relator egregius, dicens: Missus est angelus
 Gabriel a Deo ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, & ait ad il-
 lam: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabunt nomen eius Iesum. Ie-
 sus autem, carissimi, latino sermone saluator dicitur. Ecce, qualiter se inuicem
 concordantibus sententiis testimonia diuina confirmantur: & cum prædicantur
 diuersa sint tempora, non tamen diuersa narratio. nam partum uirginis, quem il-
 le prædixerat, ipse testatur. Quis igitur de diuinitate Christi, quis de redemptio-
 ne cunctetur, quem & Esaias proficitur Deum, & Gabriel annunciat saluatorem?
 quis intactæ puerperæ alium dubitet floruisse, quod uno pæne ore, atque eodem
 spiritu proloquuntur euangelista, angelus, & propheta? ubi tanti, talesq. sunt
 testes, non erubescit ueritas, sed auditor incredulus confutatur. Sed iam uidea-
 mus, quas pro nobis natus perferat Christus iniurias, quibusue rursus iniuriæ il-
 læ uirtutibus decorentur. et ante omnia femineo sexu se concipi patitur, qui in
 exordio mundi omnipotenti manu de masculo operatus est feminā. Sed hanc hu-
 militatem nascendi, uirginalis matris sublimat integritas. Et quāuis natus Chri-
 stus femineo, ut infans, lacte pascatur; tamen ut rerum potens uirginis nutritur
 uberibus: atque ut primum illum in has sæculi procellas & fluctuantis sentinam
 mundi uterus maternus effudit, uilissimis circumdatur pannis. pannis siquidem
 induitur ille pro nobis, qui cum crearet omnia, terras luce perfudit, cælum
 sideribus

Esa. 7

Lucæ 1

fideribus adornauit, & ignea solem claritate uestiuit. obuoluitur quidem pannis:
 sed hi panni, noua stella radiante, munerantur a magis, & exultantibus angelis
 honorantur. Et ut nouerimus, uniuersa hæc per mysterium uel fieri, uel dici; hic,
 qui pannis circumuoluitur, prædicatus ab initio de sinu patris, æternoq. thala-
 mo salutarium nuptiarum sponsum uenit e cælo, sicut ait uenerandus Dauid: Ipse
 tamquam sponsum procedens de thalamo suo. Deinde, ut legitur, ponitur in præ-
 sepi, quia, ut ait euangelista, non erat illis locus in diuersorio. Ne quem, fra-
 tres, ista permoueant: quia omnis hæc in saluatore uilitas pretiosissimum nostræ
 salutis est sacramentum. uidete enim, quanta sapientia collocari Christus dicitur
 in præsepi, qui gemina quadam gratia humani generis & esca erat futurus, & pa-
 stor: qui bene in præsepio ponitur, ut ad pabula perennis uitæ, spiritualiū ouium
 greges, agni cælestis balatus inuiter. Non erat, inquit, eis locus in diuersorio.
 Numquid tantæ illius erant angustia mansiones, ut nati sub hora paruuli mem-
 bra non caperet? Sed iccirco mystico refertur sermone, non inueniri locum in di-
 uersorio, quia ingressus mundum Christus, fidem, in qua possit requiescere, non
 inuenit, ut ait ipse in euangelio dicens: Filius autem hominis non habet, ubi ca-
 put suum reclinet. Vnde aduertimus, quia unicus Dei filius non in spatiosis do-
 mibus, auratisq. laqueariis, sed in fide credentium requiescit. Hunc ergo Chri-
 stum Iesum fugentem ubera, nascentium infantium more uagientem, uilibus cir-
 cumdatum pannis, iacentem uilibus in præsepi, angelica ministeria prosequuntur,
 & omnis cælestis exercitus multitudo miratur, consona cum uoce collaudans, &
 dicens: Gloria in excelsis Deo, & pax in terra hominibus bonæ uoluntatis. Glo-
 ria utique Deo, qui desperatis mortalibus munus æternæ salutis exhibuit: & pax
 hominibus bonæ uoluntatis, quos certamine suo Christus, suoq. proelio in regnū
 proprium diabolica de captiuitate reuocauit. Et quam congrue euangelicus in-
 tonat sermo, cum dicitur, Gloria in excelsis Deo, & Pax in terra hominibus.
 quod idem ipse Dei filius & apud angelos gloriosus est in excelsis, & bonæ uo-
 luntatis hominibus pacem præstat in terris. Propter quod, dilectissimi, competen-
 tibus gaudiis tanta de salute lætemur; atque angelicis nos uocibus sociantes, ho-
 nore debito mysteria semper Christi, uirtutesq. laudemus.

Homilia tertia de eodem.

N aduentu dominico, fratres carissimi, solutus est omnis paternæ præua-
 ricationis metus, quem diabolicis dudum fraudibus incurrit circumuen-
 ta mortalitas. Adest enim nobis cæli, terræq. iudex, qui, rescisso chiro-
 grapho delictorum, reatum nostrum miseratus absoluit. Adest ille dominus, qui
 iugum captiuitatis antiquæ nostris a ceruicibus soluens, mærorē mundi æterna li-
 bertate lætificat. Adest rex ille mansuetus, qui per spatia totius orbis, cælestis iu-
 stitiæ gressibus incedens, superbientem furientis inimici contriuit tyrannidē. Ho-
 die namque, parturiente Maria, natus est nobis Dei filius, ut, germana carnis
 nostræ conceptione productus, creato a se homini & pietatem paternam, & fra-
 ternum largiretur affectum. Et natus sane ab intacta est femina, ut eum pariter &
 hominem testaretur partus humanus, & Deum probaret æternā uirginitas. nam
 sicut non poterat nisi caro de carne nasci: ita non poterat Dei caro de femineo ute-
 ro nisi sine generante prodire. propter quod ait angelus beatissimæ Mariæ: Spi-
 ritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Et quod nasce-
 tur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Spiritus, inquit, sanctus superueniet in
 te. Ic circo tibi frater uirtute sancti spiritus angelicus sermo protexit, ne coniectu-
 ris

Lucæ 1

ris carnalis disputationis hebetatus, caeleste tibi ipse mysterium terrena argumentatione constringas. Aut non putas eum nouum puerum in alio uirginis potuisse formare, qui cum primum conderet hominem, nec semen patris, nec uiscera materna quaesuit? Dic itaque, quicumque es supernae dispensationis arbiter, & discissor, quae tibi uidetur uirtus eminentior partum dedisse uirgini, aut perfectum hominem creasse de terra? Primus enim homo, ut ait apostolus, de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Si contra naturam esse contendis, quod in mysterio redemptionis nostrae sine uiro puella afferitur concepis: cuius, quae so, naturae est, quod in parente generis nostri caro sine carne formata est? quae ista est ratio, immo quam caeca contentio, ut non credatur Deus facere hominem posse de femina, quem creditur fecisse de puluere? Si omnipotentis, o homo, tali in negotio esse perspicias uoluntatem: de opere cur retractas? Omnia enim, sicut legitur, dominus, quaecumque uoluit, fecit in caelo, & in terra. Et, si sollicitus perfruteris; praeter hunc legitimum humanae conceptionis usum, tres ualde mirabiles nascendi species operatam reperies trinitatem. Et prima est quidem, quod Adam figuratus ex limo est: secunda, quod mulier formata est de masculino: tertia, quae & caelestis est, quod Christus processit ex uirgine. Quid horum non nouum? quid horum non mirabile? quid horum, nisi fidem sequamur, inquisitio poterit humana complecti? Quod autem mystico hoc conceptu uisitare mundum suum Dei dignatus est filius; nostrae hoc salutis necessitas flagitabat; nimirum ut caelestis tandem generatio repararet, quod natiuitas terrena perdidit. Sed fortassis hunc, qui natus praedicatur ex femina, dum uilibus obuoluitur pannis, dum iacere contentus est in praesepe, dum lacrymosis uagibus concrepat, dum maternis lactatur uberibus, Deum esse diffidis? Immo per ista, frater, aduerte eum & ut hominem infirma pro infirmis pertulisse, & ut Deum potentiam exercuisse caelestem. Hic namque, qui sordentibus circumdatur pannis, regis per Chaldaeos muneribus honoratur, hic, qui in praesepe humilis iacet, lumine noui sideris coruscat e caelo. Hic, qui uagitus reddit infantiae, angelici exercitus uocibus collaudatur. Hic, qui femineo lacte nutritur, multa hominum millia paruissimo pane satiauit. Quid illud adiciam, quod Deum illum, & uerum Dei esse filium resurgens a mortuis Lazarus probat, receptus ad lumen caecus annunciat, uenerandis eius calcata uestigiis maris unda testatur, & quod praecellit haec omnia, resurgens e caelo uox paterna confirmat? Propter quod, dilectissimi, tam magnum hoc natiuitatis dominicae sacramentum dignis uocibus honoremus; diligamus praeter omnibus castitatem: quia, ut placere hanc sibi Christus ostenderet, pudicitiam uteri uirginalis elegit: sectemur misericordiam; quia pietatis est, quod saluamur: iustitiam sollicito teneamus; quia ob hoc unigenitus Dei effici dignatus est homo, ut ueritatem praedicans, uniuersam mundi faciem, damnata iniquitate, purgaret.

Homilia quarta de eodem.

Odierni mysterii sacramentum, fratres carissimi, sicut credidistis semper, & creditis, reparatio est salutis humanae, uirtutum natiuitas, ruina uitiorum. Hodie namque Christus Iesus, dominus noster, in quo diuinitatis est plenitudo, carnis nostrae infirma suscipiens, nouus natus est homo. Hodie refertur secundus ille Adam, non incola, sed dominus paradisi, quem interdixit arboris pulchritudo non fallat, serpens non decipiat, mulier non seducat. Hodie exortum est in tenebris lumen. Hodie illud, quod caelum & caeli caelorum se habere gaudebant, mundus, dum nescit, accepit, neque enim ut temporalis quidam, aut

qui ante non fuerit, de femina nobis repentinus emerfit; sed qui semper erat cum patre Deus, semperque regnabat, nouo per uirginem uoluit mortalibus apparere mysterio; nouus quidem homo, sed dominus sempiternus, nouus Christus, sed rex omnium saeculorum. Ipse est in fine temporum natus ex Maria, qui ante omnia saecula unigenitus processit e patre. Hic est praedictus a patriarchis, a prophetis praedicatus, annunciatus ab angelis, ab apostolis approbatus. De uno eodemque legis, In principio erat uerbum: & uerbum caro factum est. Gaude ergo nunc, & exulta ad Deum tuum tandem conuersa gentilitas. Percepisti donum, quod Abraham in spiritu se uidisse laetatus est: meruisti per Christum, quod mereri quondam Hebraeorum gens electa non potuit. timens enim Israel, & tremens mirabatur, ut legimus, quod Moyses, populi princeps, reconditus in nube, & in uertice montis altissimi, solus cum domino loqueretur. Tibi uero sic natus est Christus, & tanta se nobis dignatione concessit, ut loqueretur omnibus, & ab omnibus uideretur. Ad illum tunc montem Sina quicumque accessisset ex populo, praesenti puniebatur interitu: ad hunc uero montem, qui hodie natus est mundo, quicumque non accesserit, morietur. Et tunc quidem unus populus erudiebatur ad fidem: nunc uero omnes gentes uocantur ad uitam. Viderunt uenerabiles patres nostri innumera magna, & mirabilia. Caelum illis angelicas rorauit escas: dulcia pocula lapis durissimus ministrauit: Iordanis perpetem meatum suum retorfit in fontem: ualidissimi hostium muri tubarum strepitu corruerunt: sol quoque commoratus in caelo longiore triumphanti populo praestitit diem. hoc uero nullis antea uidere saeculis datum est, ut unigenitus altissimi, quem tremantes archangelorum suscipiunt potestates, hominem se hominibus exhiberet, & carnem, quam assumpsit ab homine, transformaret in Deum. Amplectere ergo dignationem maiestatis aeternae; & ne arcanam Dei tui discutias uoluntatem: quia omnibus quidem natus est Christus, sed fidelibus dat salutem. Quod si tibi sensuum tuorum fragilitate minus digni uideretur, filium Dei natum de femina credere: uirginem cogita peperisse. Si tibi panni, quibus obuolutus est, fortasse uilescunt: angelos collaudantes & multitudinem caelestis exercitus admirare. Si praesepe, in quo infans iacuit, despicias: erige paulisper oculos, & nouam in caelo stellam, protestantem mundo natiuitatem dominicam, cernere. Si credis uilia, crede mirifica. Si de iis, quae humilitatis sunt, disputas: quae alta sunt, & caelestia, uenerare. iisdem enim referentibus, iisdemque auctoribus, de domino saluatore, quae humilia, & quae gloriosa sunt, didicisti; uniuersa, quae ad salutis tuae mysterium pertinebant, sacra tibi euangelia prodiderunt. Habes in his, unde dominum Iesum & natum hominem credas, & Deum esse dubitare non possis.

Homilia quinta de eodem.

10 Nueftigabiles humanis sensibus dispositiones esse diuinas, ipsa operum Dei altitudo testatur. sed eo magis nobis Christi sunt ueneranda mysteria, quo magnitudine sui capacitate ingenii mortalis excedunt. Et ideo, fratres, cum annunciat nobis sempiternus ille unigenitus Dei patris, cui subiacent omnia, & per quem creata sunt uniuersa, sub fine temporum nasci uoluisse de femina, infantiam perpeti nostrae carnis; tanta dignationis gratiam non debemus examinare, sed credere; nec discutere, sed mirari. quid enim est aequius, quidue tam congruum, quam ut in rebus diuinis omnipotentiam magis sequamur Dei, quam sapientiam mundi? Hodie igitur nobis, sicut decursa euangelii lectione cognouimus, secundum carnem natus est Christus, incipiens quidem esse,

LUCÆ 2

Psal. 95

quod non erat, sed non desinens esse, quod erat. nec enim natiuitas hominis imminuere, aut separare indiscretæ maiestatis poterat unitatē. Quod Deus de Deo patre processit, ineffabilis ac permanentis est secretum uirtutis: quod homo est natus ex femina, nostræ salutis est gratia. illic gloria naturæ, hic mysterium uoluntatis. Quis ergo, fratres, profundū hoc cælestis consilii ualeat aestimare, quod immortalitatis dominus incorruptæq. substantiæ, ut condicione carnis mortem suscipere pro mortalibus possit, de femineo utero, nulla corporeæ generationis lege conceptus, humana sub lege prodire, atque hoc ita, ut eum beata mater, quæ intacta conceperat, inuiolata proferret? Obuoluitur præterea pannis, & ponitur in præsepi. Vilitas ista infantis pretiosum Dei est sacramentū. in pannis enim nostras infirmitates, nostra se indicat suscepisse peccata. Quod uero in præsepi, ubi passus est animalium, sua collocari membra permittit: in æternam refectionem uescendum a mortalibus suum corpus ostendit. Quid illud dicam, quod in terras angelica multitudo descendens, uagientem paruulum gloriosa laude prosequitur? stupet enim omnis creatura tā grande miraculū, quod unus idemq. & Deus regnat in cælo, & homo nutritur in terra. Cuius mysterii beatus David annuncias nouitatē, omne hominum genus ad cōcentum cantici spiritualis inuitat, dicens: Cātate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Quid tā nouum, carissimi, quam quod omnipotens Deus, maiestatis immensæ patri coæternus, & perpetui regni dominus, ad infirmitates corporeas, & humilitatē se inclinauit humanā? quid tam nouum, quam, concipiente & parturiente femina, illasam uirginitatem permanere? Et talis uere saluatorē mundi decebat ingressus, ut, qui humani generis ueniebat peccata mundare, præ ceteris mundus nasceretur. Bene etiam propheta subiunxit, Cantate domino omnis terra. Cui enim alii omnis debet cantare terra, nisi qui uniuerso terrarum orbi delictorum ueniam, & spem sempiternæ salutis inuexit? Magnificemus ergo, fratres, dominum, ac Deū nostrum: psallamus ei, atque cantemus. dignum est enim ut eorum præcipue laudibus honoretur, quos proprii corporis passione, & sanguinis sui effusione saluauit.

Homilia sexta de eodem.

I. Naduentu dominico, fratres carissimi, cuius honorem debitum præsentati festiuitate deferimus, multimoda cælestium mysteriorum gratia reuelatur. Hodie enim, hoc est, in fine temporum editus est ille, cuius æternitatem nulla sæculorum tempora comprehendunt. Hodie cæli terrarumq. dominus pro libertate seruorum formam induit seruitutis. Hodie noua feminei sexus gloria peperit uirgo, &, quod uniuersa nobiscum creatura miratur, natus est homo non per hominem procreatus. Sed quamuis hominum uideatur, non tamen incredulum, quod Christus in utero Mariæ sine generante cōceptus est, qui de Deo patre sine conceptione processit. quod enim Deus est, solius patris est unigenitus: quod homo est, solius matris est filius. atque ideo illum, qui ex patre Deus est, & ex matre homo est, hoc est, Deum & hominem unum dominum confitemur: hoc autem totum factum est, ut Deus per carnem hominis mysterium salutaris suscipere passionis, & homo per uirtutem Dei æternitatis suæ reciperet dignitatem. Nascitur itaque Christus ex Maria, ut & sexus femineus hominem daret, & Deum proderet integritas uirginalis. Nascitur Christus ex femina, ut, sicut Adam decipientem per Euam diabolus non potuit præcauere, ita diabolus aduentantem per Mariam Deum non deprehenderet esse præsentem. Parturit igitur femina salutem mundi, ut, quæ extiterat fomes iniquitatis, fieret ministra iustitiæ;

stitiæ; & per quam mors sibi in hunc mundum aditum patefecit, per eam ad nos uita haberet ingressum. Atque ut ostenderet creator humani generis, utriusque se sexus curam habere, & utrumque uelle saluare; uir nascitur, & procedit ex femina, quatenus aduerteremus nullam esse apud Deum inter uirum ac feminam in percipienda salute distantiam. Cur autem non tota deuotione credamus, salutarem puerum nasci potuisse de uirgine, qui perfectum hominē credimus de puluere fuisse formatum? Exultemus ergo, fratres, & lætemur, celebrantes natalem domini nostri Iesu Christi: quia in eius natiuitate nos omnes natos sentimus ad uitam. factus est enim homo, non ut sibi uiueret, qui auctor est uitæ, sed ut morte sua uitam redimeret mortuorum. tantis enim uinculis humanum genus uinxerat inimicus, tantaq. nos mole immanium presserat peccatorum; ut nullus nobis esset reditus ad salutem, nisi nasceretur ille, qui uirtute propria ad uitam possit redire post mortem.

In Circumcisione domini, siue de calendis Ianuarii increpatio.

20. Quamquam non dubitem uos, carissimi, per paternam sollicitudinem instructione diuini sermonis edoctos, uniuersas calendarum superuenientium uanitates declinare penitus, & horrere: ad perfectioris tamen emendationis augmentum, non me piguit usitatum uestris auribus inferre sermonem, sicut ait beatissimus Paulus: Fratres, eadem uobis scribere mihi quidem non pigrum, uobis autem necessarium. Necessarium, dilectissimi, nec superfluum reor, si pro commonitione sancta, dudum habita, præcedentium patrum uobis repetantur alloquia. Et re uera quid fastidii, quid oneris habet, pro salutis profectu utilia ac Deo placita sæpe dicere, frequenter audire? et ideo, carissimi, fide, ac deuotione solita religiosi itineris uias, ac ueritatis semitas gradiētes, magis magisque errorum deuia, & diabolica calcate figmenta. nec enim debet fidelis anima, quæ angelorum consortia concupiscit, dæmoniorum lufibus delectari. neque uero luci, ac tenebris, ueritati, atque mendacio, turpitudini, & honestati apud Dei seruos ulla potest esse communio, sicut nos ecclesiarum doctor instruit dicens: Quæ conuentio Christi ad Belial? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Quicumque ergo credentium uel est templum Dei, uel esse desiderat; sollicitè caueat, ne mortua & uana sectando, desinens esse templum Dei, fiat habitatio tenebrarum, fiat dæmonis monumētum. Ait gloriosissimus propheta David: Beatus uir, cuius est nomen domini spes ipsius, & non respexit in uanitates, & insanias falsas. Itaque qui sperat in Deum, ac toto corde in eius gloriam luminum suorum defigit aspectum; ad insanissimas uanitates consecratos semel Deo non debet oculos retorquere: quia, ut ait domiuus, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Omnis enim arans, si retro respiciat, aut tuosum, aut inutilem faciet sulcum, aut arantum bouum suorum uestigia uulnerabit. Ita & qui directo tramite ac spiritali uomere uitia mundana persulcans incedit ad Dei regnum, si aspectum suum ad impia & uana conuerterit; & iuges suos, hoc est, corpus atque animam uulnerabit; & optimi itineris periculosum incurret errorem. Et non respexit, inquit, in uanitates, & insanias falsas. Quo modo beatus David falsas insanias dicit; cum uere insaniant, qui, abiecto retrorsum timore Dei, ad dæmonum respiciunt uanitates? sed uir fidelis proprie naturam impiæ falsitatis expressit: quia insana sunt omnia, quæcumque, diaboli fallente mendacio, Dei in se non habent ueritatē. et illorum grauior, atque immedicabilis languor

languor est, qui superstitionum furore, & ludorum suauitate decepti, sub specie sanitatis insaniunt. An non omnia, quæ a ministris dæmonum illis aguntur diebus, falsa sunt, & insana, cum uir, uirium suarum uigore mollito, totum se frangit in feminam, tantoq. illud ambitu, atque arte agit, quasi pæniteat illum esse, quod uir est? numquid non uniuersa ibi falsa sunt, & insana, cum se a Deo formati homines aut in pecudes, aut in feras, aut in portenta transformant? numquid non omnem excedit insaniam, cum decorem uultus humani, Dei specialiter manibus in omnem pulchritudinem figuratum, squalore sordium, & adulterina foeditate deturpant? quo modo non sanum sapientibus patet, nihil ibi inesse sanitatis, ubi impia, ubi inhonesta, uniuersaq. omnia & faciunt, & loquuntur, 10 non audientes clamantem quotidie in ecclesia beatum Dauid, & dicentem: Filii hominum usque quo graui corde, utquid diligitis uanitatem, & queritis mendacium? Graue utique eorum cor est, atque omni impietate depressum, qui per sacrilegos iocos diuinis monitis illudentes, uana diligunt, & falsa sedantur, & post omnia ad offensionis plenitudinem dies ipsos annum nouum uocant. Quamquam non inconuenienter secundum se nouum appellant annum: quoniam per nefandas ferias pro honestate, falsa turpitudine & peruersitas innouatur. nouum uocant annum, quasi noui aliquid aut cælum tunc ostendat, aut terra. nouum annum Ianuarias appellant calendæ, cum uetusto semper errore, & horrore fordescant. Auspicia etiam uanissimi colligere se dicunt, ac statum uitæ suæ inanibus in ditiis aestimantes per incertâ auium ferarumq. signa, imminenti anni futura rimantur; cum utique apud Deum solum sit notitia futurorum, & legalis auctoritas ista prohibeat, dicens: Ne auspicemini, ne auguriis intendatis. Sed miseri ac miserandi homines, rapti erroribus paganorū, & minus prouido corde cæcati, cum impietate de domibus suis prodeunt, & cum sacrilegio reuertuntur. Aut quo modo se Christianum putat posse uel dici, qui in tali obseruatione uidet se perfidis esse consortem? Ita uos, carissimi, iam dudum nec obseruare, nec querere manifesta relatione cognoui. ac reuera non sunt a nobis penitus inquirenda, qui omnipotenti Deo credimus, qui pro qualitate meritorum, aut fidei probatione cunctis mortalibus potestate arbitrii sui uel prospera, uel aduersa dispensat: præcipue 30 cum huiusmodi homines arguat, & increpet apostolus, dicens: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos: timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Videte, carissimi, in quo laborem erga se apostolicum perdiderunt. Vos autem, sicut hucusque pro Dei timore fecistis, abhorrete uana, refugite falsa, impia declinate; ut ad domum Dei confidenti semper corde uenire possitis; & in fide uestra gentium magister, & iudex doctrinæ suæ fructum Paulus inueniat.

In Epiphania domini homilia prima.

In hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instrui- 40 mur, multiplici nobis est festiuitate latandum. Ferunt enim, hodie Christum dominum nostrum uel stella duce a gentibus adoratum, uel inuitatum ad nuptias aquas in uina uertisse, uel suscepto a Ioanne baptisate consecratum se fluentem Iordanis, suumq. simul purificasse Baptistam. Sed quid potissimum præsentem hoc factum sit die, nouerit ipse, qui fecit: nos tamen credere, nec dubitare debemus, quidquid illud est, factum esse pro nobis. Nam quod eum fulgentioris stellæ radiis incitati adorauere Chaldæi; Deum uerum gentibus spes data est adorandi. Quod aquæ nouo sunt ordine in uina mutata; noui nobis poculi prælibatum est sacramentum. Quod autem baptizatus est agnus Dei; regenerantis baptismi

Matth. 2

Ioan. 2
Matth. 3

baptismi salutare nobis munus est dedicatum. Oportet itaque nos, frater, ad honorem saluatoris nostri, cuius natiuitatem debita nuper cum exultatione transigimus, omni cum deuotione etiâ hunc uirtutū eius celebrare natalem. Et quam recte tria hæc nobis uno acta in die mysteria prædicantur, qui ineffabilis trinitatis arcanum uno Dei sub nomine confitemur. Per hæc ergo miracula Christus dominus, redemptor noster, oculis se uoluit reuelare mortalium, quatenus inuisibilis eius diuinitas, quæ latebat in homine, in opere non lateret, ut, dum tentator uerbum patris omnipotentis non deprehendit in carne, omnes ubique, qui in Dei filio uerbum & carnem crederent, saluarentur. Et quidem uidebat diabolus infantem pannis oblitum; sed ignorabat ipsum esse, qui, remotis initio tenebris, mundum luce uestiuit. Videbat eum mortalis matris ubera fugentem; sed nesciebat ipsum esse, qui esurientē Hebræum populum angelico fecit pane, uelut cælesti lacte, pinguescere. Videbat paruulum angustis incunabulis quiescentem; sed uidere non poterat ipsum esse, quem non capit mundus. Quanto igitur inimicus in hac Christi humilitate per incerta distractus stupore nutabat, cum per Chaldæos, præcipuos utique tyrannidis suæ ministros, nouum uideret infantulum, uelut noui imperii regem regis muneribus honorari? aut quo modo non stuperet, cum turbatus inspiceret a magis suis adorari puerum, quem ipse nesciret? quo torquebatur languore, cum pariter eius & cunas in terris despiceret, & 20 stellam miraretur in cælo? Unigenitus autem altissimi sic humiliter ingressus est mundum, ut indubitata diuinitatis suæ deferret iudicia. natus enim de femina est, sed natus ex uirgine. iacebat in præsepi, sed in fidere rutilabat: ut hominem illum, Deumq. esse, & terrena mater, & signum cælesti monstraret. Quibus uero radiis, quantum lumine illam domini stellâ antiqua credimus tunc inter astra fulsisse? quantum in splendore præcessit, quæ tantum præibat in munere, quæ, uelut quidam totius orbis oculus, caligantis mundi ueterem nouauit aspectum? Ecce, fratres, ad quaerendum regem regum una Chaldæos stella pertraxit: Iudaicū uero populum ad obedientiam Dei sui nec ignea quondam potuit columna conuertere. Nec sane quemquam moueat tanta hæc perfidia Iudæorum, quod, Christi 30 illos fidem suscipere, neque noui stella fulgoris, nec parturienti uirgo compulerit; qui nec tunc quidem Deo credere suo, cum illos per arentia deserta, ipso comitante Deo, cælum pasceret, petra potaret. Sed iam ad illud præcipuum Christi miraculum ueniamus, quo pro documento deitatis suæ aquas uertit in uinum. Inuitatus itaque, ut legitur, dominus perrexit ad nuptias; sed ut dignaretur hoc uirginis filius, nostræ eruditionis est ratio; ut hoc docti exemplo legitimarum illarum nuptiarum non negemus auctorem. Vadit ergo ad nuptias Dei filius, ut, quas dudum potestate constituit, nunc præsentis suæ benedictione sanctificet. Vadit ad nuptias ueteris instituti, nouam sibi perpetuæ uirginitatis sponsam, gentium de conuersione facturum. Vadit ad nuptias, quem nuptiæ non creauerunt. Vadit ad 40 nuptias, non utique ut conuiuuii delectetur, sed ut mirabilius innotescat. Vadit ad nuptias, non sumptuosos pocula, sed daturus. nam cum defecisset nuptiantibus uinum, ait illi beatissima Maria: Vinum non habent. Cui uelut indignans re- Ioan. 2 spondit Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum uenit hora mea. Hæc uerba indignantis esse quis dubitet? sed iccirco, ut reor, quia tam temere ei mater de defectu carnalis poculi suggerebat, qui uenerat totius orbis gentibus nouum salutis æternæ calicem propinare. Quod enim ait, Nondum uenit hora mea; illam nimirum gloriosissimâ passionis suæ horam, atque illud redemptionis nostræ uinū, quod uitæ omnium proficeret, promittebat. Nam quod petebat Maria, erat gratiæ temporalis: quod Christus parabat, gaudii sempiterni. Nec tamen piguit be- I nigniffi.

nignissimum dominum, dum magna ueniunt, parua praestare. Et ideo uenerabilis Maria, uere ut mater domini in spiritu futura praenoscens, ac dominicam prauidens uoluntatem, sollicito ministris admonuit, dicens: Quodcumque dixerit uobis, facite. Sciebat profecto mater sancta, obiurgationem illam domini filii, sui non irascentis offensam praetendere, sed miserantis portare mysterium. Tunc dominus increpatae matris releuans pudorem, suamque iam aperiens maiestatem, expectantibus ait ministris: Implete hydrias aqua. Nec mora, obsequium suum obediens minister exhibuit: & ecce repente aquae illae coeperunt mirabiliter fortitudinem sumere, ducere colorem, odorem praebere, saporem concipere, totamque simul mutare naturam. Quae permutatio aquarum a sua in aliam creaturam, praesentis creatoris est testata uirtutem. Neque uero quisquam conuertere aquas in usus posset alios, nisi ille, qui eas fecit ex nihilo. Stupuit ergo minister attonitus, qui aquas miserat, & uina sumebat, laetatusque nimium illa se suis humeris fluentia portasse, per quae Dei esset gloria reuelata. nemo enim quidquam locutus in tempore; hydriis praeter aquam nihil adiectum: ars nulla conducta est: & tam grande miraculum inter pauca circumstantium silentia, sola tantum uoluntas domini tantis effecit. Nec dubitandum, carissimi, quia ipse aquas traduxit in uinum, qui eas ab initio concreuit in niues, durauit in glaciem, Aegyptiis uertit in sanguinem, & Hebraeis sitientibus manare arida de rupe praecipit, quae innumerabilium multitudinem populorum stillicidio noui fontis uice maternorum uberum nutrebat. Quid primum stupeas, quid mireris, uinum de aqua, an aquam de petra? Sed nulla te, quicumque inter ista cunctaris, infidelitas turbet, quod dubium non est ad nutum creatoris creaturarum elementa pendere: aut cur non credamus, uirtute dominica uinum fieri potuisse de aqua; cum nobis, operante Deo, fomentis imbrium terrae de gremio per ministeria uinearum aqua surgat in uinum? Hoc, inquit, fecit Iesus initium signorum in Chana Galilaeae, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Crediderunt discipuli non utique hoc, quod fieri cernebant, sed illud, quod carnalis uidere non possit aspectus. Crediderunt non quod Christus Iesus filius esset uirginis, quod sciebatur, sed quod idem unigenitus esset altissimi, quod in opere probabatur. Vnde & nos fratres toto corde credamus ipsum esse Dei filium, quem filium hominis confitemur. credamus illum & nostrae confortem naturae, & paternae substantiae coaequalem: quoniam & nuptiis interfuit, ut homo; & aquas in uina mutauit, ut Deus: quatenus fidei huius merito nos etiam dominus noster sobrio illo gratiae suae uino propitius potare dignetur.

Homilia secunda unde supra.

Vdistis, fratres, lectionem euangelii salutaria praesentis diei sacramenta recitantem: audistis, qualiter Christus dominus, qui in hunc mundum latentem aduenit, paulatim dignatus est suam aperire mortalibus maiestatem. quamquam, carissimi, latere inter obscura saeculi lumen caeleste non poterat. denique cum uisitationem suam necdum terra dignosceret, caelum sua gaudia, ac totius mundi laetitiam, Chaldaeis stupentibus, tacito in sidere loquebatur. et cum, quis, quantusue esset, necdum infidelis possit uidere Iudaea; iam tunc gloriam eius iudiciis excita, de caelestibus gentilitas sentiebat. noua enim stella nouum aduentasse hominem reuelabat, & ita reuera nouum, ut, cum Dei esset filius, indueret carnem sine generatione carnali, & haberet secundum hominem tempus nascendi, qui secundum Deum natiuitatis initium non habebat. Nouum nimirum erat, ut

ut unigenito altissimi, quem non capit caelum, paruissimi tugurii minimum praesepe sufficeret. Nouum erat, qui in caelestibus cum Deo patre regnabat, terrena matre contentus, uagitus infantiae daret in pannis. Latemur itaque, fratres, totisque gaudiis exultemus: quia nobis natus est Christus ex femina, nobis iacuit in praesepe, nobis uagiebat in cunis, nobis arridebat in stella. totum enim nobis proficiebat, quidquid saluator hominibus agebat in homine. Ait itaque euangelicus sermo: Ecce magi ab oriente aduenerunt Hierosolymis, dicentes: Vbi est, qui natus est, rex Iudaeorum? uidimus stellam eius in oriente, & uenimus adorare eum. Quousque, Iudae durissime, obtusa aure, clausis oculis, & perfido corde persistis? Ecce iam post illa patriarcharum praecordia, post uaticinia prophetarum, Christus & a gentibus praedicatur. Si patribus tuis credere detrectas, qui ab initio saeculi aeterni regis aduentum innumeris sacrisque uocibus cecinerunt; crede uel his tandem, qui eum non adhuc post tempora nasciturum, sed iam & apud te, & tibi natum esse testatur. Quae tanta est in pectore tuo mortiferae obstinationis aduersio, ut solus non audias quod omnes loquuntur, solus refugas quod uniuersitas credit, solus certe uidere contemnas quod splendet e caelo? Apud te uirgo concepit, & uirginis tuae partum alienus agnoscit. tibi salutem tuae angelicae uoces persuadere non possunt, & ad Christum tuum una Chaldaeos stella perduxit: Vbi est, inquiunt magi, qui natus est rex Iudaeorum? uidimus stellam eius in oriente, & uenimus adorare eum. In his impletum est illud, quod prophético sermone praedictum est: Quibus non est nunciatum de eo, uidebunt; & qui non audierunt, intelligunt. Ecce enim Chaldaeos, cui neque nunciatum de Christo fuerat, neque audierat, & uidit stellam Christi, & adesse eum intellexit in stella. Adorant itaque magi dominum, & offerunt munera, ut impleretur quod ait ille praecipuus prophetarum Dauid: Afferte domino patriae gentium: afferte domino gloriam, & honorem. Domino, & domino quod ait, dominum illum esse secundum Deum, dominum & secundum hominem mystico sermone declarat. quod enim Deus est, creator est mundi. quo modo ergo non priuilegio utriusque substantiae dominus est omnium Christus, qui sibi uniuersa aut creatione, aut redemptione subegit? Afferte, inquit, domino gloriam, & honorem. Honoris ergo est, carissimi, quod offerunt gentiles munera; gloriae, quod adorant. munera Chaldaei offerunt, & adorant. Vnum ab illis deferunt ut regi, aliud exhibetur ut Deo. Hi itaque, adorato Christo, oblatiisque muneribus, per aliam, ut lectum est, uiam reuersi sunt in regionem suam. Rectissime per aliam uiam redeunt, ne cruentus Herodes, qui mortem parabat infanti, itinere magorum peruenire possit ad Christum. neque enim, qui adorare dominum uenerant, domini esse poterant proditores. Quam bene, fratres, per aliam uiam redisse dicuntur. nam qui stella duce uenerant in Iudaeam, in patriam suam aeterni solis illuminati radiis reuerterunt. et ideo omni reuerentia celebremus hunc diem, magorum obsequia nostra deuotione superantes: quoniam si illi Christum iacentem in cunabulis repererunt, nos eum regnantem habemus in caelo.

Homilia tertia unde supra.

Vamuis, dilectissimi fratres, Christus, salutis nostrae dominus, omnipotentis patris filius coaeternus, uelamine carnis adopertus, & humilis, dignatus sit uisitare mortales: dedit tamen multa ac maxima suae maiestatis indicia, quibus mens humana sentiret & nouum hominem natum, & Deum aduentasse de caelo. nam cum ipse dominus noster lege natiuitatis humanae paruulus

& infans apud Iudæam uagiret in cunis, lateret in pannis: magnificentiam tamen eius uniuerso orbi mirabilis ab alto stella prodebat. quis enim dubiter ipsam stellam lætiori luce, & fulgentioribus radiis coruscasse, quæ cæli terræq. lumen humanis oculis ingerebat? et necesse erat, ut stella hæc a ceteris sideribus orbe clariore distaret, quæ annunciabat Christum, cuius natiuitas ab uniuersis mortalibus differebat. et nouo quidem sidere tunc micabat cælum: sed magis nouo mundo lumine refulgebat. Quis hanc inuestigare miraculorū gloriam posset, quod pro remedio salutis nostræ uno eodemq. momento creatura lucebat in cælo, & creator splendebat in terris? Nec mirum, carissimi, cælorum dominum testimonium cæleste prosequitur. aut cur nobis incredulum uideatur, si conditorem suum obsequens factura testatur? Et mirabatur quidem terra, quod nouam stellam uideret in cælo: sed plus mirabatur cælum, quod nouum solem uidebat in terris. Quam profundæ cogitationes domini, & inuestigabiles uia eius: quæ, ne perfidia hominum partum uirginis impugnaret, dedit ab excelso clarissimum signum, quod nec gentilitas refutare posset, nec Iudæa celare. Veniunt itaque, ut lectum est, ab oriente Chaldæi, sequuntur præuiam stellam, non magica arte recognitam, sed sui nouitate mirabilem. Iccirco autem magi apud Israel præcipue natum regem requirunt, quia Balaam ille, ariolus & sacerdos quondam gentium, cuius asina locuta perhibetur, stellam ex Iacob oriundam, & hominem ex Israel prophetauerat esse uenturum: ait enim inter cetera, sicut legitur: Orietur stella ex Iacob: & exurget homo ex Israel. Nemo ergo nunc miretur, natiuitatem dominicam agnouisse Chaldæos: quam utique si reuelante Deo gentilis prænunciare potuit, potuit gentilis agnoscere. fuit enim hoc, quantum æstimari datur, supernæ dispositionis arbitrium, ut inter sacratissimas prophetarum uoces etiam ab infideli homine eius prædicaretur aduentus, qui pro fidelium infideliumq. erat redemptione uenturus. Et ea nimirum ratione prophetat idolorum sacerdos, ut, si Iudæis prædicatoribus de aduentu Christi credere forte gentilitas renuisset, suorum salutem testimonium sequeretur auctorum. Nec dubitemus, omnipotentem, ac benignissimum Deum Balaam illi alienigenæ præscientiæ dare potuisse sermonem, qui asinæ ipsius linguam in uerba potuit humana laxare. Loquebatur igitur sefforis arioli asina, pronum quippe animal, & naturaliter inspiciens terram, ut manifesto signaret indicio quod uniuersa gentilitas, quæ aris dedita, & in terrâ semper perfidiæ suæ pondere pressa, despiciens omnipotentis Dei cultum tacita erat, & muta, aduentante stella ex Iacob & homine ex Israel, erectis ad cælum oculis, æterni Dei gloriam quotidianis esset confessionibus locutura. Venit itaque, fratres, ab oriente illuminata gentilitas: Iudæa uero, durissimi cordis sui infidelitate cæcata, remanet in occasu. quo modo autem non uere in occasu & in tenebris tabescit omnis contumacia Iudæorum, qui, indefessi solis præsentiam respicientes, diem perpetuum perdididerunt? Et bene, carissimi, uno itinere tres simul adorari ueniunt magi: quia in uno Christo Iesu, qui omnium credentium uia est, inseparata ab eis erat trinitas adoranda. Deferunt autem & munera, quæ non tam munerata, quam mysteria probantur. offerunt ei aurum. in auro, fratres, ostenditur, captiuitatis nostræ pretiosa redemptio. in ture autē & dæmoniorum superstitio cessatura, & futurus ueræ religionis cultus aperitur. in myrrha uero, qua ex anima solent corpora conseruari, præfiguratur carnis nostræ reparatio, & resurrectio mortuorum. Hæc autem offerri Christo tam sacrata donaria, non magorum arbitrium, sed inspiratio omnipotentis elegit. quantum enim ad gloriam pertinet, Christi munera hæc inspecta carnaliter, maiestati eius omnimodis uidentur indigna. nā quo domino immortalis aurum, quod utique solis est mortalibus & usui,

&

& amoris? quo omnipotenti Deo tus, cuius nidore etiam simulacra a gentibus honorantur? aut quo ei myrrha foetidorum corporum condimentum, cuius carni nulla mortis erat dominatura corruptio? Quæ omnia, dilectissimi, apud Dei filium superflua uidebuntur, & uacua, nisi adumbrata in illis uitæ nostræ sacramenta credantur. Propter quod, fratres, speremus in domino, & confortetur cor nostrum; ut in nobis quoque stella fidei elucescat, quæ nos uia recta & sine errore perducat ad Christum. offeramus & nos actum nostrorum deuotionisq. munuscula; quæ iam non in terris, & in cuna iacens suscipiat Christus, sed quæ sedens ad dexteram patris amplectatur in cælo.

Homilia quarta unde supra.

It prophetarum præcipuus Esaias, sicut audistis, fratres carissimi: Illuminare illuminare Hierusalem: adest enim lumen tuum, & maiestas domini in te exorta est. Hierusalem uero, manifestum est, esse fidelium ciuitatem. Unde nos, fratres, qui portas cælestis Hierusalem coepimus introire, illumina-
A nare illuminare Hierusalem: adest enim lumen tuum, & maiestas domini in te exorta est. Hierusalem uero, manifestum est, esse fidelium ciuitatem. Unde nos, fratres, qui portas cælestis Hierusalem coepimus introire, illumina-
 temus: quia noua hodie stella nouum mundo hominem reuelauit: hoc profecto die Christus Iesus, a patre ueniens, Deus & homo natus e femina, sub specie adorantium Chaldæorum fidem gentium dedicauit. qui quamuis diuinitatem suam nostri corporis adumbratione uelaret: Deum tamen esse illum cælum prodidit, & terra cognouit. Humilis quidem, sed mirabilis uenit; ut pariter in eo & assumptæ carnis ueritas, & ineffabilis deitatis natura fulgeret. Et quamquam nascentem illum cunabula terrena susceperint: nõ tamen esse terrenum cæleste signaculum testabatur. in cunis namq. iacebat, sed radiabat in cælo. uagiebat apud Iudæos, & apud gentiles regnabat. in Bethleem lactabatur a matre, & in Chaldæa adorabatur a magis. Ait namq. beatissimus Matthæus euangelista: Ecce magi ab oriente aduenerunt dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Quam bene ab oriente properare dicuntur, qui adoraturi sempiternum ueniunt orientem, de quo dictum est: Et uisitauit nos oriens ex alto: illuminare his, qui in tenebris sedent.
 Deinde subiungunt Chaldæi: Vidimus stellam eius, & uenimus adorare eum. Eius, inquit, stellam uidimus. Bene, eius: quia quamuis omnes ab eodē creatæ stellæ ipsius sunt: hæc tamen proprie Christi erat, quæ specialiter eius nunciabat aduentum. Et ceteræ quidem factæ sunt stellæ, ut mundi istius tempora, curfusq. distinguerent: hæc uero prodire iussa est, ut ipsum mundi dominum, & regni cælestis adesse tempus ostenderet. Aiunt itaque magi: Vidimus stellam eius, & uenimus adorare eum. Ecce, Christum qui non habent, habere uolunt, & inuenire contendunt. Iudæus Deum suum refugit, paganus inquit, quod proximus non agnoscit, alienus intelligit. gentilis stellam Christi uidet, & uenit. Iudæus Christum uidet, & inuidet, sicut lectum est: In sua uenit, & sui eum non receperunt. Vere Iudæa durissima, suaq. infidelitate cæcata, non uidebat quod stella radiabat, nec audire poterat quod angeli conclamabant. Igitur, inquirentibus magis, ac dicentibus: Vbi est, qui natus est, rex Iudæorum? Et turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Turbatur rex, regno, credo, metuens suo, nescius quia Christus non ueniebat regnū eius inuadere, sed saluare; & quod nulli inferret mortem, qui est uita cunctorum. Et cum perambularent magi: Stella, sicut lectum est, quam uiderant in oriente, antecedebat eos, donec uenit & stetit supra ubi erat puer. Numquid non dicere, & clamare uidebatur, hic est puer, quem natum testabar e cælo? Hic est rex ille magnus, qui uenit cælesti imperio
 I 3 regnum

regnum sociare terrarum. Vere stella hæc dominicæ natiuitatis ministra; quæ tanto est Chaldæis obsecuta famulatu, ut in inquirendo Christo non solum eos merneret e cælo, sed & ducatum illis præberet in terris. Adorato itaque domino magi, oblatiſq. muneribus, prætereuntes Herodem, Per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Neque uero poterant per Herodem, id eſt, itinere mortis redire, qui in patriam ſuam, adorato Dei filio, cæleſtis uitæ munera reportabant. *Matth. 2*
 Eluſus ergo Herodes & contemptus a magis, (ut ait euangelista) iratus eſt ualde, & miſit, & occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem a bimatu, & infra. A bimatu, inquit, & infra ætas ſcribitur occiſorum, ut occidentis innotefcat acerbitas. O ira peruerſa, inconſultaq. ſæuientis indignatio. Chaldæis irafcitur, innocentes interficit; & dum in mortem immaculati fertur infantis, lætentium perimit turbas, quatenus iniquiſſimum regem, qui indebitum quærebat ſanguinem, proſtrata multitudinis multiplex reatus inuolueret. nec aduertere poterat furentis inſania, quod ille, qui mortuos morte ſua uiuificare ueniebat, cogi in mortem non poſſit inuitus. Et hæc omnia, cariſſimi, agebat per Herodem diabolus; ut per uoluntatis ſuæ miniſtrum aut Chriſtum perimeret, aut paruulorum nece lætiſſimum Chriſti contriſtaret ingreſſum. ſed nulla ſit apud fideles innocentium de morte triſtitia: quia Chriſtus iuſtiſſimus retributor, propter ſe paſſos ſuæ fecit particeps paſſionis, atque eos, quibus libenter uitam parabat æternam, patienter permiſit occidi. Proinde nos, dilectiſſimi, uenientes ex gentibus, quibus in ſtella dominica ſalutare lumen radiauit e cælo, apud quos uirginis fidelis eſt partus, quibus Chriſtus & in cunabulis Deus eſt, deuotionis ac fidei noſtræ munera deferentes, Herodis perfidiam declinemus; & ſanctificato corpore ac ſpiritu noſtrâ miſericordiam diligentes, ſacraſſimum ſemper domini honoremus aduentum; ut ſicut de eius illuminatione gaudemus, ita de noſtra retributione lætemur, adiuuante domino noſtro Ieſu Chriſto.

Homilia quinta unde ſupra.

Alutare nobis eſt, fratres, atque conueniens, ut concurrentes ad feſta dominica, & myſteria ſaluatoris noſtri, de cuius natiuitate gauiſi ſumus, eius ma-niſtatione lætemur: quia ſicut naſcendo glorioſus eſt Dei filius, ita apparendo mirabilis. mirum namque, quod Chriſtus proceſſit ex uirgine: nec minus magnificum, quod oſtenſus e cælo eſt. mirum ualde, quod nouum hominem terra ſuſcepit: ſtupendum nihilominus, quod nouum hunc hominem noua de cælo ſtella prodiderit. Apud Iudæam Chriſtus in præſepi paſtoribus uagiebat: & in Chaldæa magorū oculis inter ſidera coruſcabat. apud Iudæos ſordebat in pannis: apud gentiles fulgebat in gloria. Et quidem neceſſe erat, ut cælorum dominum teſtimonium cæleſte præcederet, & auctore lucis ſignum luminis reuelaret. Magnum hoc, fratres, tremendumq. myſterium, cum unus idemq. annunciat de patre Deus, & homo de matre; unus idemq. filius feminæ, & filius maietatis; unus idemq. hominum particeps, & dominus angelorum. quis enim ualeat æſtimare, quanti ſacramenti, quantæq. ſit gratiæ, quod ille ſugit ubera, qui paſcit omnia; & qui uniuerſis animantibus uiuendi ſubſtantiam præſtat e cælo, ob ſalutem terreſtriū terreno lacte nutritur? Nullus ergo ambigat, nemo cunctetur, quod Chriſtus in terra degens fulgebat in cælo: quia ſic uenit ad terras, ut non relinqueret cælum. Et inde eſt, quod uirginalem hunc puerum laudant angeli, mirantur paſtores, cælum atteſtatur, uenerantur & magi: quia myſtica eius natiuitas ſempiterno gaudio & terram lætificauit, & cælum. Hunc ergo regem cæleſtium, homi-

hominumq. rectorum, ſub carnis myſterio uenientem, inuidus tremiſit Herodes, Iudæa inſidelis abiurat. Tremiſit Herodes infantem regiæ dignitatis, quia bonitatem naſcentis ignorat. abiurat Chriſtum Iudæa, quem prædicat; quia impietari-bus ſuis metuens, iuſti iudicis reſugit æquitatem; & ſclerum ſuorum obcæcata tenebris, ſola uidere non poteſt, quod omnibus ſplendet e cælo. et cum omnium patriarcharum doctrina, ac prophetica ſanctorum uirorum eloquia ad agnitionem filii Dei Iudaica corda non flexerint, unius ſtellæ radius fidem gentium ſuſcitauit. Quæ tanta permutatio, fratres, quæue iſta conuerſio eſt? apud Iudæos propheta loquitur, nec auditur: apud gentiles ſtella tacet, & ſuadet. uere, ſicut ſcriptū eſt, Quibus non eſt nunciatum de eo, uidebunt; & qui non audierunt, intelligent. Ecce enim Chaldæi, quibus nihil umquam fuerat de huiuſmodi myſteriis prædicatum, intellexerunt natiuitatem Chriſti; ipſumq. Chriſtum ſollicite perquirentes, cælo monſtrata ſtellæ ducatu inuenire meruerunt. Nec ſane a quibuſcumque uilibus, obſcuris abiectisq. hominibus hæc ſunt uel intellec-ta, uel uifa, ſed a Chaldæis, id eſt apud quos ſuperſtitionum regnabat error. in his ingreſſus mundum Chriſtus primitias fidei ſalutaris inuenit: et factum eſt inter Iudæos, atque gentiles quoddam perfidiæ, fideiq. certamen. nato enim Chriſto, exultabat Chaldæa, & tota cum ſuis principibus Hieroſolyma torquebatur. inſectabatur Iudæus, magus adorabat: & Herodes acuebat gladium, Chaldæus munera præparabat. Sed quid mirum, ſi turba illa Iudaica Chriſti non ſuſcepit infantiam, quæ etiam mortuos ſuſcitantem contumaciter abuſa contempſit? Quid mirum, ſi in cunis iacentem Chriſtum ſpreuere Iudæi; quem, cum cæcis uel noua daret lumina, uel repararet amiſſa, languoſeq. uarios ſalutifero ſermone curaret, ad omnia beneficia domini redimentis ingrati, mendacis linguæ calumniis incuſabant? Quid mirum, ſi in eius natiuitate ſtellæ ſplendentis indicia neglexerunt, in cuius paſſione etiam ſole lugente lætati ſunt? Quid mirum, ſi, Chaldæis aduentantibus, hi credere noluerunt, quos ad fidem ueritatis adducere concuſus non potuit angelorum? Lætemur itaque nos, fratres, & exultemus in domino, feſtiuitatem perennis myſterii omni cum gaudio celebrantes; qui natiuitatem dominicam nõ coniecturis carnalibus abnegamus, ſed fide ſimplici conſitemur; qui ſaluatoris aduentum non nunciantibus magis, ſed atteſtante de ſuper patre cognouimus; qui Chriſtum dominum non iam inter cunabula uagientem quærimus, ſed regnantem ueneramur in cælo Ieſum Chriſtum dominum.

Homilia ſexta unde ſupra, de baptiſmo Chriſti.

Omplura nobis, fratres, atque diuerſa feſtiuitas præſentis diei ſalutarium myſteriorum ſacramenta multiplicat. nam, ſicut poſteritatis ſuæ fidelis mandauit antiquitas, hodie ſaluator humani generis, cæleſtibus oſtenſus iudiciis, a Chaldæis eſt adoratus: hodie Chriſtus beati Ioannis miniſterio in Iordanis benedictione proprii baptiſmatis conſecrauit. hodie etiam inuitatus ad nuptias, diuinitatis ſuæ potentiâ ma-niſtans, aquas in uinū, aquas, inquam, uertit in uinū, hoc eſt, quas ſanctificauit in baptiſmo, nobilitauit in nuptiis. Tria quidē hæc, fratres, unius fidei myſteria recenſemus, ſed quæ per unū dominum di-gnatio trinitatis impleuit. neque enim aliquando in operatione uirtutum abeſſe ſibi unitas poteſt, aut umquam ſeparari ab inuicē poterit, quod deitate eſt indiuiſum. Denique, cum baptizaretur ſaluator, non ſe deeſſe unigenito pater in uoce prodidit, ſpiritus in columba. Non ergo miremur, fratres, quibus in fide eſt tri-nitas, ſi tria unum nobis diem myſteria conſecrarunt. Hodie itaque, ut diximus, magus

magus per stellā reperit, quod Iudæus credere noluit per prophetas. hodie gētilitas edocta de cælo redemptorē mundi inquirat ut regem, muneratur ut fortem, adorat ut Deum. Et quā recte, carissimi, in testimoniū nouæ natiuitatis, noua terris stella resplenduit; cuius utique Iudæorū gens perfida nec radium occultare possit, nec abscondere ueritatem. neque enim ulla iam per eos poterat locum habere malignæ interpretationis obscuritas, ubi cælum ipsum uniuersorum oculis fidere lumine credenda fulgebat. Et quam hoc mirabile, quod exiguus stellæ radius stupentia alienigenarum corda permouit; cum illum Iudaicum populum, cui mare diuisum, cui præbitum manna de nubibus, nec ignea potuerit & ipsa de cælo incans columna conuertere. Sed iam ad Christi baptismum properemus. Venit, inquit, Iesus ad Iordanem, ut baptizaretur a Ioanne. cui ait Ioannes: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Ego utique a te debeo baptizari, quia mihi est ex paterna præuaricatione corruptio, & tibi in paterna maiestate communitio. Ego in hunc mundū carnali sum parente profusus: tu uero huc ab ingenito patre unigenitus aduenisti. Me uiri & feminæ naturalis copula procreauit: te autem, altissimi obumbrante uirtute, ueneranda nobis uirginitas dedit. Ego terrenum animal: tu agnus Dei. Ego peccati lege mortalis: tu autē aduersus peccata ueniens, nescis subiacere peccato. Et post omnia ego factus sum redimendus a te: tu autem natus, ut redimas. Cui dignatus respondit Iesus: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Id est, omnia quidem uera sunt, quæ memoras: sed hæc mei aduentus est ratio, ut, quia sub lege factus sum, ordo legitimus suppleatur: ueni enim, non ut mihi uiuerem, cui uita æterna cum patre est, sed ut conditionem uestre mortis auferam. Et hoc est iustissimum, ut, quia totum suscepi hominem, per omnia hominis transeam sacramenta. Et reuera, fratres, quo modo pro nobis Christus ad baptismum non ueniret, propter quos etiam corporeæ circumcissionis non uitauit iniuriam? Unde & Ioannes salutare mysterium recognoscens, nō iam Dei filium, ut Baptista, sanctificat, sed ut deuotus minister cælestis obtemperat imperatis. nec enim poterat non obedire seruus domino, præco iudici, regi miles; præcurfor auctori. Atque ut hæc omnia diuinitate agi plenius perfectiusque propheta dignosceret, in specie columbæ sanctus se spiritus uideri dedit, & in uoce sermonis pater audiri: ait enim: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Videte, & intendite, fratres, quantum gratiæ de diuina dignatione mortalitas consequatur. nam ut sacratissima redemptionis nostræ mysteria confirmentur; & ut manifestius æterna nobis trinitas reuelaretur; baptizatur filius in Iordane, spiritus sanctificat sacramentum, pater aperit ueritatem. Superest iam, ut tertia deuotionis huius caritati uestre causa clarescat. Hodie nihilominus, ut perhibetur a patribus, dominus Iesus in Chana Galilææ de aquis effecit uinum. nihil a nobis est, fratres, in huiusmodi mirabilibus de creatore cunctandum. qui enim in exordio mundi dedit esse aquas, in fine quoque mundi quod uoluit fecit ex aquis. maioris nēpe maiestatis est, creare quæ non erant, quæ creata mutare. Et quid mirum, si ad præceptum domini sui aqua transiit in uinum, cuius nutu salubrium fomenta imbrium & ipsa uini genitrix uua nutritur? Quid mirum, si dominus omnium propter hominem aquas uertit in uinum, qui, ut hominem conderet, terram transformauit in carnem? Quid mirum, si eius iussu aqua meliorem proficit in saporem, cuius operatione, cum amara esset, in myrrha bibituris populis ligno medicante dulcata est; cuius imperio etiam, ut sitiētibus in eremo non deesset, concita prosiluit e petra? Et ibi quidem per Moysen aqua procedit e saxo, ubi adhuc figura spiritalis est poculi: hic uero per Christum efficitur uinum, ubi iam uera est bibentium salus. Quid igitur, fratres, hoc lætius die, quid

Matth. 3

Ioan. 2

Exo. 15

10

20

30

40

quid hac sollempnitate sacratius, in qua partum uirginis, qui latebat in cunis, stella fulgentior gentibus coruscavit; in qua unigenitum Dei in sanctificationem sui Iordanis unda suscepit, homo spiritum sanctum uidit, patrem mundus audiuit; in qua etiam sobrio illo uini mirabilis poculo peccatis ebrium mortale genus uisitate se Christus ostendit? Et ideo, carissimi, in spiritualibus donis lubricæ carnis uoluptate deposita, spiritualiter gaudeamus; ut tenebras cordis nostri lumen stellæ cælestis irradiet, benedictio paternæ uocis illustret, & salutare nos uinum Christo propinante lætificet.

10 Homilia septima unde supra, & de baptismo Christi.

Icet, fratres dilectissimi, de sollempnitate diei huius ueterum sit diuersa traditio: una tamen sanctæ deuotionis est fides. et quamquam nonnulli hodie dominum nostrum Iesum Christum stella duce uenientibus ab oriente magis æstiment adoratum; alii autem asserant, eum aquas in uina mutasse; quidam uero baptizatum illum ab Ioāne confirmant: in omnibus Dei filius creditur, in omnibus est nostra festiuitas. nam quod magis utique gentilibus & adorare dominum, & munera offerre conceditur: gentium est præfigurata uocatio. quod aquæ transformantur in uinum: religionis nostræ designatur arcanum. quod uero 20 fluentis Iordanis baptizatur Iesus: aquæ nostro baptismati consecrantur. Oportet itaque, carissimi, ut aliqua nunc de ipso baptismate sanctitati uestre, prout dominus donauerit, proferamus; ut simul & humilitatem saluatoris nostri, & mysteriorum gloriam cognoscatis. Prædicabat in deserto Ioannes baptismum penitentia populo peccatori, non quo crimina commissa deleret, sed quo emendaret errantes. nam remissio peccatorum Christi gratiæ seruabatur. Consuebat ergo ad Iordanem desiderio lauacri diuersorum copiosissima multitudo; quorum essent tam scelerati actus, uita tam perditā, ut eos uenerabilis Baptista uipereo semini compararet. inter huiusmodi homines ille uirtutum cælestium dominus, ille, qui respicit terram, & facit eam tremere, Christus Iesus, non dedignatur humilis & 30 quietus ad seruili sui baptismum properare. Sed quid mirum de mansuetudine saluatoris, si se prophetae sui manibus inclinauit, qui se ab inimicis suis passus est crucifigi? quo properante ad fluuium talem Ioannes circumstantibus turbis erupit in uocem, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hoc est dicere: cessate iam, cessate a baptismo meo, quo penitētia suscipitur: ecce baptista, per quē crimina dimittuntur. Desinite ulterius a conserno uestro baptizari uelle: præsens est dominus omnium nostrum, qui baptizat ad uitam. illum sequimini: illi credite: ab illo lauacrum salutis tota mente supplices postulate, a quo & ego ipse baptista uester cupio baptizari. Non renuit quidem Iesus testimonium uocis huius; sed qui per ordinem uellet uniuersa complere, nihilominus baptizari se expetit 40 ab Ioanne. Tum Baptista deuotus baptizandi sui potentia tremefactus ait: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Id est, quoniam ego creatura sum, tu creator, ego seruus, tu dominus, ego figura, tu ueritas. At Iesus ait: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Id est: quid nunc ista commemoras? propositum susceptæ humilitatis implendum est. Tunc ille, qui præsumere formidabat, uelociter paruicentis imperio. Baptizatur ergo Iesus non sibi, sed nobis. baptizatur non ut purificetur aquis, sed ut aquas ipse sanctificet. baptizatur nouus homo, ut noui baptismatis constituat sacramentum. Aperti sunt, inquit, ei cæli. Aestimo ut in cælestibus esset miraculum, de his, quæ gerebantur in terris, sicut ait scriptura, In quem concupiscunt angeli prospicere. Quo modo enim

Matth. 3
Lucæ 3

Psal. 103

Ioan. 1

Matth. 3

1. Petr. 1
enim

enim poterant non mirari uirtutes caelorum, & dominationes Cherubin, & Seraphin; cum uiderent dominum Sabaoth in fluuio ab homine baptizari? Vt autem Ioannis attestatio etiam caelesti testimonio confirmetur, uidit spiritum sanctum corporali specie quasi columbam descendentem, & manentem super Iesum. Audir & patrem dicentem: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Aduertite, dilectissimi fratres, quanta nobis in baptismo domini nostri Iesu patefacta sit gratia, qua subtili sacramento trinitas se hodie homini reuelauit. pater enim auditur in uoce, filius manifestatur in homine, spiritus sanctus dignoscitur in columba. quam mirifico autem mysterio dominus noster Iesus Christus, uel tactu corporis sui, uel transitu gloriae suae omnem ad momentum creaturam sanctificat, uiuificat, & illustrat. aquas enim consecrat, dum baptizatur: terra sanctificat, dum sepelitur: mortuos suscitatur, dum refurgit: caelestia glorificat, dum ascendit ad caelum, & sedet ad dexteram Dei patris.

Homilia octaua unde supra, & de gratia baptismi.

Edemptionis nostrae auctor aeternus, omnipotens dominus, unigenitus
R Dei uiui, inseparabilis semper permanens apud patrem, ita pro nobis perfectum suscipere dignatus est hominem, ita quod Deus erat exinaniuit in semet ipso, ut per omnia legalium sanctionum sacramenta transiret. Nam ut primum beatae matris sancto processit ab utero, circumcisionis signaculo dedicatur; siue ut indubitatae carnis suae ostenderet ueritatem; siue ne eum alienigenam alimna circumcisionis plebs Iudaica declinaret. Dein, quia tradita per Moysem legis praeteriti praecpta non poterant, offertur pro eo purgationis holocaustum. et pro illo, fratres, holocaustum purgationis offertur, qui omnium hominum sordes purgaturus aduenit. Sed cum Ioannes praemissus ante faciem eius concurrentes ad se populos & praedicatione corrigeret, & penitentiae baptismo consecraret; ipse ad eum inter promiscuas uilesque turbas uelut unus e populo properauit; et tanta pose benignissimus dignatione subiecit, ut illud sacratissimum caput, tremendum pote statibus, angelis uenerandum, ad suscipiendum baptismum seruuli sui manibus inclinaret. Quem uidens Ioannes uenientem ad baptismum suum, ac dominica in eo gloriae insignia recognoscens, dixit ei: Ego a te debeo baptizari. Hoc est, terrenus a caelesti, mortalis ab aeterno, fragilis a potente. Et tu uenis ad me? Ad praecurforem iudex, ad creaturam creator, rex ad ministrum. & humiliabis te mihi exiguo, cum tua non sum dignus calciamenta portare? Tu inter peccatores ad baptismum uenis, in cuius ore dolus inuentus non est, & per quem totius mundi peccata tolluntur; ac tantum te tuis subiicis creaturis, ut puteris obliuisci quod Deus es. Ego quidem hominem uideo, sed meum dominum recognosco. humanum in te corpus aspicio, sed caeleste intelligo sacramentum. neque me species hac carnis assumpta a fide ueritatis abducit: tu es domine, tu es ipse, qui me ad ista misisti. quo modo autem nunc ego astantem praesentemque ignorare possum, quem dudum adhuc in utero uirginali, & intra materna uiscera constitutum nec dum ipse natus agnouit? Cui Iesus ait: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Sine modo, inquit dominus. Hoc est, uera sunt quidem, nec renuo ista, quae memoras: sed ministerium ueni seruitutis implere, ut eos, quos peccatum subdidit seruituti, ad meam reuocem libertatem. Nec mireris Ioannes, si tuis me manibus inclino, qui enim contentus sum nasci, contentus circumcidi, pannis etiam contentus inuolui, quo modo non Iordanem hunc contentus libenter ingrediar? Noli putare iniuciosum mihi, indignumque uideri hoc baptismum. alia me manent

Exo. 13
Luc. 2

Matth. 3

Esa. 53
1. Petr. 2

manent iniuriae, aliae sunt contumeliae, quas pro humana perpeti salute disposui. Post haec beatus Ioannes suscepit deuotus, quem timidus prohibebat. Nec ignorabat prophetarum ille praecipuus a se dominum baptizandum; sed ministerium suum noluit sine confessione complere. itaque & fides confessa est dominum; & obedientia impleuit obsequium. Baptizato itaque domino, & spiritus sanctus adfuit, & uox de caelo paternae maiestatis audita est dicentis: Tu es filius meus dilectus, in quo bene complacui. Quod factum, fratres, nostrae proficere fidei manifestum est, ut praesentia sancti spiritus, & auctoritas paternae uocis apud omne hominum genus, & testimonium Ioannis, & ueritas filii, & sacramentum baptismi firmaretur: per quod magnificamus, & glorificamus Deum patrem omnipotentem, per dominum nostrum Iesum Christum.

In die Cinerum homilia.

Via nonnullorum est consuetudo, carissimi, aduenientes quadragesimae dies deuotiore ieiunio praenire; necessarie praesens euangelii decursa est lectio; in qua dominus noster uirtutum spiritualium retributor, sanctam nobis perfectamque dedit regulam ieiunandi, dicens: Cum ieiunatis, non eritis sicut hypocritae tristes. exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunare. Non enim Deo ieiunat, sed hominibus, quicumque ostentatione ieiunii sui gloriam requirit humanam. Exterminant autem facies suas, qui maeore simulato religiosum uultum populorum oculis mentiuntur. non uult enim disciplinae caelestis magister irreligiose agi, quod fieri pro religione praecipitur: nec patitur inuocantium se laborem, quibus aeternam parat mercedem, infructuosae iactantiae uitio deperire. Non eritis, inquit, sicut hypocritae tristes. Si enim uere maestus & tristis es, quia ieiunas: nullam tibi ut ingratus apud Deum gratiam referuabis: quia quamuis opus facias bonum, prauitatem tamen degeneris animi inuitus operaris. si autem pro quadam sanctitatis imagine tristitiam simulas: omnem fructum promissionis diuinae obsequii tui ostentator amittis. quod si Deo ieiunium tuum defers: cur illud hominibus pari tecum condicione uiuentibus uanae gloriae sectator ostentas? Hanc nimirum Paulus apostolus secutus sententiam dicebat: Nolite fieri inanis gloriae cupidi. Inane est enim, & uanum, quidquid nullius ponderis, aut uirtutis firmitate consistit. Inane est quod cum saeculo praetereunte deficiens ad uitam non transit aeternam. quidquid enim pro carnali honore laboratur, corruptibili cum carne dilabitur, ut ait propheta: Omnis caro fenum, & omnis gloria hominis ut flos feni. aruit fenum, & flos decidit: uerbum autem Dei manet in aeternum. Nec possumus, dilectissimi, pro uno eodemque opere & laudem mundi adulantis expetere, & praemium uitae caelestis acquirere. Sed unge, ait, cum ieiunas, caput tuum, et laua faciem tuam. Vngit reuera omnis deuotus caput suum, cuius religiosum ieiunium sanctae elemosinae ubertate pinguescit. & si altius aliquid cogitemus, unges caput tuum, quod est Christus, si bonis operibus meliora subiungens simpliciter cum deuotione laetifices. Lauabis sine dubio & faciem tuam, atque omni eam laetitiae serenitate deterges, si diuino iucundior cultu, nullius uanitatis affectatione sordescat. Illo tempore eorum uultus est, qui falso oculorum maeore praeconia mundana mercantur. quos apostolus sententia sua notat, dicens: Quae sunt existimant esse pietatem. Et cum haec ita sint, non repellit dominus lugentes uel peccata sua, uel mundum, qui dixit: Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Non reprehenditur ille, qui dudum corde deuotus, & lubricis gressibus a tramite salutis elapsus, redintegrare se Deo maesta penitentiae satisfactio-

Matth. 3

Matth. 6

Gal. 6

Esa. 40

1. Tim. 6

Matth. 5

Matth. 6

factione conatur, ut in quinquagesimo legitur psalmo: Cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Non utique spernit Deus sanctum mareorem, sed seruiens sibi artificem & dolo simulatam non uult circumferre tristitiam. de quibus ait Christus ad discipulos suos: Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. Quanta est igitur spes fidei eorum, uel quæ futuræ retributionis expectatio, qui omnem mercedem operum suorum in præfenti sæculo temporalis auræ ambitione consumunt? Et ideo, fratres, inoffensam, & Deo placitâ in omnibus tenete mensuram: sit apud uos purum ieiunium, simplex misericordia, omnisq. sincera deuotio, ut sanctam uitam uestram, euangelica institutione perfectam, plena Dei nostri retributio prosequatur.

10

Homilia prima de ieiunio quadragesimæ.

Vdistis, carissimi, sicut euangelica tuba cecinit dominum, ac redemptorem nostrum, aduersus tentamenta diaboli reluctantem quidem uerbis, sed spiritu dimicantem. sermone enim certamen agit, sed peragit maiestate uictoriam. Nec sine ingenti mysterio huiusmodi putemus esse conflictum, in quo aut accensus diabolus in uerba prorumpit, aut rerum dominus tentatori suo uerbis nihilominus respondere dignatur. In his autem omnibus nostræ salutis est ratio. Nobis saluator esurit: pro nobis loquitur. nos in illo uincimus: quia nos ei causa sumus pugnandi. nam quis ambigat unigenitum patris, cui nulla obuiare poterat creatura, pro illis iniisse certamen, quorum se carne uestiuit? Humani igitur corporis forma hostem callidissimum prodire suasit ad proelium, quem uerus Dei filius ueri hominis responsione confundit. propter quod errabundus & anceps tentator mollia suspensaq. tentameta rimatur: quia licet carnalis uiri speciem contemplaretur in Christo; præsentia tamen diuinitatis eius concitatus, suspicabatur eum plus esse, quam hominem. Animabat itaque illum præsumere congressum partus femineus, sed terrebat uirginitas parientis. quamuis enim Christum Maria, Euæ utique filia, peperisset; non tamen eum conceperat de Adam. Cum ergo uideret inimicus Dei filium tanta per miracula procreatum, uoluebat secum, ut arbitror, atque admirans dicebat: Quis iste est, qui, nesciente me, hunc ingressus est mundum? noui quidem, quia de femina natus est; sed nescio, unde conceptus. Astat ecce mater; sed patrem inuestigare non possum. Partum uideo; sed non agnosco nascentem: & quod stupori meo adcreuit, inconstuta lege pariendi etiam edito filio mater exultat ut uirgo. En iacet in cunabulis paruulus, suffundit lacrymis uultum, similemque esse mortalium uagibus prodit; & cum nihil ei de infantia desit, nulla tamen illi est uelut in infante corruptio. pannis obfusus fordet: sed cælum illi radio stellæ lætioris arridet, atque in honorem ipsius ministrantes ei angeli inter sidera terrasque concurrunt, & exultantes annunciant, quæ non intelligo, nouitate. quid hoc miraculi est? uideo, quod aduertere nequeo: 40 numquam hoc mihi contigit, ut quisquam nasceretur homo, & humani uitii nil haberet. quæ hæc tam noua potensque generatio est? Inter peccatores & impios natus, mortali etiam de matre progressus, purgator cunctis nascentibus, & ipso mihi hæc cælo purior apparet. Auaritiæ in eo radix nulla consurgit: nulla cor eius pulsata inuidia: nescit lingua eius mendacium: oculi eius concupiscentiam non admittunt: nulla aurium uoluptate mollitur: luxuriæ certe, per quam mihi humanum subieci genus, peccus eius non potest penetrare: nulla illi iactantia inest, nulla malitia. Et quid plura? Nihil in eo reperio, quod me delectet: omnes meos conatus euacuat.

euacuat. Quid agam? quo me conuertam? fortiosem sentio: puto illum in regno meo uelle regnare: ne forte Deus sit iste, quem nullum potest maculare delictum: sed si Deus esset; quo modo indignitates partus femine sustineret? quo modo esset cunis pannisq. contentus? quis credere possit infantia uagitus in Deo? cui non audienti ridiculum est Deum femineo lacte nutrir? post omnia ecce esurit, cum utique esurire Deum ratio nulla persuadeat. Ignorabat nimirum diabolus, quia quod Christus nutrimenta perferbat infantia, quodque esuriebat ut homo, non erat fragilitatis corporeæ, sed cælestis gratiæ sacramentum. Dei enim filius, cui cum sempiterno patre intemporalis constat æternitas, qui cum suo genitore naturaliter impassibilis, incorrupto regnat imperio, egit in carne nostra salutare mysterium, & ob hoc communem mortalium subiit passionem, ut inimicum generis humani hominis certamine triumpharet. unde & præsumptor ille furore suo cæcatus ait ad dominum: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Stultissima hæc eius, inanisq. subreptio. per panem enim uult eum tentare, qui panis est, æstimans illum escæ penuria laborare, qui uoluntariam perferbat esuriam. Cui respondit dominus: Scriptum est: Non in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Hoc est dicere: Frustra diabole iterum per escæ supplantare conaris: sufficiat tibi, suadendo cibos illicitos in paradiso Adam per te fuisse deceptum. Nec esuries me uincit: nec tuis suasionibus credo. uoluntas enim Dei cibus est meus: 10 uerbum Dei mihi est perfecta refectio. Qua sententia repercussus iterum, ut æstimo, dixit diabolus: Quid hoc rei est? uideo illum esurire, & necessitatem in eo non inuenio manducandi. omnia ut homo patitur, & omnia uincit ut Deus. Adam ille, Dei certe manibus factus, meis quondam cessit insidiis: hic natus e femina, neque suis necessitatibus flectitur, neque meis consiliis acquiescit. illum serpentis ore superauit: hic me etiam ipsum loquentem contemnit. Iterum stanti domino supra pinnam templi ait: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Quam turbatus hoc loquitur, qui putat ei se posse præcipitium persuadere, a quo nihil potuit de panibus impetrare. Cui respondetur a Christo: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum. Id est: hoc, quod syades, diabole, tentationis 30 præsumptio est, non consilium sanitatis, iactantiæ uanitas, non uirtutis exemplum. inane est enim omne miraculum, quod utilitatem salutis non operatur humanæ. Et hac domini responsione cassatus, ostendit ei omnia regna mundi, & honores eorum, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Cui iterum respondetur: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiues. Id est: qui te demon adorauerit, non ei regna, sed inferna debentur. Adorare namque Deum uerum, eiq. seruire, prærogatiua regnandi est. tu autem, qui honores mundi expetita præuaricatione promittis, nec regnum dare posse te noueris. Ecce tentator trina iam interrogatione nihil proficit. incertus uenit, rediit incertior. adgressus est ut probaret, reprobatus abscessit. Ergo nunc, fratres carissimi, quia ieiunantis domini uictorias recensentes triumphum nostræ salutis agnouimus, ieiunia nostra religiosis sanctificemus obsequiis. quid autem est aliud sanctificare ieiunium, nisi ieiunii causa sancta uelle iusta facere, iniqua uitare? Sanctificat ille ieiunium, cuius cor adulatio potentum amicorum parentumque gratia, clientum etiam parua magnaue munuscula, a recti tramite non auertunt. Sanctificat ieiunium suum, cuius iustitia pretio non uilescit. Sanctificat ille ieiunium, qui flammam sæuientis iracundiæ, mansuetæ mentis placabilitate restinguit. Sanctificat ieiunium, qui lasciuientis oculos turpi ab aspectu habentis castitatis auertit. Sanctificat ieiunium, qui conuiciorum iacula, scuto patientiæ repercussa, dispergit. Sanctificat ieiunium, qui litigantium tumultus pacifici sanitate sermonis, K & lin-

Matth. 4

Deut. 8

al. credo

Deut. 6

Deut. 6. &

10

& linguæ prudentioris arte compescit. Sanctificat ieiunium, qui consurgentes in femet ipso uanarum cogitationum spinas, euangelico sulcante uomere, uelut quidam pectoris sui arator excidit. Sanctificat ieiunium, qui inopias egenorum pro quantitate substantiæ suæ miserantis manus humanitate solatur. Adprime sanctificat ille ieiunium, qui per omnia præceptis diuinæ legis intentus, diabolica a corde suo respuit tentamenta. Et ideo, fratres carissimi, si uolumus Deo placita exhibere ieiunia, simus in fide fortes, in iudiciis iusti, in amicitia fideles, in iniuriis patientes, in contentionibus moderati, refugientes turpiloquia, aduersus iniqua constantes, in conuiuibus sobrii, in uoluptatibus continentes, in caritate simplices, inter subdolos cauti, condolentes tristibus, contumacibus resistentes, in suspitionibus parci, inter maliloquos taciti, inter humiles cœquales. Si huiusmodi uirtutibus nostra uoluerimus sanctificare ieiunia; tribuente domino, ad festiuitatem paschalis gratiæ, & ad gaudia cœlestium promissionum indubitata fiducia, & conscientia lætiore ueniemus.

Homilia secunda unde supra.

Constitus iste mirabilis, quem inter cœli regem, & regni cœlestis tyrannum fuisse, caritatis uestræ auribus sancti euangelii lectio nunc decursa testata est, dominicæ nobis incarnationis triumphale mysterium sonat. Omnipotens enim dominus, ineffabilis pietatis affectu captiuitatem miseratus humanam, simulq. uolens diabolicam potestatem suo iam remouere de mundo, misit unigenitum filium suum non diuinitate degenerem, non uirtute dissimilem, non uoluntate discordem, qui nostram suscipiens carnem, spreta ueteri conditione nascendi, de femina incorrupti corporis noua lege nouus filius nasceretur, quatenus diabolus salutarem hunc hominem in consortium deitatis adscitum, etsi tentare præfumeret, superare non posset. Itaque cum uideret leo ille feralis agnum Dei post longissimum atque cœtinuum quadraginta dierum ac noctium ieiunium esurire, & esurientem Deum esse non crederet; arte illum callidissimæ temptationis aggreditur, dicens: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Cogitabat, ut æstimo, apud se tanti artifex doli, & dicebat: Si hic ipse est, cuius præcepto esurientibus per deserta populis manna fluxit e cœlo; si ipse est, quæ noui ego flumina produxisse de petra: poterit nunc in panem lapides transformare, & si non mea petitione, sua tamen necessitate, qui esurit. quod si fecerit; Deum probabo: si nequi uerit; hominem deprehendam. Expectabat ergo diabolus panem, quem nõ tam sibi acquirere, quam mundo conabatur auferre. sed rerum dominus, qui & panem de lapide posset efficere, & exploranti humanæ nollet salutis clarescere sacramentum, sic suum moderatus est sancto in ore responsum, ut nec ipse, qui ueritas erat, mendacium loqueretur, nec ille, qui ab initio mendax est, quam nõ erat crediturus, possit agnoscere ueritatem. ait ergo dominus: Scriptum est: Non in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Accepit tentator ex lege responsum, cui contraire non possit: non accepit panem, quem non manducandi consuetudine, sed decipiendi fraude poscebat. in quo enim filius Dei panem necessarium haberet humanum, cui omnis erat propria in diuinitate substantia? uel quæ ratione qualicumque de lapide Christus terrenum faceret panem, cum ipse, sicut legitur, spiritalis & panis esset, & lapis? Illusus itaque, irrisusq. tentator aliam machinam temptationis aggreditur. nam cum secreto suo arcanoq. consilio staret dominus supra pianam templi, ait illi diabolus: Si filius Dei es, mitte te deorsum, O quam stulta hæc uasio, nimiumq. peruersa, ut filio Dei diceret, Mitte te deorsum. numquid nõ rectius dixisset: si filius Dei es, ascende in cælum? quod utique

Matth. 4
Exo. 16
Exo. 17

Ioan. 8

Deut. 8

Ioan. 6
Matth. 21

si faceret dominus, uere illum Dei esse filium comprobaret. sed inimicus cœli ne tentando quidem ascensum uult suadere cœlestem: deorsum & in ima prouocat: quia optat omnes cadere, qui se sentit præ omnibus cecidisse. nec intelligit cæcus, quia illi conatur ruinam suadere, qui non solum cadere non potest, sed ruinas uenit emendare lapsorum. Dominus enim, ut lectum est, erigit elisos, dominus soluit compeditos. Qui ergo uenerat non decipi, sed decepta saluare, explorantis artem tanta mensura cautissimæ responsionis euacuat, ut tenebrosus hostis nõ solum mysterium pro nobis propositum uidere non possit, sed magis magisq. responsis dominicis circumactus, obscuriore confunderetur incerto. ait enim illi: 10 spiritualis proelii bellator inuictus: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum. Quam simplex in hac responsione prudentia, & quam circumspecta simplicitas, per quam nec ueritas reticetur, nec reprobis potest probare, quæ uera sunt. Vere, ut scriptum est, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cœprehenderunt. 10 Audit diabolus Deum non esse tentandum, non tamen agnoscit Deum hominemq. esse, quem tentat: uidet enim pariter Christum & respondere quæ hominis sunt, & posse quæ Dei sunt. Sed nequitia eius nec ista sufficiunt: tertia adhuc temptationis laqueos necit: Duxit, inquit, illum in montem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi, & honores eorum, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Sollicite, fratres, aduertite, quia cadere est omnne, quod suadet inimicus. uere enim procidit omnis, qui adorat diabolus: & uere cadit, qui potestates honoresq. mundi per artes sacrilegas inimico promittente seatur. Sed dominus ac saluator noster solita eum responsione confudit, dicens: Vade retro Sathanas: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Sanctarum illi scripturarum testimonia ingeruntur, non ut incouertibilis doceatur, sed ut impudens confutetur. Retro illi abire præcepit Christus, ut hostis durissimus, adempta sibi iam loquendi licentia, cuius uoluntatem agnoscere nõ potest, sentiat potestatem. Retro ei abire præcipitur, mundi qui dabit regna; ut imperio filii Dei, cui uoluntarius non cedebat, subiaceret inuitus, atque illi, a quo se adorari improbe poscebat, probaret merito ab omnibus adorandum. Et quid plura, carissimi? dum nefanda tentator loquitur, dumq. inconcessa præsumit, quasi ab homine uictus obmutuit, & quasi a Deo iussus abscessit. et necesse erat ab illius iam temptatione discederet, in quo tota se mole mouens, totisq. nisus uiribus, ne uestigium quidem suæ reperire potuit uoluntatis, stupens atque demirans post tot sæcula inuenisse hominem humanas concupiscentias non habentem, natumq. in carne nihil penitus corruptionis habere carnalis. Discedente itaque retrorsum diabolo, accedentes, ut lectum est, angeli ministrabant ei. Triumphus iste quantæ sit gloriæ, obsequia nos edocent angelorum. Nec mirum sane, si eius angeli ministeriis occurrerunt, cuius uictoriam mirabantur. Et ideo, fratres, si nolumus a diabolo superari, inhæreamus ei, qui diabolus triumphauit. adhærere autem est Christo, credere & paternæ illi deitatis esse naturam, & materni corporis ueritatem. Vincere autem diabolus ipso suffragante domino poterit, quicumque salutaria Dei præcepta suspirans, studuerit exosam cunctis tumidæ mentis suæ inclinare superbiam, radicem omnium malorum auaritiæ coercere, inimicam bonarum uirtutum refrenare luxuriem, hostem sanctæ caritatis inuidiam mitigare, inutilia & sæpe periculosa obtrectantium uitare colloquia, usuræ etiam perniciosæ non amare compendia, custodem pacis iustitiam munibus non grauare, noxia factionum horrere commenta, inglorium & nonnumquam cruentum indebiti honoris ambitum declinare, incentiua discordiæ, contumeliosæ linguæ maledicta cohibere, mendacia nihilominus, quæ uitam maculant,

Psal. 145

Deut. 6

Ioan. 1

Deut. 6

10

lant, animam uulnerant, amicitias dissipant, Christiano ab ore repellere; atque ab omnibus superstitionibus daemonum, idolorumq. sacrilegiis, per quæ uel maxime benignitas omnipotentis offenditur, ueri Dei amore diffugere. Si ergo ab his, atque uniuersis huiusmodi sceleribus, uitisiq. iugiter ieiunemus; sanctæ huius quadragesimæ rite celebrabimus dies, & omnium sollempnitatum nostrarum festa exultantes cum fiducia lætioris conscientiæ, & tranquillitate temporum transigemus, adiuuante domino nostro Iesu Christo.

Homilia tertia unde supra.

Exo. 34
Matth. 4

Exo. 32

Ioan. 11

A Duertite, fratres carissimi, quanta nobis spiritalis uitæ documenta succrescunt, quamquam magnificis ad propositum sanctitatis prouocamur exemplis, quod quadragenis referuntur diebus beatus Moyses, & Dei filius ieiunasse, illud sane perspicite, quia quantum distat seruus a domino, tantum necesse est eorum distare ieiunium. Moyses enim ueteris legis est, Christus noui conditor testamenti. Ieiunat Moyses, ut præceptis legalibus unius populi erudiat disciplinam: Christus ieiunat, ut uniuersas totius mundi redimat gentes. Ieiunat Moyses, ut præsentis uitæ mandata suscipiat: ieiunat & Christus, ut æternæ salutis sacramenta constituat. Ieiunat Moyses, ut Deum uideret: ieiunat & Iesus, ut unum se esse cum Deo, dum diabolus triumphat, ostenderet. Moyses post ieiunium scriptas digito Dei tabulas populo præuaricante confregit: Christus suo ieiunio mansurum per sæcula euangelium consecrauit. Quid illud est autem, quod, cum uterque quadragenos ieiunauerit dies, non uterque post ieiunium esurisse perhibetur? Moyses utique nõ esuriuit, ut in homine fragili operata diuinitas probaretur: esuriuit Dei filius, ut assumptionem carnis nostræ fragilem suscepisse hominem reuelaret. Quod non esurit Moyses, cælestis est possibilitatis exemplum: quod esurit Christus, nostræ redemptionis est sacramentum. Huiusmodi dominus peregit in sua carne mysterium, ut, sicut Deus esse diuinis uirtutibus creditur, ita & homo esse infirmitatibus dignoscatur humanis. Et hinc est, quod Christus ut homo esurit, & esurientes pascit ut Deus: hinc, quod fatigatur itinere, & claudis uirtutem tribuit ambulandi: hinc, quod oculos suos laxat in lacrymis, & mirabiliter cæcis reformat aspectum: hinc, quod appropinquante morte tristatur, & mortuū Lazarum suscitatur de sepulcro. Hæc omnia, fratres, conditor ac redemptor ut Deus & homo agit; non quia tales illi nascendi necessitas fuit; sed quia tale in cælo & in terris uoluit regnare mysterium. Illud etiam quantæ est admirationis in Christo, quod ita ad omnia tentatoris interrogata respondit, ut nec ueritatem regni sui tyranno proderet, nec mysteriū susceptæ carnis explorator agnosceret? Tanta denique sermonem suum subtilitate circumtulit, ut ille totius doli artifex inimicus, furoris sui errore deceptus, dum Christum tentat ut hominem, Deum in homine non uideret. Nos uero, fratres, quibus propugnator inuictus hanc uenerabilem quadragesimam dedicauit, repudiantes carnalia desideria, sic castigemus membra ieiuniis, ut animas uirtutibus saginemus. Ieiunet in nobis perniciofa luxuries, ieiunet omnis iniquitas, ieiunet odiosa contentio: abstineamus ab epulis, magis abstineamus a uitisi; sic nos temperemus, sic sobrii simus a uino, ut nulla nobis uoluptatum dominetur ebrietas, quid enim prodest, obseruatione quadraginta dierum ieiunandi nos tempora custodire, & legem non tenere ieiunii? quid prodest uobis, uacare a conuiuisiis, & diem litibus occupare? quid prodest, proprium non edere panem, & uictum deripere miserorum? Ieiunium Christiani, egentis debet esse refectio, ieiunium Christiani pacem debet nutrire,

trire, non iurgia. Quale illud est autem, quod non uesceris carnibus, & de ore tuo omnia esca fordidius egreditur maledictum? quale est, quod sanctificatur uenter ieiunio, & polluitur lingua mendaciis? Recte sane, frater, frequentabis ecclesiam, si gressus tuos leralibus laqueis auida illa non implicet, & inuoluat usura. Recte orabis dominum tuum, si precibus tuis obuia tibi cordis tui non obfistat inuidia. Recte contundes manibus pectus, si omnem inde furorem malignæ uoluntatis excusseris. Iuste etiam dabis denarium pauperi, si alii illud pauperi non tulisti. Hæc ergo est, carissimi, religiosa esuries, hic fidelium pastus animarum, ut ieiunium nostrum sanctificet castitas, ornet patientia, benignitas foueat, misericordia lætificet, commendet humilitas. his quadragesimam Christi, prout possumus, uirtutibus subsequamur; ut gemino quodam corporis animiq. ieiunio, diuinæ nos semper gratiæ commendemus.

Homilia quarta unde supra.

P Eraçum a domino nostro Iesu Christo hoc, quod lectum est, cū tentatore certamē, nostræ securitati, fratres carissimi, salutiq. proficit: quia quos olim apud paradysum persuasione serpētis paterna præuaricatio deiecit in mortem, dominicus nunc triumphus erexit ad uitam. Nobis utique uicit, qui dignatus est esurire pro nobis. Aggreditur itaque diabolus tentare Christum; exploratq. sollicitus, si forte illum Dei esse filium deprehendat, cui nullum corruptionis suæ uidet inesse uestigium. Miratur pariter ac turbatur, huiusmodi in hoc sæculum aduentasse hominem, qui natus quidem esset de femina, sed non esset ab homine procreatus. Suspiciatur illum Dei esse filium, quem continuatum quadraginta dierum uidet explicuisse ieiunium: sed rursus dubitat diuinam illi inesse naturam, quem, quasi infirmum, inter ceteros homines perspicit esurire. Stupet attonitus, quæ sit ista nouitas humanum non habere peccatum, & necessitatē peccatoris hominis sustinere. Christus autem, dominus, redemptorq. noster, ut perditum infirmumq. hominem reuocaret ad Deum, esuriam, lassitudinem, mærorem, & omnia in se humani corporis infirma suscepit. Inter ista ergo diabolus dubius & incertus, hoc cū esuriente domino sermone congredditur: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Stultus, & audax, qui putaret Dei filium diabolicam uoluntatem edendi necessitate facturum: quasi impossibile ei esset in panem lapides commutare, qui quondam sitientibus in deserto populis de petra arida latissima aquarum fluentia produxit: aut esurienti sibi post quadraginta dierum ieiunium, escam non poterat prouidere, cuius præcepto, ut innumerabilis Hebræorum exercitus pasceret, cælestia de nubibus alimenta fluxerunt. Sed uero omnipotens unigenitus, qui nostram magis esuriret salutem, tali tentatorem suum responsione confudit: Non in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Quo responso, carissimi, ut explorator, qui incertus uenerat, incertior redderetur, inæstimatæ prudentiæ dominus nec inesse sibi esuriam denegauit, nec manducandi necessitatem se habere professus est. Non, inquit, in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Hoc est: etsi ego esuriam, mihi tamen diabole non est necessarius panis, qui ex tuo consilio, tuaq. uoluntate descendit. Reficit quidem esuriam corporeus panis, uerbum autem Dei cunctis fidelibus substantiam sempiternæ salutis operatur. Sed doceri nescius inimicus, stanti domino super pinnam templi iterum ait: Si filius Dei es, mitte te deorsum. scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te ut manibus tollant te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum. Mitte te, inquit, deorsum. Diabolicæ est consuetudinis,

fratres carissimi, præcipitum persuadere; sed obedire ei ille non poterat, qui cadere nesciebat. Nec quidquam de domino surreptor impetrat, quia non sunt religionis eius uerba, sed fraudes. Quem redemptor humani generis rursus telo sententiæ cælestis euerberat dicens: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum. Qua responsione ne quid manifesta ueritate auctor falsitatis audierit, uerborum sensuumq. moderator dominus ex alto dare nec prodidit se posse, nec non posse mentitus est: sed scriptum est, ait, Non tentabis dominum Deum tuum. Id est; Deum tentat, qui iactantiæ suæ uitio superfluam & inutilem uult ostentare uirtutem, quid enim utilitatis habet, quid commodi confert, si per præceptis hinc in plana descendero? aut cur adulationis tuæ tentamentis ista persuadeas, cum tui sit operis de superioribus corruentem ad inferiora deiicere? Post hæc uero, ut lectio decursa testatur: Duxit illum in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi dicens. Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Ut fallax deceptor offert, quod non habet; & ut uere cæcus calorum domino terrarum regna promittit. Hæc omnia, inquit, tibi dabo, si procidens adoraueris me. Vere procidit, & cadit, qui non largiente Deo, sed ad nutum diaboli acquirit sæculi dignitates. Respondit autem ei dominus, Vade retro Sathanas. scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Iustissime retrorsum abire præcipitur, qui tentando ad hoc usque peruenit, ut se ab adorando Dei filio posceret adorari, æstimans quod Christus, qui decipi laudis suæ subreptione non potuit, indignatione ingestæ contumeliæ se proderet exploranti. Sed fortissimus propugnator, qui pro uita ac libertate nostra aduersus tyrannum suum nouum bellum gerebat, nec molli adulatione frangitur, nec durissimis iniuriis commouetur, sed ita ad omnia inimici tentamenta respondit, ne possit in uno eodemq. Deo & homine cælestis mysterii deprehendere sacramentum. Et ideo, fratres, dominici certaminis uictoriaq. exemplum sequentes, & diabolicas præcauentes insidias, horum quadraginta dierum acceptabile Deo nostro ieiunium celebremus. tunc enim dolos aduersarii superare poterimus, si continuatis precibus, aut per casta ieiunia corporis uitia compescamus, aut cor nostrum ab omni uanitate & ambitione purgemus, ut ait ipse saluator. hoc genus non eiicitur, nisi ieiuniis, & oratione. bene autem ieiunat, quicumque esuriam suam resecti pauperis satietate sustentat. bene ieiunat, qui diuini recordatione iudicii semet ipsum refrenans ab omni illecebrarum uoluptate suspendit. bene ieiunat, qui carnem suam uitiorum germina pululantem, sanctorum meditatione uirtutum, & sobrietatis amore castigat. bene ieiunat, qui fraternas iniurias pacifici pectoris lenitate dimittit. gratissimum Deo defert ieiunium, qui mentem suam a prauis cogitationibus, oculos a concupiscentia, linguam manusq. a lite custodit. Et post omnia, frater, beatus eris, & bene esuries panem, ac sities poculum, si Christianæ mentis affectu coeperis esurire, & sitire iustitiam, sicut ipse dominus dixit: Beati, qui esuriunt, ac sitiunt iustitiam: quia ipsorum est regnum cælorum. Propter quod, carissimi, si uolumus diabolum superare cum Christo; si desideramus transeuntes a sæculo regnare cum Deo; si optamus sacratissimum resurrectionis dominicæ diem lætis mentibus celebrare; ab esca quidem, uel potu pro uiribus temperemus, a uitiiis autem totis uiribus ieiunemus.

Deut. 6

Deut. 6 & 10

Matth. 17

Matth. 5

Dominica

Dominica in ramis palmarum super illud psalmi: Deus
deus meus respice in me.

Homilia.

Salmi uicesimi primi, qui lectus est, seriem decursuri, diligenter prius debemus intendere, quid in superscriptione contineat; ut, cognita eius origine, intelligentiam ipsius facilius consequamur, & manifestato capite, possint rectius membra distribui. inscribitur enim ita: In finem pro susceptione matutina psalmus ipsi Dauid. Nisi fallor, susceptio matutina solis ortum semper anteuenit, & priusquam orbem radiorum clarus splendor illuminet, matutinum noctium tenebris terminum ponit; ac resoluta sensim caliginum cæcitate, rebus cunctis facies quædam ac lumen infunditur; & cum ueluti sub una materie tenebrarum mundus in confusione iacuerit, interueniente matutino diuersa specierum uarietate distinguitur; hoc est cum omnia cæca fuerint, oculi omnium reparantur. nox enim quodam modo aufert oculos mundo, aurora restituit. atque ita ante matutina susceptione perfrui, ut gloriosius postmodum solis splendore portiamur. Sed quoniam, sicut dicit apostolus, lex spiritualis est, & spiritualibus spiritualia comparanda sunt. Dicim hic iustitiæ arbitror designari, hoc est, Christum dominum; qui nobis ignorantia tenebris & peccatorum cæcitate submersis cælestis doctrinæ suæ lumen infudit; & quos non habebamus, oculos cordis inferuit; & uelut radios quosdam apostolos suos misit, qui nos de nocte tæterrima delinquentia liberarent, & paulatim resolutis in nobis tenebris peccatorum matutina nos susceptione consuescerent; ut perfecti facilius possimus tolerare solis ardorem, hoc est, primum nos præceptis simplicioribus erudirent, quo capaciores efficerent cælestium secretorum. Huius itaque solis iustitiæ matutino, peccatorum caligo tota perimitur, sicut ipse propheta ait ex persona domini: In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ. Hoc est: oriente in nobis sole iustitiæ, qui habitaculum domini sumus, omnis cogitatio iniqua subuertitur. Totus autem hic psalmus digestus est ex persona domini saluatoris, quippe cum plura de eo in nouo sint posita testamēto. Dicit itaque: Deus Deus meus respice in me: & reliqua. Quare assumpti hominis agit causam, ut interrogare quodam modo uideatur dicens: Deus omnium, qui es Deus meus, cur me dereliquisti? nihil enim mihi conscius sum. Secundum enim prophetam nesciebat peccatum, nec erat dolus in ore eius. Hæc autem dicit, ut manifestaret propter nos se esse derelictum, quorum peccata portabat, ac uidentes disceremus & nos pro ipso sancto & iusto mori, cum pro peccatoribus ille moreretur. Denique hac uoce in passione usus est, sicut in euangelio legimus: Eli Eli lama sabachthani. hoc est, Deus meus Deus meus, quare me dereliquisti? Hac, inquam, uoce usus est, ut quod prophetia annunciauerat, rei exitus approbaret. Et quoniam sequentia pæne manifesta sunt, illum inspiciamus uersiculum, in quo ait: Ego autem sum uermis, & non homo. Cur totius dominus creaturæ uermiculo se uoluerit comparari, possumus hoc quidem humilitati primitus assignare, quæ sanctorum uirtus est maxima, sicut sanctus Moyses ante Deum animal se irrationabile profitetur; Dauid pulicem se sæpe commemoratur. sed magis illud accipiendum puto: quoniam uermis nulla extrinsecus admixtione alieni corporis, sed de sola & pura terra procreatur, ideo illum comparatum domino, quoniam & ipse saluator de sola & pura Maria generatur. Legimus etiam in libris Moyfi, de manna uermiculos procreatos. digna plane & iusta comparatio: siquidem de manna uermiculus gignitur; & dominus Christus de uirgine procreatur. quin potius ipsam Mariam manna dixerim: quia est subtilis, splen-

Rom. 7

Psal. 100

Esa. 53

Psal. 21

Exo. 16

Ioan. 6

1 Cor. 11

Exo. 16

Ioan. 5

Ioan. 19

Ioan. 7

Psal. 54

splendida, suavis & uirgo: quæ uelut cælitus ueniens, cunctis ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit: quem qui edere ac manducare neglexerit, uitam in semet ipso habere non poterit, sicut ipse dominus ait: Nisi quis manducauerit meam carnem, & biberit meum sanguinem, non habebit uitam in semet ipso; sed potius ipse cibus in iudicium conuertetur, sicut apostolus dicit: Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat. Quod filiis Israel subtiliter prophetatum est in ueteri testamento. Manna enim illis contra diuina præcepta tractantibus, uermes effecti sunt, id est, contumaciæ ultores, & iudices. Quæ similitudo Christum indicat dominum: quem qui suauem cibum, & dulcem potum haurire neglexerit, iudicem patietur, sicut ipse ait: Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Quod autem dicit: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestimentum meum miserunt sortem: Hoc factum in euangelio reperimus, quod milites quattuor, qui crucifixerunt saluatorem, in quattuor partes eius sibi diuiserunt uestimenta; uestimentum uero eius, quod astutum non erat, sed erat de superiore contextum, sorte perciperunt. Quæ igitur ista uestimenta sunt, uideamus, qui milites, quodue etiam uestimentum. Vestimenta esse puto prophetias, uel scripturarum cælestium lectiones, quibus Christi domini annunciatum est sacramentum: quas prophetias, unum canentes, & unum per omnia nunciantes, aduersarii saluatoris, hoc est peruersi hæretici, qui quotidie in illo, tamquam milites, manus impias ingerunt, hoc pro sua sibi diuidunt uoluntate, & unius corporis uestimenta per uaria membra distribuunt, atque spoliantes dominum sua falsa dogmata uestierunt. Vestimentum autem eius, quod non erat consutum, sapientiæ eius cælestem possumus approbare: quia erat de superiore contextum. nostra enim sapientia, hoc est, humana consuitur. adfuit enim, cum liberos damus ad studia grammaticis, tradimus philosophis, erudimus eos, ut sapientia in illis, quæ non erat, acquiratur. Domini autem sapientia non assuta est, non quæsitæ. non enim didicit a magistro, sicut ipsi Iudæi dicunt: Quo modo hic litteras nouit, cum non didicerit, & ipse dicat, mea doctrina non est de hoc mundo, sed eius qui me misit? Hoc est, quod ait de superiore contextum. quo uestimento, uel quibus omnibus uestimentis ecclesia catholica semper amicta est; sicut propheta ait: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato.

De accusato, & iudicato domino apud Pilatum.

Homilia prima.

Irum forsitan uideatur uobis, fratres, cur dominus apud præsidem Pilatum a principibus sacerdotum accusetur, & taceat, nec nequitiam eorum sua responsione cõuincat; cum utique ingestam accusationem non nisi refellere soleat subsecuta defensio. Mirum, inquam, fit, fratres, quod arguatur saluator, & taceat. taciturnitas enim interdum pro cõsensu habetur. uidetur namque confirmare quod obiicitur, cum non uult respondere quod quæritur. Accusationem ergo suam dominus tacendo confirmat? Nõ plane accusationem suam tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. bene enim tacet, qui defensione non indiget. Ambiat defendi, qui metuit superari. Festinet loqui, qui timet uinci. Christus autem cum condemnatur, & superat: cum iudicatur, & uincit, sicut ait propheta: Ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium erat plena uictoria? uincit enim, cum iudicatur, Christus, quia sic innocens approbatur: unde ait Pilatus: Inno-

Psal. 50

Innocens ego sum a sanguine huius iusti. Melior est igitur causa, quæ non defenditur, & probatur: plenior iustitia est, quæ non uerbis astruitur, sed ueritate fulcitur. Taceat lingua, neesse, ubi ipsa æquitas sibi adest. taceat lingua in bono negotio, quia & malas causas obtinere consueuit. Nolo sic defendi iustitiam, sicut solet iniquitas excusari. Quod uincit Christus, non orationis est, sed uirtutis. scit enim saluator, qui est sapientia, quo modo tacendo uinceret, quo modo nõ respondendo superaret: atque ideo causam suam mauult comprobare, quam dicere. quæ enim res illum compelleret ad loquendum, cum silentium satis sufficeret ad uincendum? Sed fortasse merus eum cogeret, ne salutem perderet, nisi quod ipsa erat tota causa uictoriæ. suam enim salutem perdidit, ut salutem omnium lucraretur. in se uinci maluit, ut uictor esset in cunctis. Sed quid de Christo loquar? Susanna mulier inimicos suos tacuit, & uicit. Non enim apud Daniele iudicem uerborum se ratione defendit, non patrocini sermone tutata est; sed in sancta femina, tacente lingua, pro ea castitas loquebatur. castitas enim Susannæ adfuit in iudicio, quæ eam defendit, & in paradiso. ibi enim pudori eius consuluit, hic salutem: ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. Castitas ergo Susannæ & presbyteros, & impudicos conuicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit, bisq. uictrix reos facit testimonii, quos reos fecerat adulterii, atque tandem iudicem meretur castitas Daniele puerum iuniorem necdum pubescentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia consequitur, cum iudicem uirginem promeretur. secura enim est de uictoria castitas, cui est iudicatura uirginitas. Pudicitia autem causam nisi uir pudicus audire non debuit. talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non periclitetur uerecundia. Cognito igitur Daniel Susannæ negotio, cum eam falsis accusationibus uellet plebs imperita damnare, ait idem: Mundus ego sum a sanguine huius. Quo dicto peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo uoce circa Susannam Daniel utitur, qua circa dominum usus est & Pilatus. ait enim Pilatus: Mundus ego sum a sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia soluitur pudicitia, qua est absoluta iustitia. sed Daniel melius, quam Pilatus. ille enim pudicum sanguinem nõ condemnat, sed liberat: hic autem iustum sanguinem & confitetur, & tradit. quid enim profuit, testimonium perhibuisse innocentia, & uelut reum addixisse nequitia, nisi quod grauius peccatum est, unum eundemq. & pronunciare iustum, & tradere criminofum? ipse enim iniquitatis suæ testis est, qui ore absoluit, & corde condemnat. Lauerit licet manus suas Pilatus, tamen sua facta non diluit; & quamuis abstergere se putauerit iusti sanguinem de suis membris, eo tamen sanguine mens eius tenetur infecta. ipse enim occidit Christum, qui eum tradidit occidendum: iudex enim confans, & bonus, ne sanguinem innocentis addiceret, nec inuidia cedere debuit, nec timori. Daniel ergo melius, quam Pilatus. ille peccantis populi reuocauit errorem: hic autem furentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

40

Homilia secunda unde supra.

Nte dies persecuti sumus, sanctæ Susannæ iudiciũ simile admodum fuisse Dan. 13
A iudicio saluatoris, & iisdem criminationibus laborasse memoratæ castitatem feminæ, quibus Christi laborauit integritas. similiter enim persecutores in Susanna passa est pudicitia, sicut & in Christo passa est iustitia. illa enim, dum in adulterio conuincit presbyteros, ipsa tamquã adultera retinetur: hic dum in sacrilegio arguit Phariseos, ipse tamquam sacrilegus accusatur. quod quidem sacrilegium in Phariseis maius adulterium uocari potest. grauius est enim, religionis

Dan. 13

Ibidem

Matth. 27

gionis adulterum esse, quam corporis: & plus est, integritate diuinitatis laedere, quam integritatem hominis uiolare. Condemnatur ergo Sufanna, condemnatur & dominus; illa, quia castitatem corporis tuebatur; hic, quia religionis castimoniam defendebat. Similis igitur erat in utroque causa iudicii, nisi quod meliore uisa est iudice Sufanna, quam dominus. hunc enim praeses iudicat, hanc propheta. hunc audit uir, qui Pharisaorum seditionibus terrebatur; hanc audit puer, qui sancto spiritu replebatur. iste, quod sentit, constanter pronunciat, non defendit. Sufannam enim iudex, quam absoluit, & liberat: domini cognitor, quem absoluit, damnat, & tradit. Simile ergo fuit paene per omnia Sufannae, dominiq. iudicium. siquidem nec accusatio in iis fuerit ipsa dissimilis. Sufannam enim seniores 10 deferunt, dominum Iudas accusat. illam doctores sui, hunc discipulus proprius criminatur. Sufannam, inquam, pseudopresbyteri arguunt: prodit pseudoepiscopus saluatorem. episcopus enim & Iudas fuit, sicut ait propheta, de eodem dicens: *Psal. 108* Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Sed nec locus, fratres, in utraque causa uidetur esse dissimilis. Sufanna enim in paradiso ab accusatoribus circumuenitur: dominus in hortuli paradiso a traditoribus circumdatur. illa ibi insidiatores patitur: iste hic sustinet proditorem. Videamus autem exitu utriusque iudicii. Sufannae accusatores tamquam falsi testes prophetica sententia feriuntur; & eiusdem criminis puniuntur rei, cuius damnare innocentis sanguinem gestiebant. domini autem traditorem non inuenio a iudice esse damnatum. non enim 20 eum damnat Pilatus, non damnat populus: sed, quod est grauius, se ipse condemnat, & cessante iustitia, iudicatur. quem enim alter iudicat, potest utrumque esse excusabilis: reus autem sine excusatione est, qui conscientiae suae iudicio condemnatur. quem alter iudicat, potest quandoque a suo iudice sperare indulgentiam: qui se ipse iudicat, a quo indulgentiam postulat? Referens enim Iudas dominici sanguinis pretium ait Iudaeis: Peccaui, quod tradiderim sanguinem innocentem. *Matth. 27* Magnum igitur dominicae innocentiae testimonium est, dum accusator eius & confitetur de scelere, & reus est de mercede. dum enim miser refudit uenditionis pretium, putat se facinoris sui soluere posse contractum. sed nec iste absoluitur. dum enim auctor uenditionis suae reus est, constat istos sceleratum cum sacrilego iniisse 30 contractum. sua ergo sententia Iudas proditor condemnatur. Mirum forte sit uobis, quod non eum populus iudicauerit, non praeses addixerit. Hoc sacrilegi solet esse iudicium, ut impietatem suam ipse, dum recordatur, & puniat; scelus suum, dum recognoscit, & uindictet. omnium enim supergreditur sententias, qui a sua conscientia sua sententia condemnatur. hoc, inquam, sacrilegi solet esse iudicium, ut conscius facti ipse se damnet, sicut ait apostolus Paulus de haeretico dicens: Haereticum hominem post unam & secundam correptionem deuota, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. ipse enim se damnat haereticum, cum de ecclesia ipse se proiicit, & de coetu sanctorum nullo 40 compellente procedit. ipse enim ostendit, quid mereatur a cunctis, qui suo iudicio separatur a cunctis. Ipse, inquam, se damnat haereticus: quia, cum omnes criminosi, episcopi sententia proiiciantur de consortio Christiano, haereticus cuncta praueuens sententia suae uoluntatis abiicitur. Tali ergo haereticus, quali & Iudas, poena damnatur; ut idem sui & reus sit sceleris, & iudex sit ultionis. tali, inquam haereticus, quali & Iudas, poena damnatur, nec immerito: quia dominum, quem ille uendit, iste blasphematur; quem ille persecutoribus tradidit, quotidie iste persequitur. persequitur enim haereticus dominum, cum diuinitatem ei derogat, & auferit creaturam.

De

De Iuda traditore homilia.

Etinet dilectio uestra, nos hoc proxima dominica praedicasse, quod Iudas Scarioth, propria sententia condemnatus, ad pharisaeos dominici mercedem sanguinis reportarit, & actus paenitentia refuderit uenditionis pretium, sed conscientiae suae non resoluerit scelus. denique post redditum pretium laqueo se suspendit; ut qui se multauerat pecunia, multaret & uita. intelligens enim quantum scelus admiserit, non sufficit ei sacrilegii carere mercede, nisi careret & salute. dignum enim se morte iudicauit, quod Christum, uitam omnium, 10 tradidisset. Seuerissimus igitur iudex sui Iudas uel in ulciscendo confitetur quem negauerat in tradendo. Restituit ergo pecuniam pharisaeis, sed nec pharisaei eam libenter accipiunt: dicunt enim inhibitum sibi esse, in suis eam habere thesauris. Videte igitur, quanta uis dominicae sit pecuniae, quam inde Iudas reuicit. hinc pharisaei in loculos non recludunt, iusti enim sanguinis pretium pertimescit iniquitas possidere. consilium tamen ineunt pharisaei, ut ex ea ager figuli comparatur, in quo peregrinorum corpora collocentur. quod quidem prouidentia factum puro, ut pretium saluatoris non peccatoribus sumptum praebat, sed peregrinis requiem subministrat; non sacrilegis sit ad lusum, sed defunctis sit ad sepulcrum; ut iam exinde Christus & uiuos sanguinis sui passione redimat, & mortuos pretiosa passio 20 ne suscipiat. Pretio ergo domini sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis, quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris, sicut ait apostolus Petrus: Non enim redempti estis corruptilibus auro, uel argento, sed pretioso sanguine agni incotaminati, & immaculati Iesu Christi. Igitur si pretium uitae nostrae, sanguis est domini; uide ergo, quia illa non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quam totius mundi incolumitas sempiterna. ait enim euangelista: Non enim uenit Christus, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide, inquam, ne pecunia illa non tam comparatio sit agri parua portio, quam totius mundi copiosa possessio, sicut ait Dauid propheta: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Ager ergo iste mundus hic totus est; in quo nos dispersi & disseminati domino fructum boni operis germinamus. Sed fortasse perquiras a me, si ager mundus est, quisnam sit figulus, qui mundi possit habere dominatum? Nisi fallor, ipse est figulus, qui uascula corporis nostri fecit e limo: de quo dicit scriptura: Et fecit 30 Deus hominem de limo terrae. Ipse est figulus, qui carnum nostrarum coenofum lutum uapore sui spiritus animauit, & materiam fluidam atque terrenam ignito calore decoxit. Ipse, inquam, est figulus, qui nos per manus suas formauit ad uitam, per Christum suum reformauit ad gloriam, sicut ait apostolus: Ad eandem imaginem reformamur de gloria in gloriam, scilicet ut qui a priore factura propriis uitis corruimus, in secunda natiuitate figuli huius misericordia repareremur, hoc est, qui per Adae transgressionem morte concidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse plane est figulus, de quo dicit beatus apostolus: Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit, cur me fecisti sic? Et iterum: Numquid non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Ex eodem enim luto corporis nostri Deus pro meritis singulorum alios referuat ad poenam, alios ad gloriam. Istius itaque figuli ager Christi sanguine emptus est peregrinis. peregrinis, inquam, qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur; ut, quibus non est in mundo possessio, iis in Christo sit sepultura. Istos autem peregrinos quos esse dicimus, nisi deuotissimi 40 mos

mos Christianos, qui renunciantes saeculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim, qui mundum non possidet, hic totum possidet saluatorem. Ideo autem peregrinis Christi sepultura promittitur, ut qui se a carnalibus uitiis tamquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. sepultura enim Christi quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tamquam hospites in hac luce uersamur. sicut ait apostolus dicēs: Etenim dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Peregrini, inquam, sumus, & nobis saluatoris sanguinis pretio empta est sepultura. Consepulti enim sumus, sicut ait apostolus, cum illo per baptismum in mortem. Baptismum igitur Christi nobis est sepultura; in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur; & ueteris hominis conscientia resoluta, in alteram naturam rediuiua infantia reparamur. baptismum, inquam, saluatoris nobis est sepultura: quia & ibi perdimus ante, quod uiximus; & ibi denuo accipimus, ut uiuamus. magna igitur sepulturae huius est gratia, in qua nobis & utilis mors infertur, & uita utilior condonatur. magna, inquam, huius gratia sepulturae, quae & purificat peccatorem, & uiuificat morientem.

De passione, & cruce domini homilia prima.

AEculi ferunt fabulae, Vlysses illum, qui decennio marinis iactatus erroribus ad patriam peruenire non poterat, cum in locum quendam cursus illum nauigii detulisset, in quo Sirenarum dulci cantus crudelis uarietate resonabat, & aduenientes sic blanda modulatione mulcebat, ut non tam spectaculum uoluptatis caperent, quam naufragium salutis incurrerent. talis enim erat illis oblectatio cantilenae, ut, quisquis audisset uocis sonitum, quasi quadam captus illecebra non iam tenderet ad eum, quem uolebat, portum, sed pergeret ad exitum, quod nolebat. igitur cum Vlysses incidisset hoc dulce naufragium; & suauitatis illius uellet declinare periculum; dicitur, inserta cera auribus sociorum, se ipsum ad arboris nauigii religasse; quo & illi carerent perniciose auditus illecebra, & se de periculo nauigii cursus auferret. Si ergo de Vlysses illo refert fabula, quod eum arboris religatio de periculo liberarit: quanto magis predicandum est, quod uere factum est, hoc est, quod hodie omne genus hominum de mortis periculo crucis arbor eripuit? ex quo enim Christus dominus religatus in cruce est, ex eo nos mundi illecebrosa discrimina uelut clausa aure transimus. nec pernicioso enim saeculi detine mur auditu; nec cursum melioris uitae desectimus in scopulos uoluptatis. crucis enim arbor non solum religatum sibi hominem patriae representat, sed etiam socios circa se positos uirtutis suae umbra custodit. Quod autem crux ad patriam post multos errores redire nos faciat, dominus declarat dicens latroni in cruce posito: Hodie mecum eris in paradiso. Qui utique latro, diu oberrans, ac naufragus, aliter ad patriam paradisi, de qua primus homo exierat, redire non poterat, nisi fuisset arbori religatus. arbor enim quaedam in nauis est crux in ecclesia, quae inter totius saeculi blanda & perniciose naufragia incolumis sola seruatur. In hac ergo nauis ui quisquis aut arbori crucis se religauerit, aut aures suas scripturis diuinis claufert; dulcem procellam luxuriae non timebit. Sirenarum enim quaedam suauis figura est, mollis concupiscentia uoluptatum, quae noxiis blandimentis constantiam captae mentis effeminat. Ergo dominus Christus pependit in cruce, ut omne genus hominum de mundi naufragio liberaret. Sed ut omittamus Vlysses fabulam, quae ficta, non facta est; uideamus, si quod in scripturis diuinis exemplum simile possumus inuenire, quod dominus per semet ipsum postea completurus, per prophetas

phetas suos ante promiserit. Legimus in ueteri testamento: cum Moyses sanctus filios Israel de captiuitate Aegypti produxisset, atque idem populus in deserto graui a serpentibus incurfione laboraret, nec aliqua illis armorum defensio posset obfistere, tunc sanctus Moyses, diuino repletus spiritu, serpentem aureum, affixum ligno, inter medias morientium erexisse turbas, & mandasse populo, ut de illo signo spem gererent sanitatis, atque hac re tantam medicinam contra morsum aspidum prouenisse, ut, quisquis uulneratus in illam serpentis crucem aut respiceret, aut speraret, statim remedium salutis acciperet. cuius facti etiam dominus in euangelio meminit dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Unde si affixus serpens ligno filiis Israel contulit sanitatem: quanto magis salutem praestat populis dominus in patibulo crucifixus? et si figura tantum profuit; quantum prodesse credimus ueritatem? Serpens igitur primus crucifigitur: recte plane; ut, quia primus apud Deum peccauerat diabolus, primus crucis sententia feriretur. in ligno enim crucifigitur, rationabiliter factum, ut, quia homo in paradiso per arborem concupiscentiae deceptus fuerat, nunc idem per ligni arborem saluaretur, atque eadem materia, quae causa mortis fuerat, esset remedium sanitatis. Deinde post serpentem in saluatore homo ipse crucifigitur, scilicet ut post auctorem puniatur & facinus, per primam enim crucem uindicatum est in serpentem, per secundam in uenena serpentis: hoc est: primum auctor ipse punitur, deinde eius malignitas condemnatur. uirus enim, quod persuasionem suam in hominem transfuderat, nunc reicitur, nunc curatur. nam cum homo passioni addidit, non morti traditur, sed mortis in eo facinus emendatur. hoc enim egit dominus per hominem, quem suscepit, ut, dum innocens patitur, praeruaricationis illius diabolicae in eo inobedientia corrigatur, & deinceps liber a culpa fieret, ac liber esset a morte. Habentes igitur dominum Iesum, qui nos passione sua liberauit; in ipsum aspiciamus semper, & ipsius signo speremus nostris uulneribus medicinam: hoc est: si forte nobis uenenam auaritiae se diffundit, ipsum consideremus, & sanat: si scorpionis nos libido compungit, ipsum rogemus, & curat: si terrenarum cogitationum nos morsus lacerant, eundem precemur, & uiuimus. hi enim sunt spirituales serpentes animarum nostrarum, propter quos conculcandos dominus crucifixus est, de quibus ipse ait: Super serpentes, & scorpiones ambulabitis, & nihil uobis nocebunt.

De cruce, & sepultura domini, homilia secunda.

Iximus hesternae die, quod crux domini salutem generi contulerit humano: & uerum est. passio enim illius nostra redemptio est: mors eius uita nostra est. ideo autem mala haec cuncta sustinuit, ut nos bona omnia sentiremus: ideo crudelitatem in se exerceri maluit, ut nobis misericordiam largiretur. bonus ideo in nos ita esse uoluit, ut ante in se esset immitis. auferens enim per crucem humani generis iniurias; omnes eas in sua passione consumpsit, ut ulterius non esset homini quod noceret. Grande ergo crucis est sacramentum; & si intelligamus, per hoc signum etiam mundus ipse saluatur. nam cum a nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, uelum distenditur: ut, cruce domini facta, aquarum fluenta rumpantur: & hoc dominico securo signo portum salutis petunt, periculum mortis euadunt. figura enim sacramenti quaedam est uelum suspensum in arbore, quasi Christus sit exaltatus in cruce: atque ideo confidentia de mysterio ueniente, homines uentorum procellas negligunt, peregrinationis uota suscipiunt. Sicut autem ecclesia sine cruce stare non potest: ita & sine arbore

nauis infirma est. statim enim diabolus inquietat, & illam uentus allidit: at ubi signum crucis erigitur, statim & diaboli iniquitas repellitur, & uentorum procella sopitur. Sed & bonus agricola cū parat terræ solum uertere, & uitæ alimenta perquirere, non nisi per signum crucis id facere conatur. dum enim aratro dentale subiicit, afficit aures, stiuam inserit, figuram crucis imitatur. compactio enim ipsa similitudo quædam est dominicæ passionis. Cælum quoque ipsum huius signi figura dispositum est. nam cum quattuor partibus, hoc est, oriente, & occidente, ac meridiano, & septentrione distinguitur, quattuor quasi crucis angulis continetur, ipsius enim incessus hominis cum manus leuauerit, crucem pingit: atque ideo eleuatis manibus orare præcipimur, ut ipso quoque membrorum gestu passionem domini fateamur. tunc enim citius nostra exauditur oratio, cum Christum, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Hoc etiam exemplo Moyses sanctus, cum contra Amalech bellum gereret, non armis, non ferro, sed eleuatis eum ad Deū manibus superauit. sic enim habes scriptum: Cum eleuasset manus suas Moyses, uincebat Israel: cum autem deposuisset manus suas, conualescebat Amalech. Hoc igitur dominico signo scinditur mare, terra colitur, cælum regitur, homines conseruantur. Hoc, inquam, dominico signo etiam referantur inferna. nam ex quo homo dominus Iesus, qui ipsam crucem gestabat, sepultus in terra est; ueluti dirupta ab eo exarata terra, omnes, quos retinebat, mortuos germinauit. Sed uideamus, de hoc ipso domini corpore, posteaquam de cruce deponitur, quid geratur. Accepit illud Ioseph ab Arimathia, uir iustus, sicut ait euāgelista, & in nouo suo sepeliuit monumento, in quo nondum quisquam positus erat. Beatum ergo corpus domini Christi, quod cum nascitur, utero uirginis gignitur; cum recedit, iusti tumulo commendatur. Beatum plane corpus, quod uirginitas peperit, & iustitia custodiuit. custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptum, sicut seruauit illud Mariæ uirginis uterus illibatū. hic enim uiri pollutione nō tangitur, ibi mortis corruptione nō læditur. ubique beato corpori deseruit sanctitas, ubique uirginitas: nouus illud uenter cōcipit, nouus tumulus includit. Dominica ergo & uirgo uulua, & uirgo est sepultura. quin potius ipsam sepulturā uulua dixim. est enim similitudo non parua. sicut enim dominus, de matris uulua uiuus exiuit: ita de Ioseph sepultura uiuus surrexit: & sicut tunc de utero ad prædicandū natus est, ita & nunc ad euangelizandū renatus est de sepulcro: nisi quod gloriosior ista est, quam illa natiuitas. illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. post illam natiuitatē ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cælos. Religiosior plane est ista, quā illa natiuitas. illa enim totius mundi dominū no uem mensibus in utero clausum tenuit: hæc autē tridui tantum tumuli gremio custodiuit. illa cunctorū spem tardius protulit: hæc omnium salutē citius suscitauit.

De passione, & sepultura domini homilia tertia.

Ortasse quis dicat de prioris dominicæ prædicatione, in qua prædicauimus, non minorem esse gloriam, quod tumulus Ioseph suscitauerit dominum, quam quod eum sanctæ Mariæ uterus procrearit: quæ comparatio uentris, & tumuli; cum illa ex intimis uisceribus edidit filium, hic autem solummodo locum præstitit sepulturæ? At ego dico, non minorem Ioseph affectū fuisse, quam Mariæ. siquidem illa utero dominum, hic corde conceperit. illa saluatori membrorum suorum secretum præstitit: hic secretum sui corporis nō negauit. illa dominum pannis inuoluit, cum natus est; hic linteis, cū recessit. illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit. conueniunt. ergo sibi obsequia

sequia, conuenit & affectus. unde necesse est & meritum cōuenire: nisi quod angelus Mariam ad obsequium admonuit; Ioseph autem sola iustitia persuasit; Ioseph in suo sepulcro posuit dominum. Legimus in propheta: Sepulcrū patens est guttur eorum: Si ergo sepulcrum patens est guttur hominum; uide, ne forte secundum hanc similitudinem dominum Ioseph nō tam in sepultura terrena posuerit; quam in monumento sui pectoris collocarit, & custodiendum illum suscepit non tam memoria fragili elementorum, quam memoria sancta uirtutum. Hæc uirtutum fidelis est memoria, quæ intra se continens Christum, lædi eum hæreticorum corruptione non patitur. de qua memoria in sacris dicit dominus: Quotienscumque hoc facietis, in memoriā mei facietis, donec ueniā. Quotienscūque enim Christum loquimur, totiens eum sacri oris memoria commendamus. Sepulcrum ergo patens est guttur eorum. Recte plane dicit propheta. sepulcrum enim Christi patens est euangelistarum beatū guttur, per quod illud æterno litterarum thesauro condiderunt. Patens autem sepulcrū ideo dicitur, quia qui uult ad Christi peruenire mysterium, non ingreditur ad illud, nisi per euangelicæ scripturæ secretum. in litterarum enim sacrarum quasi quodam nouo uasculo cōmendandus est dominus. quisquis igitur illum uidere desiderat, ibi & passionis eius sacramentum inuenit, & resurrectionis gloriam recognoscit. Patens ergo guttur sanctorum est. unde apostolus ad Corinthios ait: Os nostrum patet ad uos, o Corinthii: inuitans eos ut per prædicationis suæ semper apertam ianuam ingrediantur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectoris memoria collocatur dominus a Ioseph, ut in iustitiæ sede requiescat, & habeat filius hominis ubi caput reclinet. Videamus igitur, quare saluator in aliena sepultura ponatur, ac suam non habeat sepulturā. Ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur salute. mors enim ista non illi illata est, sed nobis delata. mors ista non illi accidit, sed nobis proficit. Ut quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortem propriam non habebat? ut quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? ut quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spatio, non tam in sepulcro mortuus iacuit, quam uelut in lectulo dormiens cōquieuit? ipsa enim temporis breuitas declarat somnum fuisse, quam mortem. Sepulcrum autem mortis est habitaculum necessariū. necessarium ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui uita est: nec opus habebat semper uiuens domicilio defunctorum. Recte autem hanc uitam nos in nostro sepulcro condidimus, ut cum ipso uiuificante mortem nostram a mortuis surgemus. unde & illa Maria Magdalene, quæ dominum inter ceteros defunctos in sepulcro quærebat, arguitur, & dicitur illi: Quid quæris uiuentem cum mortuis? Hoc est: quid quæris apud inferos, quem rediisse iam constat ad superos? quem illa adhuc nō intelligens, nec cognoscens, respondit illi: Domine, si tulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum; & ego illum tollam. Existimabat enim illum, sicut dicit scriptura, hortulanum esse. Sancta ergo & simplex femina Christum requirebat a Christo, ac deuotione mentis prophetat & nescit: ait enim domino de semet ipso: Si tu tulisti illum, dicito mihi. Recte interrogat, Si tu tulisti eum. ipse enim tulit corpus suum, qui suscitauit; ipse tulit corpus, qui illud iacens & dormiens sua aspiratione collegit: ipse tulit corpus, qui diuinitatis illud uirtute gestans portat ad cælos. atque ideo mulier sapiēter interrogat, & requirit: Si tu tulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum? hoc est, si illud auferens de sepulcro ad paradysum transtulisti. Audierat enim illum dicentem latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Aut certe de infernis in patris dextera collocasti, sicut ait apostolus: Quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei. Beatus ergo, qui ita quærit Christum dominum, ut credat eum & in paradiso constitutum, & in

cælestibus collocatum . nam qui eum aut in infernis requirit , aut tumulis , dicitur , ei , Quid quæris uiuentem cum mortuis ?

De sepultura domini , & de Maria Magdalene ,
homilia quarta .

Aeret adhuc sensibus uestris , fratres , hoc nos ante dies paucissimos prædicasse , quod Maria Magdalene non leuiter fuerit obiurgata , cur post resurrectionem dominum quæreret in sepulcro , & non reminiscens uerborum eius , quibus se ab inferis tertia die reditum esse dixerat , putaret eum inferni legibus detineri . arguitur enim non leuiter , cur memoraretur resurrectionis promissum , ac mortis scrutaretur indicium . fides enim humilis & ignara quærit quod nescit , obliuiscitur quod docetur . festina quidem est ad obsequium , sed non perfecta est ad credendum . Anxia est de dominicæ carnis iniuria , sed incerta de resurrectionis gloria . Plorat quidem amore Christi , sed mæret desperatione corporis non reperti : periisse putat , quem iam regnare constabat . scrutatur eum in tumulo , quem uocare potius deberet e cælo . Increpatur igitur sancta Maria tamquam pigrior ad credendum : & cum sera licet dominum cognouisset , dicitur ei a saluatore : Noli me tangere , quia nondum ascendi ad patrem . Noli me tangere , increpationis uerbum est . hoc est : noli me tangere manibus , quoniam resurrectionem meam mentis obliuione non retines . non potes me corporis tenere complexibus , quoniam fidei perfectione non tangis . prohibetur tactu , quæ amisit auditum . noli me , inquit , tangere , quia nondum ascendi ad patrem . Videamus , quo modo nondum ad patrem ascenderit Christus , cum ipse dicat .
Ioan . 14 Quia pater in me , & ego in patre : a quo per indiscretam diuinitatis substantiam numquam est separatus . dum enim unus in uno manet , semper patrem filiumq . simul esse significat . aut numquid illuc ascendere se dicit filius , ubi ante habitat , quam ascendat ? dixit enim idem dominus : Nemo ascendit in cælum , nisi qui descendit de cælo filius hominis , qui est in cælo . Si ergo , cum descendit saluator , in cælo est : multo magis etiam prius , quam ascendat , in cælo est . Sed uide , ne forte ad obiurgationem Mariæ uox ista pertineat : cui paulo ante inter sepulcra quærenti dominum , dicitur : Quid quæris uiuentem cum mortuis ? Nunc addatur : Noli me tangere , quia nondum ascendi ad patrē . Hoc est : quid me contingere cupis , quæ me dum inter tumulos quæris , adhuc ad patrem ascendisse nō credis ; quæ dum me inter inferna scrutaris , ad cælestia rediisse diffidis ; dum inter mortuos quæris , uiuere cum Deo patre meo non speras . Nondum , inquit , ascendi ad patrem : hoc est , tibi nondum ascendi ad patrem ; quia apud fidem tuam adhuc detineor in sepulcro . Quantum in te est enim , adhuc humilibus immoror , adhuc inhæreo terrenis , quia nondum me fides tua eleuauit ad cælum . Quid ergo me festinas contingere ut Dei filium , quē redeuntem ad patrem mentis deuotione non sequeris ? Quisquis igitur uult contingere dominū saluatorē , prius illum debet fide sua ad dexteram diuinitatis imponere , & credulitate cordis collocare in cælestibus potius , quam inter defunctos inquirere . Illi autem ascendit dominus ad patrem , qui eum semper esse credit in patre . Ascendit beatis apostolis ad patrem , quibus ait : Qui me uidet , uidet & patrē . Ascendit Ioanni euangelistæ , qui apud patrem eum quæsiuit , & reperit , atque ideo ait : Et uerbum erat apud Deum , & Deus erat uerbum . Ascendit etiam beato Paulo , qui non contentus solum se scire quod nouerat , nos quoque docuit , quemadmodum saluatorem in cælestibus quæreremus , dicens : Quæ sursum sunt , quærite , ubi Christus est in dextera Dei sedens . Et ut nos ab hac humili uel terrena inquisitione Mariæ penitus submoueret ,

ret , addidit dicens : Quæ sursum sunt , sapite , non quæ super terram . Ergo iam nō super terram , nec in terra , nec secundum carnem debemus quærere saluatorem , si uolumus eum inuenire , atque contingere , sed secundum diuinæ maiestatis gloriam , ut dicamus cum apostolo Paulo : Nunc autem secundum carnem non nouimus Christum . Igitur & Stephanus beatus fide sua non super terrā quæsiuit Christum , sed stantem illum ad Dei dexteram recognouit : ibi illum reperit , ubi mentis deuotione quæsiuit . Non solum autem Stephanus in cælo uidet Christum , sed eum & martyrio suo tangit . tangit enim dominum , cum pro inimicis suis orans uelut fide sua tenens illum dicit : Domine , ne statuas illis hoc peccatum . Intelligite ergo , quanta deuotionis est gloria . Maria iuxta dominum constituta eum tangere non meretur : Stephanus in terris positus Christum tangit in cælo . illa inter angelos præsentem non uidet saluatorem : Stephanus intra cælos dominum cernit absentem .

De sancto latrone homilia prima .

Quoniam hesterno die de latrone fecimus mentionem ; uideamus , quis ipse latro sit , qui , in cruce domino constituto , non solum peccatorum suorum ueniam consequitur , sed etiam paradisi amœnitate donatur ; ut qui propter scelera damnatus fuerat ad poenam , propter fidem transferretur ad gloriā , fueritq . illi crux , quam pertulit , non tam supplicii damnatio , quam salutis occasio . in cruce enim positus Christum dominum nostrum credidit crucifixum . et ideo qui consortio passionis utitur , consortio paradisi condonatur . beatus enim latro dum supplicium patitur , regnum cæleste consequitur . ecce reus dicitur , sicut cui damnari ad tempus expedit . non enim perueniret ad gloriā , si nō contraditus esset ad poenam . Videamus , inquam , cur tantorum criminum reus tam cito a saluatore paradisi promeretur ; cum alii multorum temporum lacrymis , frequentibusq . ieiuniis uix delictorum suorum ueniam consequantur . Magna , fratres , & multiplex causa est : Primum , quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est , ut præsentem poenam despiceret , ac de futura ueniam precaretur , & magis crederet utile sibi esse de æterno iudicio petere , quam de temporali supplicio postulare . reminiscens enim scelerum suorum , & penitentiam gerens ; plus incipit dolere , quod sperat , quam sentire , quod patitur . potuit enim , nisi de futuris amplius cogitasset , qui in Christum semel crediderat , de præsentem magis supplicio deprecari . Deinde illud ad gratiam eius maioris est meriti quod Christum in cruce positum credidit , & passio , quæ aliis scandalum fecit , illi ad fidem profecit . crucis enim passio multis scandalum fuit , sicut dicit apostolus : Nos autem prædicamus Christum crucifixum , Iudæis quidem scandalum , gentibus autem stultitiam . Recte ergo meretur paradysum , qui crucem Christi non putauit esse scandalum , sed uirtutem . dicit enim idem apostolus : Ipsis uocatis Iudæis Christum Dei uirtutem , & Dei sapientiam . Recte plane & dominus huic donat paradysum : quia quem Iudas Scarioth in hortulo paradisi distraxerat , hic in crucis patibulo confitetur . Mira res : confitetur latro , quem discipulus abnegauit . mira , inquam , res : latro honorificat patientem , quem Iudas prodidit osculantem . ab hoc pacis blandimenta uenduntur : ab illo crucis uulnera prædicantur . ait enim : Memento mei domine , cum ueneris in regno tuo . Hæc est fidei plena deuotio , ut , cum de uulneribus domini profluens sanguis cernitur , tunc de potestate eius uenia postuletur ; cum uideretur eius humilitas , tunc magis teneatur eius diuinitas ; cum morti addictus putatur , tunc regis illi honorificentia deferatur

deferatur. Iste enim fidelis latro non credidit moriturum, quem annunciat regnaturum; non putat subdendum inferis, quem dominaturū confitetur in cælo; non arbitratur eum apud tartarum detineri, a quo etiam se postulat liberari. cernat licet eius hiantia uulnera; spectet ipsius sanguinem profluentem: Deum tamen credit, quem reum nescit; iustum fateatur, quem non meminit peccatorem. ait enim *Lucæ 23* illi alteri exprobranti latroni: Nos quidem recte digna factis recipimus: hic autem nihil mali gessit. Intellexit enim, quod pro alienis peccatis has plagas susciperet, pro alienis sceleribus hæc uulnera sustineret: & sciuit, quod illa in corpore Christi uulnera non essent Christi uulnera, sed latronis: atque ideo plus amare coepit postquam in corpore eius sua uulnera recognouit. ait enim propheta: Quoniam ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet. nos autē existimabamus eum esse in dolore, liuore eius nos sanati sumus. Plus ergo in cruce positus, liuorem eius cernens, latro diligit Deum. mira res: plus in cruce latro Christum diligit, quam Iudas dilexit in cena. ille per cibum supplantat magistrum: hic credidit dominum per dolorē, sicut ait propheta: Qui edebat panes meos, ampliauit aduersum me supplantationem. Cognouit igitur hic latro, omnem Dei passionem ex ipsius fieri uoluntate; & in potestate eius esse, uel morti animam tradere, uel ad uitam iterum remeare, sicut ipse ait: Potestatem habeo ponendi animā meam; & potestatem habeo iterum sumendi eam. Usque adeo autē illum liberum ab inferni legibus iudicauit, ut etiam se ab iis posceret liberari. *20*

De eodem latrone, & Petro apostolo, & ancilla ostiaria,
homilia secunda.

Eminit, fratres, uestra dilectio, me dedisse rationem, cur tantorum criminum inueteratus latro, & scelerum suorum confessione damnatus, paradysum in ipso supplicii patibulo potuerit promereri, & tanta fuerit celebritate saluatus, ut peccata eius gratia præuenerit antequam poena, & prius in malis suis gloriari coeperit, quam puniri. non enim paratur supplicium, dum paradysum promeretur. Petro dicitur a Christo: Non potes me modo sequi, sequeris postea. Et huic dicitur: Hodie mecum eris in paradiso. Tamquam discipulus ille difertur, & hic tamquam socius inuitatur. ille adhuc referuatur ad præmium: etiam ad confortium iste diligitur. Non potes, inquit, me modo sequi. Impossibile est Petro, sequi dominum: etiam facile latroni est, esse cum domino. Hodie mecum eris in paradiso. Non in aliud difertur tempus, non in diem alteram referuatur. ipsa hora, qua paradysus Deum suscepit, suscepit & latronem. unus passus est pro salute cunctorum: & duobus pariter immortalitatis ianua referatur. Sed hanc totam gloriā latroni fides præstitit. Fides enim est, quæ peccata cooperit, quæ uincit crimina, quæ facit de latronibus innocētes. quāuis enim delinquentium grandis culpa sit, fidei tamen maior est gratia. plus enim, credidisse Christo, quam faculo deliquisse: & plenioris est meriti, ueniam sperasse de domino, quam culpam contraxisse de mundo. sicut enim perfidia criminofum fecit, ita fides perfecit innocentem. Denique Iudas posteaquam fidem perdidit, innocentiam apostolatus amisit. omnium enim criminum reus factus est, posteaquā uirtutum omnium dominum denegauit. Sicut ergo sufficit isti, ad scelera deseruisse Christum: ita illi sufficit ad innocentiam, domino credidisse. Facit igitur & fides innocentes latrones, & perfidia apostolos criminofos. Magna igitur & perfecta fides in illo latrone fuit. magna plane est & admirabilis fides, quæ Christum crucifixum glorificari magis credidit, quam puniri. in hoc enim totius forma salutis est: saluatorē tunc *40*
maiestas-

maiestatis dominum recognoscit, cum uidetur humilitatis patientia cruciari. unde ait apostolus: Si cognouissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent. *1. Cor. 11* Hæc, inquam, perfecta fides est, Christum in cruce Deum, non reum, credere. Unde ille latro iustificatus est, quia, saluatore in patibulo constituto, Iudæis insultantibus, & uel criminofa dicentibus: Libera te ipsum, si potes: ille certus de diuinitate eius, & securus de uoluntate, se magis postulat liberari. Magna, inquam, fides in illo latrone fuit, & sanctis apostolis comparanda: nisi quod & forte præcesserit: præcessit etenim deuotione, qui præcessit & præmio. prior enim latro ad paradysum, quam apostoli, peruenerunt. denique Petrus dominum sequitur, & iste comitatur. dominus autem secundum fidem & meritum tribuit, & remunerationis obsequium. Omnes enim, sicut legimus, in passione saluatoris discipuli trepidarunt: omnes eum pæne, cum traderetur, reliquerunt. factum est sicut scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Denique fide Petrus nec admonitus potuit custodire: totiens lapsus est, quotiens ne laboretur admonitus. et nisi modum quandam tertio denegandi ei dominus statuisset; forsitan, sæpius interrogatus, sæpius abnegasset. tantam enim trepidationem discipulis intulit passio saluatoris, ut, quod apostolo Christus ante prædixerat, ancilla destrueret, & magis præuuleret ostiaria ad perfidiam, quam apostolus ad cautelam. Non bona ostiaria, quæ Petrum ideo in domum sacerdotis includit, ut a fide saluatoris excludat. Male Adam induxit Eua: male Petrum introduxit ancilla. illa exclusit a paradiso, hæc exclusit a Christo. illa per uersione sua uirum decipit: hæc interrogatione sua apostolum circumscriptit. illa ad præuaticandum Adam impulit: hæc Petrum compulit ad negandum. et idem sexus in utraque ostiariæ officium gerens aut excludit a uita, aut includit ad mortem.

De penitentia Petri, & ostiaria ancilla, homilia tertia.

Iximus, fratres, quod ad similitudinē Eux, Petrum ostiaria mulier quod deceperit; & sicut Adam femina circumscriptit, ita & apostolum femina circumuenerit. usitatus enim ad decipiendum sexus est: fraudis suæ uasculum in ostiaria diabolus recognouit, quia fideles uiros nō nisi per mulierem oppugnare consueuit. ibi Adam per Eua superat: hic Petrum uincit per ostiariam. fuit enim, sicut legimus, in paradiso deliciarum diabolus: nec defuit, sicut intelligimus, in prætorio Iudæorum. Ibi imminabat Sathanas serpens: hic Iudas coluber perurgebat. Est ergo eadē similitudo deceptionis in Petro, quæ in Adam fuit; quoniam eadem est & similitudo mandati, accepit enim a domino. uterque mandatum, Adam ne tangeret, & apostolus ne negaret; ille, ne lignum scientiæ præsumeret, hic, ne crucem sapientiæ præteriret. sed transgrediens uterque præceptum pari modo delinquent. gustat ille, quod non licet: loquitur iste, quod non decet: & tamen facilius negatio Petri, quam Adæ præuaticatio. citius enim apostolo, quam protoplasto, subuenitur. hunc etenim Deus ad uesperum requirit errantem, illum dominus pullorum cantu denegantem. Adam reus facti nudus erubuit: Petrus conscius dicti correctus ingemuit. ille tamquam deprehensus festinat ad latebras: hic tamquam emendatus prorumpit ad lacrymas. uelut latenti enim, & calanti se a diuinitate Adæ dicitur: Adam ubi es? Non quod Adam conspectum domini latere potuerit: sed quod peccatrici conscientiæ nullus locus tutus uel certus sit, dum meruit deprehendi. Respexit dominus Petrum, & apertis oculis eius emendauit errorem. Recte oculis emendat, quia scriptum est: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Ergo Petrus prorupit ad lacrymas *Lucæ 22*
Psal. 33

mas, nihil uoce precatus. Inuenio enim, quod fleuerit: non inuenio, quid dixerit. lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Recte plane Petrus fleuit, & tacuit: quia, quod defleri solet, non solet excusari; & quod defendi non potest, abluui potest. lauat enim lacryma delictum, quod uoce pudor est confiteri. lacrymae ergo uerecundiae consulunt pariter & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando. lacrymae, inquam, tacitae quodam modo preces sunt; ueniam non postulant, & merentur; causam non dicunt, & misericordiam consequuntur: nisi quod utiliores lacrymarum preces sunt, quam sermonum: quia sermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit. sermo enim interdum non totum profert negotium: lacryma semper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non utitur sermone, quo se fellerat, quo peccauerat, quo fidem amiserat; ne per id ei non credatur ad confitendum, quo usus fuerat ad negandum: ac per hoc mauult & causam suam flere, quam dicere, & quod uoce negauerat, lacrymis confiteri. Inuenio autem & aliud, cur tacuerit Petrus; ne tam cito ueniae postulatio per impudentiam plus offenderet, quam impetraret. solet enim citius mereri indulgentiam, qui uerecundius deprecatur. In omni igitur culpa ante flendum est, sic precandum. Scimus iam hoc exemplo, quemadmodum nostra peccata curemus. Ecce nihil nobis apostolus nocuit, quod negauit; & plurimum profuit, quod emendauit. Denique imitemur eum alibi dicentem: Cum enim tertio interrogaretur a domino: Simon amas me? respondit tertio: Domine tu scis, quia diligo te. Ait dominus, pascue oues meas. Et hoc tertio: quod quidem dictum ad compensationem prioris profecit erroris. qui enim dominum tertio negauerat, tertio confitetur: & quotiens culpam delinquendo contraxerat, totiens gratiam diligendo consequitur. Videte ergo, quantum stertus profuerit Petro: antequam steret, lapsus est: posteaquam fleuit, electus est: & qui ante lacrymas prauaricator extitit, post lacrymas pastor assumptus est: & alios regendos accepit, qui prius se ipse non rexit.

De eodem Petro apostolo, homilia quarta.

Dstruximus superiore dominica, sanctum Petrum in saluatoris passione sine erroribus profecisse, & posteaquam negauit dominum Deum, fuisse meliorem. fidelior enim factus est, postquam fidem se perdidisse deslauit; atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. tamquam bonus enim pastor tuendum gregem accepit; ut qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tamquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemq. contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur; & petra pro uirtute, dominus nuncupatur, sicut ait apostolus: Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra: petra autem erat Christus. Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. in eadem enim domo Petrus fundamentum posuit, Petrus plantat, dominus incrementum dat, dominus irriguum subministrat. Petrus enim tentationibus suis proficit, stertibus suis gaudet, periculis suis crescit. sic namque in mari, dum super undas temerarius uiator ingreditur, nutat incessu, sed conualescit affectu: periclitatur corpore, sed deuotione non labitur: mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur: sustentat fides, quem unda mergebat; & quem fluctuum procella turbabat, saluatoris dilectio confirmabat. Ambulauit enim in mari Petrus

Petrus magis dilectione, quam pedibus. non enim uidebat, ubi pedum uestigium poneret: uidebat autem, ubi figeret uestigium caritatis. In naui enim positus considerat dominum; & amore eius ductus descendit in mare; non cogitat labentes aquas, non fluuenta currentia; & dum Christum respicit, non respicit elementum. Credit fide etiam inter undas solidum inuenire uestigium: iactatur licet fluctibus mare, uentis pelagus conturbetur, non tamen turbatur Petri semita, quae ducit ad dominum. Ambulat igitur super aquas Petrus, & sub pedibus eius mollis unda non cedit. Legimus in ueteri testamento, filios Israel per mare rubrum siccis itineribus ambulasse, & ad securitatem gradientium, ne laberetur unda, in soliditatem quandam eam fuisse mutatam. Quanto hoc melius, ubi, ambulante Petro, nec mutatur unda, nec labitur, nec solidatur aqua, nec refugit. Melius, inquam, est, ubi eadem unda, quae fluctuat, & sustentat, ubi idem gurges, qui mergitur, & famulatur. Illic ut portaretur per mare populus Israel, meatum suum natura perderat: hic portatur in aquis Petrus, cursum suum fluuenta non perdunt. Temerarius ergo uiator apostolus, noui itineris uiam carpit, modo curuati gurgitis molem ascendit, modo subsidentis sinus undam descendit, & inter marinos fluctus ascensus illi itineris descensusque non deest: sed ubi turbatus uentis, exagitatus procellis incipit timere quod credidit, statim ei gurges subtrahitur, unda subducitur. mox defatiscente fide fatiscit semita: tunc exclamans dominum Iesum saluum se fieri deprecatur, quae apprehensum manu saluator liberat, & obiurgat dicens: Modicae fidei, quare dubitasti? Hoc est: cur tam paruae fidei es, ut, qui credendo mare ambulare coeperas, non id perseverando transires? scriptum est enim: Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. sed dum cunctaris, & dubitas; iter, quod ingressus fueras, perdidisti. Cur, inquam, tam modicae fidei es, ut non ea fide, qua uenire coeperas, peruenires? intellige ergo, quia in mari credulitas te portabat, perfidia submergebat. Igitur, fratres, sanctus Petrus, dum fluctuat, dum mergitur, dum periclitatur, sic peruenit ad dominum, ostendens nobis quod non nisi per pericula properatur ad Christum. multi enim diabolici fluctus sunt in hoc mundo, tentationum multa naufragia: a quibus ita liberari possumus, si clamantibus manum suam saluator extenderit. Nos ergo clamare ad dominum non cessemus: ille auxilium solitum non negabit.

Finis homiliarum hiemalium.

HOMILIAE DIVI MAXIMI
DE TEMPORE AESTIVAE.

HOMILIA PRIMA
IN FESTO PASCHAE.



BENEFICIA Dei nostri cum magna, atque mirifica sint, tamen nec noua probantur esse, nec subita, sed ab initio saeculi & praedicta sunt oraculis, & praefigurata mysteriis. sacram enim domini passionem ab ipsis mundi coalescentis exordiis ueteris testamenti responsa cecinerunt; & ideo Christum dominum praedicatum atque adnunciatum suis aperte ex ipsorum libris ac uoluminibus asserimus. Validis absque dubio nititur priuilegiis, qui causam de aduersariis asserit instrumentis. speciosa uictoria est, contrariam partem chartulis suis uelut propriis

laqueis irretire, & testimoniorum suorum uocibus confutare, & aemulum telis suis euincere, ut pugnatoris tui argumeta tuis probentur utilitatibus militare. Itaque in domini nostri persona dum ex Adae primi hominis costa mater cunctorum uuentiu Eua producitur, ex huius sacro latere ac salutari uulnere ecclesia omnium fidelium parens reparanda monstratur. In eius typo Abel iustus occiditur, & innocens fraterna tamquam Iudaica impietate maeretur. Hic idem dominus in nouissima mundi senescentis aetate per figuram beati Abraham longaeui patris offertur: quo tempore dum nouo sacrificio in unici sui iugulum pius parricida confurgit, ex improviso aries oculis eius apparuit, sicut loquitur sermo diuinus: Et uidit Abraham arietem inter uepres haerentem cornibus. Inter uepres, inquit. Requiramus, quae ista sit nouitas. Inter uepres, id est, in multitudine circumstantium peccatorum: haerentem cornibus, id est, ad crucis cornua clauorum confixione pendentem, sicut in alio loco legimus, Cornua in manibus eius sunt. Hoc ideo, quia uenerandas manus patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est, quando spineo seruo innocentiae & iustitiae auctor illusus est. Sed altius introspicere debemus, quidnam sit, quod Isaac a patre altaribus admouetur, ac subito aries pro eo non mutata, sed duplicata oblatione supponitur. Gemina hic adoranda substantia redemptoris ostenditur. Dei enim unigenitus offertur, & uirginis primogenitus immolatur. Hoc quoque dominicae passionis praefigurabant insignia, quod legitur beatus Heliseus, sepulcro conditum, ingesto a latronibus cadauere, intra tumulum suum corpus extincti tactu sacri corporis suscitasse. Quis hic alius praefiguratur, nisi noster Iesus Christus, qui resurrectionem de morte largitur, & uitam sepultus operatur? In latrone reum mundum, in prophetae uirtutibus Christum dominum recognosce. Adhuc celeberrime per scripturas sanctas etiam in Iona prophetae laboribus & arumnis Christi passio & resurrectio praesignatur. Hic Iona quod fidei uestrae non arbitramur incognitum, typum domini gessisse perscribitur. ipse enim dominus dicit: Sicut enim fuit Iona in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus. Hic, inquam, Iona ad praedicandam Niniuitis irae caelestis offensam domino iubente dirigitur; sed praescius tristem prophetiam populi conuersione uacuandam, nauem profugus, quae Tarsum petebat, ingreditur: sed, nautis turbatis, exorta

Gen. 2

Gen. 4

Gen. 12

Aba. 3

4. Reg. 13

Matth. 12

Iona 2

exorta tempestate sorte fluctibus datur, & faucibus ceti piscis dimerfus excipitur: sed pisce illaerum eructante deponitur, tertia die terris refunditur. Iona iram domini praedicaturus, ad magnam Niniuitarum destinatur urbem: dicitur, Quadraginta dies & Niniue subuerteret, & Christus ad mundi mittitur ciuitatem, ut diem salutis & praefinitum iudicii tempus annunciet. Iona nauim expetit, Christus ecclesiam: Iona fluctibus agitur, Christus mundi turbibus exercetur. Nisi Iona pessundet, naufragae nauis periculum non sedatur. sic & non liberatur ecclesia, nisi Christi morte saluetur. Nautae dimissuri Ionam, tamen uerentur, & dicunt: Domine, ne des super nos sanguinem innocentem. Nonne uobis uidetur Iona 1
10 nautarum imprecatio, Pilati esse confessio, qui tradit Christum, & tamen lauat manus suas, & dicit: Mundus ego sum a sanguine iusti huius. Quae congrue personam gentilem fides gentium praedicat. Dicit itaque Iona in oratione sua: Tolle igitur domine animam meam; quia melior est mihi mors, quam uita: Dicat hoc rebus dominus noster Iesus Christus, quia melior est mihi mors, quam uita: id est: uiuens unam ludaeorum gentem saluare non potui: moriar, & uniuersus mundus una morte saluetur. Ionam cetus piscis excepit immersum, sed non contigit deuoratum: & quem malitia hominum perdidit, bestia esuriens custodiuit. plenis uisceribus famem patitur, & in praedam, quam absorbit, nihil sibi licere miratur. Quis est iste, qui intra auidos ricus assumi potest, consumi non potest? cibus est, corruptio non est. traditur perditionis profundo, & seruatur ipsius mortis obsequio. Quis est iste, qui uatissimos sinus periculorum tutus ingreditur, & sub altitudine immensa conclusus atque mortifera, uitali aere pascitur, & demissus in alienam rerum naturam, in uitae exilium, cum uita peregrinatur, & mortis superstes adnunciat uenturam mundi salutem? Puto, quod hic dominus noster Iesus Christus, quem saeva mors inexplebilis bellua in escam suam rapuit, & praedam suam captiua contremuit: contremuit, inquam: nam si nouerat crucifixum, tamen, quem non meminerat reum, non poterat tenere damnatum: quia culpam non facit poena, sed causa. Quasi solitum cibum perditum in mundi origine hominem deuorauit, sed magna esse cibi ipsius dignitatem praefocata cognouit. atque ideo diuinus sermo commemorat: Et praecipit dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam. Praecepit ergo bestiae, praecipit morti semper esurienti, praecipit abyssi & inferno; ut mundo restituant saluatorem. Euomuit autem, hoc debemus accipere, quod ex imis uisceribus mortis uictrix uita remeauerit, atque eam ex imis praecordiis inferni perditio exulcerata reddiderit. Videmus itaque in prophetae afflictionibus apertissime praefiguratam & mortem pariter & resurrectionem. Quapropter, quod impletum cernis in seruo, credere non cuncteris in domino. Quae cum ita sint; perspice o homo quantum ualeas, & perpende quantum debeas. perspice, quantum ualeas, ut tandem uilis esse tibi desinas; ut uel pro hoc erubescendis subiaceere uitis digneris, dum generositate tuam de creatoris ac reparatoris dignitate metiris. Habet causas, quibus se ipse confundat, cur indignis dominis uicto corde subdatur, cui gloria aeterna promittitur. ac sic gemino priuilegio, qui dudum diuinae imaginis participatione uidebaris honoratus, efficeris etiam commercii nobilitate pretiosus. unde, quam fortis esse possis contra hostem tuum, interroga statum tuum, quod tibi dominus ad bellandum in membris tuis mundi principem ac spirituales nequitias superandas, liberam contulit facultatem. ac sic impossibile non putes, ut transferri obtineas in angelicas beatitudines, cum in hoc saeculo angelicas deuiceris potestates. Non ergo te degenerem ac despectum faciat uita, quem uel factura probatur illustrare protulisse, uel gratia; sed cursum fideles Christi ad super-
na

Iona 1

Matth. 27

Iona. 4

Iona. 2

na fiducialiter extollant. nam qui se caelesti pretio uident redemptos, ad caelestia non dubitent paratos.

De eadem sollempnitate, homilia secunda.

Psal. 11

On immerito, fratres, hodierna die psalmus hic legitur, in quo propheta exaltandum praecipit, & laetandum. omnes enim creaturas ad huius diei festiuitatem Dauid sanctus inuitat. nam in hac die per resurrectione Christi aperiuntur tartarus, per Neophitos ecclesiae innouatur terra, caelum per spiritum sanctum referatur. apertus enim tartarus reddit mortuos, innouata terra germinat resurgentes, caelum referatur suscipit ascendentes. denique ascendit latro in paradysum: sanctorum corpora ingrediuntur in sanctam ciuitatem: ad uiuos mortui reuertuntur, & profectu quodam in resurrectione Christi ad altiora cuncta elementa se tollunt. Tartarus quos habet, reddit ad superos: terra quos sepelit, mittit ad caelum: caelum quos suscipit, repraesentat ad dominum: & una eademque operatio ne saluatoris passio eleuat de imis, suscitatur de terrenis, collocat in excelsis. resurrectio enim Christi defunctis est uita, peccatoribus uenia, sanctis est gloria. Omnem ergo creaturam ad festiuitatem resurrectionis Christi Dauid sanctus inuitat. ait enim exultandum in hac die, quam fecit dominus, & laetandum. Sed dicit aliquis. Si in die gratulandum est, iis utique gratulandum est, quos dies ipsa complectitur: caelum autem & tartarus extra huius mundi diem sunt constituta: quomodo igitur possunt ea elementa ad festiuitatem huius diei uocari, cuius diei ambitu non tenentur? Sed hic dies, quem fecit dominus, penetrat omnia, uniuersa continet, caelum, & terram, tartarumque. complectitur. Lux enim Christus non parietibus obstruitur, non elementis diuiditur, non tenebris obscuratur. Lux, inquam, Christi, dies est sine nocte, dies sine fine, ubique splendet, ubique radiat, ubique non deficit. Quod autem iste dies Christus sit, apostolus dicit: Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Praecessit, inquit, nox, non sequitur: ut intelligas, superueniente Christi lumine, & diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura non subsequi, & iugi splendore praeteritas caliginis depelli, surrentia delicta prohiberi. Nam quia hic dies Christus caelum, terram, tartarumque collustret, scriptura testatur. Quod enim super terram fulgeat, dicit Ioannes: Erat lux uera, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quod in inferno luceat, ait propheta: Qui sedebant in regione umbrarum mortis, lux orta est illis. Quod in caelis iste permaneat, refert Dauid dicens: Ponam in saeculum saeculi semen eius, & sedem eius sicut dies caeli. Quis autem est dies caeli, nisi Christus dominus? de quo dicitur per prophetam: Dies diei eructat uerbum. Ipse est enim dies filius, cui pater dies diuinitatis suae eructat arcanum. Ipse, inquam, est dies, qui ait per Salomonem: Ego feci ut oriretur in caelo lumen indeficiens. Sicut ergo diem caeli nox omnino non sequitur: ita & Christi iustitiam peccatorum tenebrae non sequuntur. semper enim dies caeli splendet, lucet, & fulget, neque aliqua potest obscuritate concludi: ita & lumen Christi semper micat, radiat, coruscet, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi: unde ait euangelista Ioannes: Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. In resurrectione ergo Christi elementa omnia gloriantur. nam & solem ipsum arbitror esse in hac die solito clariorem. necesse est enim, ut sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit; & cuius mortem lugubri quadam caligine profectus est, eiusdem uitam nitidioris lucis splendore suscipiat; & tamquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulturae, modo coruscet in resurrectione

Rom. 13

Gen. 1

Esai. 9

Psal. 88

Psal. 18

Eccle. 24

Ioan. 1

nis obsequium. in passione enim Christi caliginum se nocte circumdedit, & Iudaeorum facinus mundo teste cogemuit. Indicium enim quoddam doloris in sole est, tanto sceleri officium luminis denegasse, & ultione quadam Iudaeorum oculis tenebras infudisse: ut, quorum mentem caecitas inuaserat, eorum oculos caecitas occuparet, nec luceret eis mundi lumen, a quibus fuerat lumen salutis extinctum. Damnatio igitur quadam ingeritur pharisaeis, ut tenebras, in die iudicii peccatoribus repromissas, iam apud superos patiantur. Apud superos ergo, crucifixo, immorantur tenebrae: quid mirum, si apud superos sunt tenebrae, cum lux descendit ad inferos? Igitur, fratres, omnes in hac die sancta exultare debemus: nullus se a communi laetitia peccatorum conscientia subtrahat: nullus a publicis uotis delictorum sarcina reuocetur. quamuis enim peccator, in hac die de indulgentia non debet desperare. est enim praerogatiua non parua. si enim latro paradysum meruit, cur non mereatur ueniam Christianus? & si illi dominus, cum crucifigitur, miseretur: multo magis huic miseretur, cum resurgit. et si passionis humilitas tantum praestitit consentienti: resurrectionis gloria quantum tribuit deprecanti? largior enim ad praestandum solet esse, sicut ipsi scitis, lata uictoria, quam addicta captiuitas.

De eadem sollempnitate, homilia tertia.

20

Xultandum nobis est, fratres, in hac die, quam fecit dominus, continuata laetitia, & in eius festiuitate iugi gloria gratulandum. nec quia nox sollempnitati interuenit, gaudia nostra praescidit: nec, quia obscuritas distinxit tempora uespertina, resurrectionis lux uota aeterna deseruit. nobis enim heri & hodie dies unus, dies ipse est, quia, sicut de saluatore beatus apostolus, Iesus Christus heri & hodie ipse est. Ergo si Iesus Christus heri & hodie ipse est: ipse atque idem nobis semper est dies: quia in ipso uiuimus, in ipso mouemur: in ipso non morimur: non morimur, inquam: quia sicut lucem Christi nulla peccati incessit obscuritas; ita & uiuentes nulla temporis absument uetustas. Laetemur ergo in Christi resurrectionis die. communis enim omnium, communis est nostra laetitia: communis plane: quia omnes illo resurgente surreximus. omnium enim reuixit saluti, qui pro omnium peccatis addictus est passioni. Resurrexit igitur saluator a mortuis. noua res, & mira: sed habet haec assertio ueritatem. nam, ut taceam prophetarum oracula, angelorum ministeria, aperta sepulcri penetralia, ipsum dominum post resurrectionem cum discipulis loquentem, conuersantem, edentem, Thomam quoque clauorum uulnera etiam digito contrectantem: ut haec omnia praetermittam: tamen fidem nostram confirmat impietas Iudaeorum. nam sufficit ad credulitatem nobis eorum nimium cauta crudelitas. quo enim diligentius custodierunt tumulum, eo constat illum manifestius surrexisse: quo plures apposuere custodes, eo plures testium reliquere. nam hoc procurauit diuina prouidentia, ut resurrectioni dominicae non solum angeli, non solum discipuli, sed & testimonium perhiberent, quod est amplius, inimici. Libentius ergo accipimus, quod eum diligentius obseruarunt. credimus enim sub tot custodibus potuisse illum prodire citius, quam perire; & de tumulo iure domini progredi, quam discipulorum fraude subduci. tanta enim sollicitudine sepulcrum obstruxit impietas, ut id non praualeret manus humana destruere, nisi sola uirtus resurrectionis aperiret. Denique dicit sanctus euangelista descendente angelo, magno terram tremore fuisse commotam, ut fundamenta tumuli mouerentur, & percussos pauore custodes, qui uenerant custodire mortuum, esse factos ut mortuos, ut mortuos, inquam. dignum plane

Luca 23

Heb. 13

Act. 17

Ioan. 20

Matth. 20

M plane

plane iudicium, si, cum iustus resurgit, peccator emoritur; cum reuiuiscit innocens, eius interficitur inimicus. nam ideo nec progredientem dominum cernere potuerunt, quia criminofas mentes terror oppresserat, dum sustinere fulgorem resurrectionis rutilae non ualebant. Maiore ergo sollicitudine pharisaei dominum custodierunt mortuum, quam uiuum sunt persecuti. siquidem causas illos maior urgebat. intelligebant enim, facilius fuisse eum apud superos despici, quam redeuntem ab inferis posse contemni; & quod tunc praedicans facile potuerit occidi, nunc autem resurgens iam non possit occidi: dicente apostolo: Resurgens autem iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Custodiebant ergo eum solliciti in sepulcro, praesertim quia se die tertia dixerat surrecturum. custodiebant autem solliciti in sepulcro, quia necesse illis erat eum iam non doctorem timere, sed iudicem, iudicem, inquam, non sui tantum, sed & crudelis sententiae suae, qua filios, posterosque suos sceleribus addixerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros, Crudelis sub tali sententia impietas Iudaeorum, quae facinore suo non solum praesentes liberos damnat, sed etiam non natos occidit. quantos enim hac uoce ad conscientiam facinoris uocat, quos scientia criminis non tenebat. crudelis, inquam, impietas, quod posteros ante in reatum uocat, quam producit in lucem; ut prius futuris contingeret peccare, quam uiuere. Cruentum plane genitores, qui ante parricidae facti sunt, quam parentes: & ante eos socios suis sceleribus assumpserunt, quos utrum sanguinis participes possent habere, nescirent. Non igitur mirandum est, si in saluatorem tam crudeles fuerunt, qui extiterunt in suos posteros tam crudeles. Non immerito in hac die sanctus David sine exceptione exultandum praecipit, & laetandum, in qua die totius mundi gaudia celebrantur. omnibus enim laetandum est, quia omnibus prodest. cunctis exultandum est, quia cunctis est salutare; & ideo non adulatoria est adhibenda, nec fucata laetitia. quisquis enim in Christi resurrectione laetatur, laetetur potius, quia in Christo ipse surrexit. in illo enim nostra portio, nostra condicio & mortem pertulit, & reuixit. Et licet nobis adhuc resolutio corpusculi maneat, coepimus tunc in Christo aeterna uita iam uiuere. unde quamuis fragilitate nostram acceleret immaturae mortis occasio, in saluatore tunc didicimus prius resurgere, quam perire. ante enim futurus homo resurrexit in Christo, quam uitam fortiretur in saeculo. non enim tantum illi dominus generationi resurrectionis praestitit gratiam, in cuius generationis tempore resurrexit; sed etiam seculis postea populis hoc propidit, ut prius effemus de resurrectione securi, quam de morte solliciti; & ante cum Deo uiueremus in caelis, quam cum hominibus conuersaremur in terris. in saluatore enim omnes resurreximus, omnes reuiximus, omnes ad caelestia transmigravimus. est enim in illo Christi homine unusquisque nostrum carnis & sanguinis portio. ubi ergo portio mea regnat, regnare me credo: ubi dominatur sanguis meus, me sentio dominari: ubi glorificatur caro mea, me gloriosum esse cognosco. quamuis enim peccator, de hac tamen communione gratiae non diffidat: quia etsi peccata nos prohibent, substantia nos requirit: & si delicta propria nos excludunt, naturae communio non repellit. nam, propter bonitatem diuinitatis, peculiarem nobis saluator debet affectum, scilicet, quia sicut Deus noster in ipso est, ita & sanguis noster in illo est. Misericordiam igitur mihi debet praestare diuinitas: necessitudinem exhibere debet affinitas. neque enim tam immitis est dominus, ut obliuiscatur hominis, & non meminerit illius, quem ipse gestat; ut quem causa mei susceperit, non eius causa, quem susceperit, me requirat. non, inquam, tam immitis est dominus, ut non diligat carnem suam, membra sua, uiscera sua. ait sanctus apostolus: Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut

Rom. 6

Matth. 27

Psal. 117

Eph. 5

sicut Christus ecclesiam. Nihil ergo de uenia desperemus, fratres: nihil de odio timeamus. Habemus prerogatiuam sanguinis nostri. in Christo enim caro nostra nos diligit. sumus enim membra eius, & caro, sicut dicit idem beatus apostolus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Exultemus ergo, fratres, sicut ait scriptura, in hac die domini, exultemus plane: quia cum uotis domini gratulamur, magis nostra uota curamus. Quid tantum dicit propheta? Haec est dies, quam fecit dominus. Bonus plane dies, qui lucem intulit uniuersis, uerum non huius saeculi lucem, sed resurrectionis aeternae. lux enim ista non caliginem noctis derulit, sed mortis tenebras amputauit. Bonus, inquam, dies: & melior hic, quam ille, in quo primum mundus enituit. ille enim hominibus ad laborem creatus est: hic factus est ad quietem, ille mortem meruit: hic formidinem mortis euasit. ille bonis malisque communis est: hic proprius est iustorum. illius diei lux tenebris sepe litur: huius diei splendor etiam sepulturas illuminat. ad postremum illius diei lucem mortui non uident: huius diei lumen etiam defunctis emicuit, sicut ait propheta: Qui sedebant in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Laetemur ergo in hac die, quae & uiuos circumfulget, & mortuos uiuificat, & uenturos illuminat, sicut ait beatus euangelista: Erat lux uera, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Gen. 2

Eph. 5

Psal. 117

Esa. 9

Ioan. 1

In eadem sollempnitate, homilia quarta.

Agnum, fratres, & mirabile donum concessit nobis Deus, hunc paschae salutarem diem, in quo resurgens dominus resurrectionem praestitit uniuersis, & de imis ad altiora conscendens, nos quoque ad superiora de inferioribus in suo corpore subleuauit. sumus enim secundum apostolum omnes Christiani corpus Christi, & membra. resurgente igitur Christo, omnia necessario cum eo sua uiscera surrexerunt. dum enim ille ab inferis transit ad superos, nos de morte transire fecit ad uitam. pascha enim hebraice transitus dicitur, uel profectus, scilicet, quia per hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur. Bonus transitus est, transire de peccatis ad iustitiam, de uitis ad uirtutes, ad infantiam de senectute. infantiam autem dixerim, non aetatis, sed simplicitatis. habent enim & merita aetates suas. in occiduis enim prius constituti eramus senio peccatorum: resurgente Christo renouati sumus innocentia paruulorum. Habet & Christiana simplicitas infantiam suam. sicut enim infans nescit irasci, fraudare non nouit, referire non audet: ita & Christianitatis infantia laudentibus non irascitur, spoliantibus non resistit, caedentibus non repugnat. Denique, sicut iussit dominus, etiam orat pro inimicis, auferentibus tunicam relinquit & pallium, uerberantibus maxillam praebet & alteram: nisi quod in hoc melior est Christi infantia, quam natura. illa enim peccare nescit, ista contemnit. illa per infirmitatem innoxia est: ista est innocens per uirtutem. Atque ideo laudi magis adscribendum est, non tam male facere non posse, quam nolle. Ergo, sicut diximus, aetates quaedam sunt meritorum, nam & senectus morum inuenitur in pueris, & innocentia infantum reperitur in senibus. Denique, quod in iunioribus senectus quaedam sit honestatis, dicit propheta: Senectus enim uenerabilis non diuturna, nec numero annorum computata: cani sunt enim sensus hominis. Ad apostolos autem iam seniores, & maiores natu dicit dominus: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer iste; non intrabitis in regnum caelorum. Reuocat igitur eos ad originis suae fontem, & retrorsum ad infantiam redire compellit, scilicet ut qui corpore fragili senuerant,

I. Cor. 12

Matth. 5

Sap. 4

Matth. 16

M 2 inno-

Ioan. 3

innocentiae moribus renascantur, sicut ait saluator: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Dicitur ergo apostolis: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer iste. Non dicit, sicut pueri isti, sed sicut puer iste, unum eligit, unum proponit. Videamus igitur, quis ille tantus sit, qui discipulis proponitur imitandus. Non hunc arbitror esse de plebe, non de publico, non de multitudine ceterorum, praecipue qui per apostolos uniuerso mundo tribuit sanctitatis exemplum, non, inquam, hunc de publico esse arbitror, sed de caelo. ipse est enim de caelo puer, de quo dicit Esaias propheta: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Ipse plane puer est, qui sicut innocens, cum malediceretur, non remaledixit; cum percuteretur, non percussit: quin potius in ipsa passione pro suis orauit inimicis, dicens: Pater dimitte eis; nesciunt enim, quid faciunt. Ita simplicitatem, quam infantibus natura tribuit, dominus misericordiae bonitate cumulabat. Iste ergo puer est, qui imitandus paruulis proponitur, & sequendus; nam ipse dicit: Tolle crucem tuam, & sequere me.

Esa. 9

1. Petri 2

Lucae 24

Matth. 16

De eadem sollempnitate, homilia quinta.

Col. 3

Psal. 102

Etinet sanctitas uestra, fratres, me hoc nuperrime praedicasse, quod homo in iuniorum aetate per iustitiam reformetur, & quamuis fessus seniorius in puerum innocentiae moribus renascatur, ita ut interueniente mysterio ex uetulis iterum uideamus infantes. inuolutio enim quaedam est, definire quod eras, assumere quod ante non fueras. inuolutio, inquam, est, unde & Neophyti nuncupantur, quod nouitate quadam maculas uetustatis abiecerint, gratiam simplicitatis assumpserint, dicente apostolo: Deponentes ueterem hominem cum actibus suis, induite nouum, qui secundum Deum creatus est. Unde & Dauid sanctus ait: Renouabitur sicut aquilae iuuentus tua. Intelligens per gratiam baptisimi occidua uita nostrae posse reuiuiscere, & iuuentute quadam renouari posse id, quod in nobis fuerat delictorum uetustate collapsum. Ut autem intelligas, quia de gratia baptismatis propheta loquitur; inuolutionem ipsam aquilae comparauit, quae auis assidua commutatione habitus sui longam ducere fertur aetatem, & uetustis iam fatiscientibus plumis, noua pennarum successione iuuenescere, ita ut depositis antiquitatis exuuiis, rediuitia indumentorum natiuitate se uestiat. unde intelligimus, quod senectutem aquilae non sentiunt membra, sed plumae. De nouo ergo se uestit, & pullulantibus pennis uetusta mater iterum renouatur in pullum. pullis enim tunc comparanda est, quando radiantibus plumis necesse est illi rursus meditari rudem uolatum, & alarum olim exercitata remigia, tamquam nouella uolucris, intra nidum pigra compescere: quamuis illi sit uolandi notitia de consuetudine, deest tamen illi de pennarum raritate fiducia. De baptismatis igitur gratia hoc spiritus psalmographus prophetauit: nam utique Neophyti nostri nuper baptizati, tamquam aquilae, depositis uetustatis exuuiis, noua sanctitatis indumenta sumpserunt, & fatiscientibus antiquis maculis, sicut plumis leuibus, rediuitia gratia immortalitatis ornantur, ita ut in his senectutis occidua peccata senuerint, uita non senuerit; tamquam aquila in pullum, sic illi in infantiam reuocati. Est eis saeculi de conuersatione notitia: sed adest illis iustitiae de reparatione securitas. Quid igitur sanctus Dauid dicat, adhuc diligentius uideamus. non enim ait: Renouabitur sicut aquilarum, sed sicut aquilae iuuentus tua. Vnius ergo aquilae renouandam in nobis asserit iuuentutem: quam unam & solam aquilam recte Christum dominum dixerim: cuius iuuetus renouata est tunc, cum a mortuis resurrexit. depositis enim corruptela corporalis exuuiis, rediuitia

carnis

carnis assumptione resoruit, sicut ipse ait per prophetam: Et resoruit caro mea, & ex uoluntate mea confitebor illi. Resoruit, inquit, caro mea. Videte, quo uerbo usus est, non ait, floruit, sed resoruit. non enim resorefcit, nisi quod ante floruerit. Floruit autem caro domini, cum primum de Mariae uirginis illibata uulua processit, sicut ait Esaias, dicens: Exibit uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Resoruit autem, cum, succilo per Iudaeos corporis flore, rediuitia de sepulcro resurrectionis gloria germinauit, & in floris modum odorem pariter & nitorem cunctis hominibus immortalitatis afflauit; odore, bonorum operum suauitatem circumferens; nitore, incorruptelam perpetuae diuinitatis ostendens.

Psal. 72

Esa. 11

10

In Laetaniis, & de ieiuniis Niniuitarum Homilia.

Egimus in prophetis, cum Niniue ciuitati subuersio diuinitus immineret; & iuxta sententiam Dei, destruendi illam tempus ingrueret; consistentes in ea aliud non habuisse praesidium, nisi ut, abiectis crapulosis epulis, ieiunia continuata susciperent, & diuitiarum ambitione seposita, humilitate se paupertatis induerent, scilicet, ut exinde remedium perciperent, unde iis perditio contingebat, hoc est, ut iram diuinitatis, quam luxuriando prouocauerant, abstinendo lenirent, & offensam, quam in eos superbia contraxerat, humilitas mitigaret. Dicitur enim in illa tribulatione ipse rex deposita imperiali purpura, regali ambitione submota, membra sua cilicio praecinxisse, atque in sacco se diebus ac noctibus uolutasse. Sapiens ergo rex, qui sciret quemadmodum aduersa sibi superare deberet. hostes enim uirtute superabat, Deum autem humilitate uincebat. Sapiens plane rex, qui intelligeret, quibus armis uteretur pro temporis qualitate. cum enim insidiantur illi homines, apprehendit arma bellica: cum irascitur ei Deus, corripit arma iustitiae. Sapiens inquam rex, qui pro salute ciuium peccatorem se magis confitetur esse, quam regem. obliuiscitur enim se regem esse, ubi Deum regem omnium pertimescit; nec potentiae suae meminit, ubi potentiam diuinitatis agnoscit. Obluiscitur ergo se regem esse, dum proicit purpuram, dum diadema deponit, cilicio autem uestitur & sacco, ieiuniis perseverat, orationibus immoratur. Mira res: dum se regem hominum esse non meminit, rex incipit esse iustitiae. Religiosus igitur princeps non perdidit imperium, sed mutauit. principatum enim ante militariae disciplinae tenuit, nunc caelestium disciplinarum obtinet principatum. Non, inquam, perdidit imperium, quia siue ferro, siue iustitia pro ciuium salute primus inuigilat: primus plane inuigilat: quia ut tota ciuitas ieiunaret, famem sibi rex primus indixit, & solus omnium causa prior cepit esurire, quam miles. necesse enim erat, ut, qui potentior cunctis fuerat, deuotior fieret uniuersis. Exemplo igitur suo praeparat religioni exercitum, non armis, sed sola deuotione munitum: iubet omnem sexum, omnem aetatem a diurnis epulis abstinere. additur religioso exercitui numerus, cum in tali deuotione etiam infantia militare compellitur. pietas enim esse creditur in tali causa, paruulis quoque cibi substantiam denegare. non enim sufficiebat ad placandum Deum peccantium satisfactio, nisi seniorum quoque peccata paruulorum innocentia deploraret, & aetibus alienis delicta sua iuuentus ablueret. Ista autem, fratres, omnia in commonitione nostri facta esse, nemo est, qui nesciat, ut quotienscunque tribulationibus perurgemur, ad haec praesidia concurramus: ut puta, aduersarius imminet, inimicus in promptu est, ieiunemus, & uincamus. Solent quidam homines, quotienscunque necessitatem arduam nimis patiuntur, ad proximas gentes auxilii causa destinare legatos, nos, quod est melius, legationem ad Deum per ieiunia destinamus.

M 3

mus: ab ipso imploremus auxilia, ad ipsum nos corde & orationibus conferamus. auxilium enim illi non aliunde rogando petiuerunt, sed de suis ieiunando uisceribus exegerunt. Cur ergo petat ab altero, qui intra se potest inuenire, quod quaerit? quanto enim Deo uiciniores fuerimus, tanto aduersarii nostri a nobis longius repellentur. Oportet igitur proximos nos fieri Deo, quoniam dicit propheta: Ecce, qui elegant se a te, peribunt. Quod si a Deo qui longe sunt, peribunt: utique qui sunt proximi, saluabuntur. aliter ergo proximi Deo esse non possimus, nisi ad eum ieiuniis, orationibus, & elemosynis propinquemus. Deus enim ipse misericors, ieiunus, & sanctus est: atque ideo, qui uult proximus Deo esse, debet imitari hoc esse, quod Deus est. Tota igitur in tribulatione Niniuitarum ciuitas ieiunauit. bene dixi, tota. non solum enim senes, iuuenes & infantes, sed etiam pecudes legimus ieiunasse. Mira res: ieiunat pro ciuitatis peccato, quem peccati condicio non constringit. Vnde & nos, fratres, temporum angustias sustinentes, omnes pariter ieiunare debemus, & misericordiam Dei cunctorum abstinentia deplorare. nam quale sit hoc Christianum, pro salute sua non facere, quod pecudes pro hominum salute fecerunt? nisi quod stolidior pecude est, qui, indicto pro se a sacerdote ieiunio, non ieiunat. nonne enim pecus est, qui non intelligit, quid illi imminet, quid incumbat? et pecus quidem uidens declinat foueam, cauet praecipitia: tu autem non uis ieiunando periculum declinare, quod cernis? desperationis enim genus est, tunc te manducare; cum abstinere debeas, tunc gaudere, cum debeas deplorare. De hac desperatione apostolus dicit, quod a nobis auertat Deus: Manducemus, & bibamus: cras enim moriemur. Ieiunemus ergo, fratres, sine intermissione, ut hostes nostros orationibus, & abstinentia superare possimus.

In sollemnitate sanctae pentecostes homilia prima.

Osse credo uos, fratres, quae sit ratio, quod uenerabilem hanc pentecostes diem non minore laetitia celebremus, quam sanctum pascha curauimus; & quod eadem deuotione huius sollemnitatis obseruantiam decurrimus, sicut illius obsequia festiuitatis impleuimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, uigilias celebrauimus, orationibus pernoctanter institimus: unde necesse est similis obseruantia similem laetitiam subsequatur. est laetitia plane consimilis. tunc enim ab inferis resurgentem suscepimus saluatorem, modo autem spiritum sanctum expectamus de caelis: tunc anxii uel solliciti Christi praedicabamus aduentum, modo trepidi uel ieiuni paracliti desideramus aduentum. in omnibus enim Deus saluti prouidit humanae. tunc enim nobis ad resurgendum tartara saluator aperuit, modo nobis ad regnandum paraclitus caelestia referauit: et quibusdam quasi profectuum gradibus, tunc de morte ad uitam didicimus remeare, modo autem de terris ad caelos meditatur ascendere. Hae autem omnia operatur in nobis Christus dominus, qui, priusquam rediret ad caelos, promisit discipulis suis dicens: Cum autem ascendero, rogabo patrem meum, & mittet uobis alium paraclitum, qui uobiscum sit in aeternum, spiritum ueritatis. Vnde credendum est, ad patrem peruenisse Christum, cum uidemus ad apostolos descendisse paraclitum. Credendum, inquam, est, sicut ait de saluatore Dauid, in Dei dextera confidere, quia cernimus spiritum sanctum, sicut promisit dominus, in discipulis exultare. ait ergo propheta psalmorum: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Secundum consuetudinem nostram illi confessus offertur, qui, aliquo opere perfecto, uictor

uictor adueniens honoris gratia promeretur, ut sedeat. Ita ergo & homo Iesus Christus, passione sua diabolus superans, resurrectione sua inferna reserans, tantquam perfecto opere ad caelos uictor adueniens audit a Deo patre, Sede ad dexteram meam. Nec mirum, si unius sedis offertur filio confessus a patre, qui unius est substantiae & naturae cum patre. Cur autem ad dexteram filius esse dicatur, moueat aliquem fortasse. Licet enim dignitatis gradus non sit, ubi plenitudo diuinitatis est: tamen ideo ad dexteram sedet filius, non quo praefatur patri, sed ne inferior esse credatur. Et ideo ad dexteram filius, quia, secundum euangelistam, ad dexteram oues, ad sinistram uero constituentur hoedi. Necesse est ergo, partem ouium primus agnus obtineat, & secuturo immaculato gregi locum dux immaculatus anticipet, sicut ait Ioannes in apocalypsi dicens: Hi sunt, qui sequuntur agnum, quocumque uadit: qui se cum mulieribus non coinquinauerunt. Refert ergo propheta Dauid: Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam. Hoc est: dominus pater domino Deo Christo filio throni sui offert sublimem confessum, & honoris gratia ad dexteram suam illum aeterna sede constituit. Legimus autem in actibus apostolorum, dicente beato Stephano, cum lapidaretur a Iudaeis: Ecce uideo caelos apertos, & stantem dominum Iesum ad dexteram Dei. Videamus ergo, quae sit ratio, quod idem dominus a Dauid sedens prophetatur, stans uero a Stephano praedicatur. Primo omnium Deus, qui incorporalis est & inuisibilis, (est enim spiritus, sicut ait dominus: Deus autem spiritus est) sedere, aut stare quo modo potest? deinde autem quali subsellio sedeat Deus, qui infinitus est, & immensus, & intra se ipse magis creaturam cunctam contineat? Haec autem propterea a sanctis uiris dicta arbitror esse de domino; non quo sint contraria sibi; sed ut modo eius omnipotentia, modo misericordia describatur. nam utique pro potestate regis sedere dicitur, pro bonitate intercessoris stare suggeritur. ait enim beatus apostolus: Quia aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Iudex ergo est Christus, cum residet; aduocatus est, cum assurgit; iudex plane Iudaeis, aduocatus Christianis. hic enim stans apud patrem, Christianorum licet peccantium causas exorat: ibi residet cum patre pharisaeorum persequentium peccata condemnans. illis indignans uehementer ulciscitur: his interueniens leniter miseretur. hic stat, ut suscipiat Stephani martyris spiritum: ibi residet, ut condemnet Iudae proditoris admissum.

In eadem sollemnitate homilia secunda.

On incommode ante dies complures, sicut retinetis fratres, praedicatio nostra processit; in qua descripsimus, quod caro domini rediuiua, uelut in nitore floris de tumulo germinauerit. quem tumulum situm in hortulo euangelista testatus est: unde non incongrue profecti sumus. conueniens enim erat, ut flos pretiosior in hortulo gigneretur, & bonae frugis commendatum solo semen, intra septa domestica tamen uirentia salutem omnium pullularer. Christi enim resurrectio tunc totum est redemptio populorum. Ergo in hortulo saluator rediuiuum corpus assumit, & inter florentes arbores, & candida lilia carne iam mortua resorescit, & ita germinat de sepulcro, ut germinantia & nitentia cuncta reperiat. sic enim post hiemalis rigoris frigidam quodam modo sepulturam pullulare elementa omnia festinarunt, ut, resurgente domino, & ipsa consurgerent. nam utique ex resurrectione Christi aer salubrior est, sol candidior; terra fecundior: ex eo surculus uirescit in fructem, herba crescit in segetem, uinea pubescit in palmitem. si igitur, cum resorescit Christi caro, omnia floribus uestiuntur: necesse

Ioan. 12

neceffe est, ut, cum idem fructum affert, etiam uniuersa fructificet, sicut ait idem dominus: Nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; cum autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Resoruit igitur dominus, cum resurrexit e tumulo; fructificat, cum ascendit ad caelum. Flos est, cum de inferioribus terrae gignitur; fructus est, cum altissima sede reconditur. Granum est, sicut ipse ait, cum solus crucem patitur: fructus est, cum plurima apostolorum credulitate circumdatur. His enim post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis conuersatus, tota illos sapientia maturitatis edocuit, & ad bonam frugem eos omni disciplinarum fecunditate conuertit. Deinde ascendit ad caelum ad patrem, scilicet fructum carnis praefrens, in discipulis iustitiae semina derelinquens. Ascendit ergo ad patrem dominus. Meminit sanctitas uestra, quod aquila illi de psalterio, cuius innouatam iuuentutem legimus, comparauerim saluatore.

Psal. 102

est enim similitudo non parua. sicut enim aquila humilia deserit, alta petit; caelorum uicina conscendit: ita & saluator humilia inferni deseruit, paradisi altiora petiit, caelorum fastigia penetrauit. & sicut aquila, relictis terrenis sordibus, sublimem uolans, purioris aeris salubritate perfuitur: ita & dominus, terrenorum fecem deserens peccatorum, in sanctis suis uolans purioris uitae simplicitate laetatur. Per omnia igitur aquilae comparatio conuenit saluatori. Sed quid facimus, quod aquila praedam frequenter diripit, tollit frequenter alienum? Nec in hoc tamen dissimilis est saluator. praedam enim quodam modo sustulit, cum hominem, quem suscepit, inferni raptum faucibus portauit ad caelum, & alienae dominationis, id est, diabolicae potestatis seruum de captiuitate erutum, duxit ad altiora captiuum, sicut scriptum est in propheta: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quae sententia utique sic intelligitur, eo quod captiuitatem hominis, quem sibi diabolus captiuauerat, illi eruendo sibi dominus captiuarit, & ipsam, sicut ait, captiuitatem captam ad caelorum alta sustulerit. Vtraque igitur captiuitas uno uocabulo nuncupatur, sed non aequalis utraque est. Diaboli enim captiuitas seruituti subiicit, Christi autem captiuitas restituit libertati. Ascendit, inquit, in altum, captiuam duxit captiuitatem. Quam bene triumphum domini propheta describit. Solebat, sicut dicunt, regum triumphantium curus captiuorum pompa praecedere. ecce dominum euntem ad caelos non praecedit, sed comitatur gloriosa captiuitas, non ante uehiculum ducitur, sed ipsa euehit saluatorem. quodam enim mysterio, dum filius Dei filium hominis sustulit ad caelum, ipsa captiuitas portatur, & portat. Quod autem ait: Dedit dona hominibus: hoc uictoris insigne est. post triumphum enim uictor semper dona largitur, & proprio regno residens seruulorum gaudia muneratur. Sic Christus dominus uictor diabolicum post triumphum residens ad dexteram patris, hodierna die discipulis dona largitus est, non auri talenta, non argenti metalla, sed spiritus sancti caelestia munera, ut inter ceteras gratias apostoli etiam linguis uariis loquerentur, hoc est, ut Hebraeae nationis homo Christi gloriae Romanae facundiae eloquentia pertonaret, & redemptionem generis humani peregrinae aures, quia Iudaea praedicante lingua non caperent, propria loquela cognoscerent. Omnis lingua in praedicatione Christi resoluitur, ut maiestatem eius omnis loquela fateatur, sicut ait sanctus Dauid: Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum. Ne miremini autem, quod ad dexteram patris residere diximus filium. ad dexteram enim residet, non quia maior patre, sed ne minor patre esse credatur, sicut haeretici blasphemare consueuerunt, sicut enim diuinitas honorificentiae gradum nescit: ita scriptura sancta nouit obuiare blasphemis.

Psal. 61

Eph. 4

Ibidem

Act. 2

Esa. 18

De

De eadem sollempnitate, homilia tertia.

Cire debet sanctitas uestra, fratres, hanc sanctam pentecostes diem quae ratione curemus, uel cur istorum quinquaginta dierum numero sit nobis iugis & continuata festiuitas, ita ut hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succidamus, sed sicut dominica solemus facere, erecti & feriaty resurrectionem domini celebramus. Dominica enim nobis ideo uenerabilis est, atque sollempnis, quia in ea saluator, uelut sol oriens, discussis infernorum tenebris, luce resurrectionis emicuit, ac propterea ipsa dies ab hominibus saeculi dies Solis uocatur, quod ortus eam sol iustitiae Christus illuminet. Instar ergo dominicae tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies uelut dominici deputantur. resurrectio enim dominica est. nam in dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus commoratus est. Aequalis ergo eorum necessarium ut esset festiuitas, quorum aequalis esset & sic quantitas. sic enim disposuit dominus, ut, sicut eius passione in quadagesima ieiuniis contristaremur, ita eius resurrectione in quinquagesima feriis laetaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima, quia in iis diebus nobiscum dominus commoratur. non, inquam, ieiunamus praesente domino, quia ipse ait: Numquid possunt filii sponsi ieiunare, quamdiu cum illis est sponsus? Cur enim abstineat corpus a cibo, cum anima praesentia domini saginatur? non potest enim esse ieiunus, qui reficitur gratia saluatoris. societas enim Christi quodam modo esca est Christiani. Reficimur ergo in quinquagesima domino nobiscum conuersante. cum autem post hos dies ascendit ad caelum, iterum ieiunamus, sicut ait idem saluator dicens: Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. cum enim Christus ascendit ad caelum, nostris auferitur obtutibus: famem patimur non corporis, sed amoris, & non tam cibi ieiunio, quam desiderio laboramus. desideria enim quaedam nostri sustinent oculi, dum non perspiciunt quem requirunt, sicut ait propheta: Defecerunt oculi mei, dum spero in Deo meo. Defecerunt enim prophetae oculi, quia nondum uidebat, quem sperabat se esse uisurum. Sic namque apostolorum defecerunt oculi, cum euntem ad caelum dominum nequeunt intueri: secundum quod ait Lucas dicens: Et uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Stabant enim beati apostoli toto suspenso corpore, & ascendentem ad caelum dominum, quia incessu pedum non poterant, oculis sequebantur; & licet ad deducendum saluatorem uisio humana deficeret, fidei tamen deuotio non deficit. usque ad nubem enim Christum deducunt: usque ad caelos autem cum Christo fidei deuotione comitantur. unde ait apostolus, sciens fidem nostram in caelis esse cum domino: Nostra autem conuersatio in caelis est. Nubes ergo ab oculis apostolorum suscepit saluatorem. uideamus ergo, quae ista nubes sit, quam splendida, quam praecleara, quae lucem mundi Christum suscipere meretur. Neque enim poterat obscura esse ac tatra uel tenebrosa, quia scriptum est: Et tenebrae eam non comprehenderunt. Tenebrae enim lucem gestare non poterant. illa enim est nubes, quae ascendentem suscepit Christum, quae & testimonium Christo etiam in monte perhibuit: de qua ait euangelista: Vox in nube audita est dicens: Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Non igitur nubes suscepit Christum, sed Deus pater recepit filium, & occursum quodam pietatis ascendentem illum gremio molliore complectitur. nam ideo pater dicitur suscipere filium nubis umbraculo, ut ostendatur refrigerio quodam fouere eius uulnera passionis. post crucem enim, post inferos non est maius Christo refrigerium, nisi quod

Luca 5

Ibidem

Psal. 68

Act. 1

Philip. 3

Ioan. 1

Matth. 17

Luc. 1 quod uirtute diuinitatis obumbraretur, sicut in natiuitate eius ad Mariā dicitur: Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Altissimus ergo pater, qui nascente Christo obumbravit in uirtute Mariæ, ascendentem eum suscepit in nube. semper enim Deus, quos post iniurias perducit ad requiem, protegit eos nubis umbraculo, sicut filios Israel liberatos de Aegypto nubis columna protexit, & ut post multum laborem eos in terram repromissionis induceret, refrigerii fuit umbraculo, sicut ait propheta: Expandit nubem ad protegendum eos. Expandit enim nubem, ne siccitate eremi fatigarentur etiam solis ardore. Latemur ergo in hac sancta die, sicut in pascha latati sumus. est enim in utraque die similis eademq. sollēnitas. in pascha enim omnes gentes baptizari solent: in pentecoste autem apostoli baptizati sunt, sicut ait dominus discipulis suis ascensus ad cælum: Ioannes baptizauit aqua; uos autem spiritu sancto baptizabimini, quem accepturi estis non post multos hos dies. Et ideo dicit Lucas: Cum autem complerentur dies pentecostes, factus est subito sonus de cælo tanquam aduenientis spiritus ualidi, seditq. super singulos eorum.

HOMILIAE DIVI MAXIMI,
episcopi Taurinensis, hiemales & æstiuæ,
de sanctis.

IN NATALI DIVI STEPHANI,
Leuitæ, & protomartyris,

Homilia.



Act. 7 **L**ECTIO actuum apostolorum, quæ nobis hodie lecta est, dilectissimi fratres, cum plurimum habeat in ipsa specie admirationis, non minus tamen continet in mysterio dignitatis: Ecce, inquit, beatus Stephanus dicit: Video cælos apertos, & filium hominis stantē a dextris uirtutis Dei. Considerate attentius, fratres dilectissimi, cū beatus martyr dominum nostrū Iesum Christū ad dexteram Dei patris stare uidisset, cur se filium hominis uidere testatus est, & non potius filium Dei; cum utique plus honoris domino delaturus uideretur, si se Dei potius, quam hominis filium uidere dixisset? Sed certa ratio postulabat, ut hoc ita ostenderetur in cælo, & prædicaretur in mundo. omne enim Iudæorum scandalum in hoc erat, cur dominus noster Iesus Christus, qui secundum carnem est filius hominis, esse etiam Dei filius diceretur. ideo ergo pulchre scriptura diuina filium hominis ad dexteram Dei patris stare memorauit, ut ad confundendam Iudæorum incredulitatem illi martyri ostenderetur in cælo, qui a perfidis negabatur in mundo; et illi testimonium cælestis ueritas daret, cui fidem terrena impietas derogarat. Vnde licet iuxta psalmum, qui lectus est: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorū eius sit; si quid tamen distare inter martyres potest, præcipuus uidetur esse, qui primus est. Nam cum sanctus Stephanus ab apostolis diaconus ordinatus sit, apostolos ipsos beata ac triumphali morte præcessit: ac sic, qui erat inferior

ferior ordine, prior factus est passione: & qui erat discipulus gradu, magister cepit esse martyrio, complens illud, quod beatus propheta in psalmo dixit: Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Retribuere enim primus uoluit Stephanus martyr domino, quod cum omni humano genere accepit a domino. mortem enim, quæ saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit saluatori. Post hæc subiecit scriptura sacra, & ait: Positis genibus clamauit dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Videte, dilectissimi fratres, affectum beati uiri: uidete magnam & admirabilem caritatē. In persecutione positus erat, & pro persecutoribus supplicabat, atque in illa lapidum ruina, quando alius obliuisci poterat etiā carissimos suos, ille domino commendabat inimicos. Quid enim dicebat, cum lapidaretur? Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Plus itaque tunc illorum dolebat peccata, quam sua uulnera; plus illorum impietatem, quam suā mortem. et recte plus. in illorum quippe iniquitate erant multa, quæ plangi, in illius autem morte non erat, quod debuisset doleri. illorum impietatem mors sequebatur æterna, huius autem mortem uita perpetua. Imitemur ergo in aliquo, dilectissimi fratres, tanti magistri fidem, tam præclari martyris caritatem. diligamus nos hoc animo in ecclesia fratres nostros, quo ille tunc dixit inimicos suos. sed quod peius est, aliquotiens non solum inimicos non diligimus, sed nec amicis quidem fidem integram custodimus. Sed dicit aliquis: Non possum diligere inimicum meum, quem quotidie uelut hostem patior crudelissimum. O quicumque ille es, attendis, quid tibi fecerit homo; & non consideras, quid tu feceris Deo. cum enim tu multo grauiora in Deum peccata commiseris, quare non dimittis homini parum, ut tibi Deus dignetur dimittere multum? Recole, quid tibi in euangelio ueritas ipsa promiserit, & quam tibi quodam modo cautionem fecerit, uel quale tecum pactum inierit. Si enim (inquit) dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cælestis peccata uestra: si autem non dimiseritis, nec pater uester dimittet debita uestra. Videtis fratres, quia cum Dei gratia in potestate nostra positum est qualiter a domino iudicemur. Si (inquit) dimiseritis, dimittentur uobis. Iam sæpe dixi, fratres, & frequentius dicere debeo, nemo se circumueniat, nemo se seducat, qui uel unum hominem in hoc mundo odio habet: quidquid Deo in operibus bonis obtulerit, totum perdit: quia nō mentitur Paulus apostolus dicens: Si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Quam rem etiam beatus Ioannes confirmat dicens: Omnis, qui non diligit fratrem suum, manet in morte. Et iterum: Qui fratrem suum odit, homicida est. Hoc loco fratrem omnem hominem oportet intelligi, omnes enim in Christo fratres sumus. Nemo itaque sine caritate de uirginitate præsumat: nemo de eleemosynis, nemo de orationibus confidat: quia quamdiu inimicitiam in corde tenuerit, neque istis, neque aliis quibuslibet bonis operibus placare sibi dominum poterit. sed si uult sibi habere propitium Deum, non dedigneretur audire consilium bonum, audiat non me, sed ipsum dominum suum. Si (inquit) offers munus tuum ad altare; & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & uade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. At nos pugnas habentes intrinsecus, & dolos in corde uersantes, quasi bonam cōscientiam habeamus, præsumimus accedere ad altare, non timentes quod scriptum est: Qui manducat, & bibit indigne, iudiciū sibi manducat, & bibit. Sed dicit aliquis: Grandis labor est inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare. Nec nos negamus, fratres. non paruus quidem labor est in hoc sæculo, sed grande erit præmium in futuro.

Lucæ 6

futuro . per amorem enim hominis inimici efficeris amicus Dei, immo non solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse dominus dicit; Diligite inimicos uestros; benedicite iis, qui uos oderunt; ut sitis filii patris uestri, qui in caelis est. Si te aliquis homo diues in hoc saeculo uellet adoptiuum filium facere; quo modo seruires, quas indignitates etiam seruorum eius, quæ seruitia durissima, & aliquoties etiã turpissima sustineres, ut ad caducam & fragilem hereditatem illius peruenires? Quod ergo alius sustinet propter substantiam terrenam, tu sustine propter uitam æternam. conuincimur enim certissima ratione, quia propter Deum possumus quidem, sed nolumus iniurias sustinere. Denique, si nobis aliqua potens persona iniuriam faciat, si nobis etiam in facie maledicat; nec respondere aliquid asperum, non dicam uicem reddere audemus. quare? ne ab illa persona potente adhuc maiora, quã pertulimus, patiamur. Quod a nobis extorquet hominis timor, debuerat a nobis exigere Christi amor. Si ergo potens persona fauit contra nos; tacemus, & nihil dicere ausi sumus. si uero aut æqualis, aut forte inferior uel leuam nobis contumeliam fecerit; quasi fera bestia sine ulla patientia, ac sine aliqua Dei contemplatione confurgimus, & aut in presenti nostram iniuriam uindicamus, aut certe ad maiorem uicem reddendam nostrum animũ præparamus. Quid est hoc, quod quando potens persona nobis iniuriã intulit, patienter accipimus; quando inferior, nimio furore succendimur? quod ibi timuimus hominem, hic Deum timere nolumus. Vnde ergo nos, fratres, quantum possumus, cum Dei adiutorio cor nostrum ad patientiam præparemus, & in omnibus malis hominibus medicorum uicem agere studeamus, & non ipsos homines, sed illorum malitiam odio habeamus. pro bonis oremus, ut semper ad meliora conscendant: pro malis, ut cito ad emendationem uitæ per pœnitentiæ lamenta confugiant. quam rem orantibus nobis ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

In natali diuæ Agnetis, uirginis, ac martyris, homilia.

30
C Vm in toto mundo uirginis flos Mariæ immaculatae coronas innestat, & sceptrigeram pudoris aulam immaculato conseruet affectu; eo usque integritas perseverauit ad palmam, ut in puellis trophæum sanctitatis arriperet, & per uestigia matris uirginis ad caelestem thalamum perueniret. Hinc est, quod annulo fidei Agnes se afferit subarratam, & clamat se amore sponsi constrictam. O quam imitabile uirginibus, uirgo, tui amoris tradidisti exemplum: o quam sanctum, pectoribus dandum uirginis, tribuisti responsum, contemnendo mundi diuitias, execrando carnis concupiscentias, & solam Christi pulchritudinem adamando. Accedite ad puellam puellam, & discite in annis infantiae, quales in pectore suo circa amorem Christi flammam accendit. Dicit se amatori suo seruire fidem, & eius corpus concupiscere solum, qui pro amore hominum mortis non recusauit interitum. Discite uirgines Christi amorem in puella feruentem, & omnes mundi diuitias uelut stercorea recusantem. ideo enim sanctorum per litteras traduntur exempla; ut unusquisque pro qualitate sexus, & pro ætate annorum modum sui propositi teneat; & sicut per uirginem uirgines, ita per coniugem coniuges uincere saeculum pro Christi amore studeant; ac repugnatione animi mundi dulcia recusantes, & eius non recusantes austeras, ad delectationes perpetuas & ad gaudia æterna pertingant. Hæc dicentes, non uituperamus coniugum casta commercia, sed uirginum perseverantiam adornamus. non enim uirginitas malis rebus superponenda est, sed est optimis rebus præferenda. quæ enim mundis mundior

mundior, & sanctis est sanctior, non indiget malarum rerum uituperatione laudari. Sequantur itaque sancta coniugia patriarcharum coniuges in religione positæ ac diuinis litteris informatae: Saram, Rebeccam, Rachelem, Annam, Susanam, ac Sephoram imitentur uxores: Christi uero uirgines solam uirginem matrem luminis subsequantur. Huius pedisequa Agnes beatissima magnam de se pudicitia excita uit exemplum, cum uirginitatem prætulit uitæ, omnemque a se amorem terrenum per amorem caelestem expellens, trophæum crucis Christi arripuit, & tam contra libidines, quam etiam contra supplicia uniuersa, fide potius armata, quam ferro, fortiter dimicauit, & uicit. Despicit denique blandientem, & renuit minantem; incendium intendit, & uidet. nescit amare aliquid, quod transit: & dum nimis uirginitatem diligit, nec ludibria, nec flammam, nec supplicia, nec carnifices metuit: postremo nec gladium furentis percussoris expauit. Compellitur uirgo ornamenta suscipere corporis, sed renuit, quoniam iam susceperat mentis. et quia non de elegancia corporis humani placere studebat, quia timebat de foeditate animæ domino displicere, dabat intus per fidem suæ menti candorem, pulchritudinem excolebat animam; & quantum sciebat, ut animam suam pulchram faceret, tantum in corpore erubescere se esse formosam; tantoque studens displicere carnalibus in carnis aspectu, quanto instituit Christo & eius angelis complacere. Turbatur iuuenis a puella contemptus; & se muneribus complacere posse existimans, aurum, gemmas, uestes congemians, præmia pretiosa conuectat. sed quia Christi caritas pecuniarum non habet pretium, uirginitas sacratissima in suo gradu usque in sanguinis effusionem permansit, quoniam suo illam sanguine subarrauerat Christus. Ad concupiscentem igitur reuertitur census, & inconcussa uirginitas Christo semel oblata perdurat. Discite uirgines Christi normam puellaris exempli, & oblata sub specie pietatis uirorum munuscula tota intentione respuite, & quasi rabidi canis morsus omni cum gaudio recusate. A quo non receperis, quo timeas Deum; non accipias, quo diligas mundum. Accipe uirgo, sed quod amoris æterni proficiat. quotienscunque hominem secuta fueris, census sic accipe, ut te sponsam Christi cognoscas. uidet ille intus in mente, quid facias, & quam expectenter eius uirgines comiteris, attendit. Videte ergo, quo modo Agnes sequitur Mariam per opprobria. Nullum potuit penitus formidare supplicium; cui etiã lupanar turpitudinis, locus orationis efficitur; & ubi ei diabolus corruptionis præparauerat ignominiam, illic eam percipere fecit dominus coronam suam uirginitatis, & palmam, hoc est, in suis sedibus hostes uincere, captiuam ductam uirginem ad penetralia regis libidinum, ipsum regem a uirgine, quam captiuauerat, uictum, & uictum cum uirginis triumpho exire. nã qui tenuerat, tentus est: qui traxerat, tractus est: qui occidere se putabat, occisus est. Denique ut probemus diabolum a uirgine ista tunc fuisse uictum, illius iuuenis factum ad animum reuocemus, quem contra Agnetis infantiam sic armauerat inimicus, ut nudam faceret trahi per uulgus ad lupanar, sub uoce præconantis ducis populum ad libidinem inuitantis. Hunc ergo ducem fuisse diaboli, nemo qui dubitet: & uicto duce populum superatum esse, omnibus notum est: superatis autem cum duce suo populis, tyrannum teneri captiuum, omnibus patet. constat ergo diabolum superatum, quotiens contra uirginem arma arripuit. nam expoliata uirgo tegitur crinibus; & nudata ab hominibus malis, uestitur ab angelis bonis; & dånata in prostibulo turpitudinis, in gremio apparuit castitatis. efficitur oratorium angelorum locus, qui perditarum fuerat animarum; & ubi semper naufragauerat castitas, illic est coronata uirginitas. Denique populos, quos præco ad libidinem inuitauerat, uirgo ad castitatem obtinuit; & quos ad eam diabolus inquinatos induxit, illa a se mun-

N dos

dos eiecit. omnes namque sigillatim ingressi, unus alterius sustinebat ingressum. quē egressum dum non crederet mundum, se exhibebat immundum. sed ingressus ad libidinem ad adorandum dominū meritis uirginis tenebatur: & exibat inde Dei seruus, qui seruus diaboli intus fuerat ingressus: & tot facti sunt Christi cultores, quot diabolus uirginis se putauerat inuenisse corruptores. Remansit igitur iuuenis, qui auctor huius extiterat probationis, qui se putabat defensorē uirginis superare. hic dum splendori cælesti non cessit dans honorem, uitam, quam habere uidebatur, amisit, & mortem, quam quærebat, inuenit. Ridentibus lacrymæ succedunt, & insultantibus finem gaudiorum imponunt. Attendit uirgo lugentem iudicem; & quem minantem ante contempserat, nunc deprecantem exaudit. Illico igitur ut cœpit orare pro mortuo, & a mortuis excitat saluum, qui morri fuerat deputatus; & ad gaudium euocat, qui fuerat præcipitatus ad luctum. nam qui incestus fuerat mortuus, exurgit castus; & fit prædicator castimoniam, qui persecutor extiterat castitatis. Ad hæc sacrilegi conturbantur in templis, & Christum hæc mirabilia facientem contremiscunt: excitant seditiones ignobilis uulgi; ut ratio, quæ suadebat fidem, seditionum clamoribus pulsa, locum in mentibus hominum inuenire non posset. Pater uero, suscitato filio, tristis abscessit, & ut legitur, turbis furentibus uicarium dereliquit. Virgineo itaque corpori præparantur stridentes flammæ: sed corpus, quod incendia libidinum superauerat, refrigerium in mediis flammis inuenit: & quæ ad hoc focos ingressa fuerat, ut arderet; cœpit per sanctam uirginitatem algere; ut disceret uirginitas sibi flammam, & incendia penitus dominari nō posse. Nec illos periisse æstimes, quos pro nomine Christi consumpsit incendium. nam cum legis Heliam ignibus raptum, & tres pueros in mediis flammis nulla ratione cōsumptos; aut dum Laurentium in craticula asfatum recolis, atque Agnem, sicut Teclam flammarum globos euasisse cognoscis; nullam in his suspiceris uarietatem fidei tunc fuisse. una etenim fides sanctos Dei in passione exercuit, & diuerso genere gloriarum reddidit utrosque uictores. nam qui consumptus est martyr, exultat: & qui euasit uictor, exultat: et Esaias sectus martyrem se fecit: & Daniel leonum rabiem morsusq. contemnens, probatissimum Dei confessorum expressit. quo facto utrosque Christus diaboli ostendit esse uictores. unus enim moritur, & triumphat; alius euadit, & regnat. Veni iam uirgo ad thalamum, quem quæstisti; & pro amore sponsi gladium percussoris admittite; ut sponsam te uirginitas immaculata comprobe Christi, & martyrem confessionis probata consignet. Felix ceterua uirginum, quibus studium est tuæ sequi confessionis uestigia. habebunt enim tecum coronam in cælo, quæ tecum superauerunt inimicum in mundo. nam sicut tibi, uestigia Mariæ prosequenti, participatio æterna remunerationis apparuit: ita eis, te imitantibus, æterna credimus gaudia non neganda. Itaque o splendida Christo, pulchra Dei filio, & omnibus angelis & archangelis grata, ut nostri meminisse digneris, quibus possumus precibus exoramus; ut nobis ille tribuat peccatorum indulgentiam, qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmam, qui regnat cum patre & spiritu sancto: quia ipsi est honor, laus, gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

est

4. Reg. 2
Danie. 3

Danie. 6

Homilia prima in die natiuitatis

Ioannis Baptistæ.

Ollemnitatem nobis diuersorum martyrum, fratres carissimi, uitæ præsentis occasus, & suscepta ab eis pro Christi nomine passio consecrauit. multimoda namque ueterum relatione didicimus, nonnullos martyrum prostratos gladio, igni alios concrematos, cōplures bestiarum dilaceratos dentibus, innumeros & iam uariis tormentorū cruciatibus affectos, sprete sui corporis morte, Christianæ fidei testimonium reddidisse. Beatus uero Baptista Ioannes, cuius nunc festiuitate læramur, cælestia mundo gaudia sterili ab utero hodie natus inuenit. et illi quidem indubitata iam gloria regnantem confessi sunt Dei filium: hic autem & nasciturum dominum prophetalis spiritus illuminatione præuidit, & natum priuilegio gratiæ singularis ostendit. In tantum autem specialis in eo præfulsit electio, ut ante mereret annunciare dominum; quā nascendi initium, uel linguam, qua enunciare posset, acciperet. Denique Elizabeth illa uetus mulier, & noua mater, quæ ante partum suum de futuri filii lætabatur officio; uenienti ad se beatæ Mariæ in ipso salutationis occursum, ait: Ecce, ex quo facta uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Quid hoc est miraculi, fratres, quæ tantorum nouitas gaudiorum, ut habere se in utero Elizabeth restaretur infantem, qui necdum semet ipsum sentiens, dominicum iam sentiret aduentum? Vere hic omnium beatissimus paruulorum, qui intra uiscera adhuc materna conclusus, adesse saluatorem mundi, quia necdum sermone poterat, prophético gaudio reuelauit. Nullus ignorat, carissimi, omnem paruulum materno ab utero procedentem inter ipsa lucis exordia mæstis concrepare uagribus. solus Baptista domini ultra legem nascentium natiuitatem suam lætitiæ exultatione præuenit. Et quam decuit, fratres, ut de matre sterili nasceretur, qui fecunditatem uirginis reuelabat, quatenus mirabilem partum mirabiliter natus ostenderet. Illud etiam quam stupendum, quamq. magnificum, quod Zacharias sacerdos, pater futurus prophetæ, quia hoc ipsum, quod gerebatur, angelo loquenti non credidit, usum loquentis amisit, donec, promissione completa, natus noui hominis præco paternæ linguæ uincula relaxaret. os enim, quod angelus clauserat, promissus ab angelo filius reserauit. nam cum de nuncupatione paruuli cognatorum uicinarumq. hæstaret arbitrium, proprietatem ueri nominis eius, quam angelo dictante didicerat, recepta pristini subito facultate sermonis pater mutus aperuit; ut cuius natiuitatem præceptione cælesti tacitus expectabat, nati uocabulum loqueretur; & agnosceret anxius senex, per eum se sibi redditum, quem de se non crediderat nasciturum; nec dubitaret ultra cælitus illum uel promissum fuisse, uel natum, cuius causa & amisisse probabat, & recepisse sermonem. Quid hac, fratres, religione gloriosius? quid hac insignius fide? in qua sterilis concipit, uirgo parturit, mutus loquitur, & in secreto maternorum uiscerum paruuli totius mundi gaudia futura præludunt. nec enim poterat ueteri sub lege ordinem suum mortalitatis seruare natura, quando per nouam diuinitatis gratiā nouum saluti omnium mysterium parabatur. Hic ergo est Ioannes, de quo prophetauit Esaias dicens: *Vox clamantis in deserto, parate uiam domino, rectas facite semitas Dei nostri. Vox, inquit, clamantis. quam bene uox dicitur, qui uenientem de cælestibus in carne hominis unigenitum Dei pleno lætus ore clamabat. Recte uox dicitur, cuius intonante præconio sacramentum redemptionis humanæ, surda dudum cœpit audire mortalitas. ut enim uenerandus Baptista muto patri aperuit linguam,*

N. 2. ita

Lucæ 1

Esa. 40

Math. 14

ita aures hominum salutaris gratiae innovauit auditum. Clamat autem in deserto, ubi praedicatione eius nec insolens turba perstreperet, nec infidelis rideret auditor, sed hi tantum audire possunt, qui praedicantem uerbum salutis, cura tantum diuini cultus expeterent, & aduerterent eum uera annunciare de Christo, qui per assertionem iustitiae, ut illicitas Herodis nuptias increparet, nec regem timuisset offendere, nec squalorem carceris declinasset, nec tyrannico gladio refugisset occidi. Audiamus adhuc paululum, fratres, quid ad profectum omnium nostrum saluatoris nuncijs praedicabat: Parate, inquit, uiam domino, rectas facite semitas Dei nostri. Vere dignus beatus Ioannes, cuius prophetica esset natiuitas, qui & illis de parentibus, quorum esset desperata posteritas, Dei munere nasceretur. nam tanta auctoritate, 10 tantoq; docendi pondere in uocem sanctae praedicationis erupit, ut & instantem domini nunciaret aduentum, & in semitas rectas male uiuentium dirigeret prauitatem. Quid est enim, Parate uiam domino, nisi aduentanti de caelo iudici purgato a uitiiis pectore simplicis cordis habitaculum praeparare? Quid est, Rectas facite semitas Dei, nisi ut tales actuum tuorum tibi munias uias, quas perambulare propitius ueniens ad te dominus delectetur? Ille uiam domino suo parat, qui luxuriantis carnis respuens uoluptates, toto mentis suae spiritu suspensus ad Deum, uigore se castitatis accingit. Optimam parat domino uiam, qui cogitationes suas auaritia fluctibus aestuantes, serenae conscientiae tranquillitate compescit. Viam domino parat, qui idolorum uana atque omnium superstitionum figmenta conculcans, unum Dei uiui cultum & fidem ueritatis inquirat. Quicumque uero uoluptuosus saeculi huius languet illecebris, cupiditatibus auaritiae feruentis insanit, in fraterna odia feralis inuidiae facibus inardescit, atque ad contumeliam Dei omnipotentis, super anfractas daemonum semitas erraticus uiator incedit; non parat domino uiam, sed in amico miser suo exitabilem in semet ipsum patefecit ingressum. Hi mores, & uita huiusmodi ampla itinera, & largissimas uias barbaris nationibus in exitium communis salutis aperiunt. Hi mores plebem Dei inimicis gentibus iugo miserae captiuitatis addicunt. Hi mores armatos dissipant populos, & munitas diruunt ciuitates. Ecquid plura, carissimi? Quidquid potentiae, quidquid uirium uidemus in hostibus, corruptione uitae nostrae, nostraq; infidelitate nutritur. et inde est, quod nihil fusa ad Deum supplicatione proficimus; quia incessabiliter impijs prauisq; desiderijs inhærentes, uiam domino nostro secundum prophetica monita non praeparamus. Propter quod reuertentes ad beatissimi praecipua Ioannis, paremus domino uiam, rectas faciamus semitas Dei nostri, quatenus uidens in nobis dominus itinera bonae uoluntatis, ouiculas suas, multis iam periculis fessas, benignissimus pastor inquirat: ut, sicut de Baptistae dominici hodie natiuitate gaudemus, ita de Dei nostri reconciliatione laetemur: cui honor, & gloria.

Homilia secunda unde supra.

40

Ioan. 1

Vnctorum quidem prophetarum, fratres carissimi, ueneranda recordatio est. beatus Ioannes Baptista, cuius hodie genuinus natalis honoratur, in tantum omnium illorum singulari quodam merito supergressus est gloriam, ut dominum Iesum, saluatorem nostrum, non solum esse uenturum, sed aduentasse iam, & cohabitare hominibus ueritate praesentis testimonii reuelaret. quae cum inter promiscuas turbas ad baptismum suum properare uidisset, uelut digito demonstrans ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quam innocens est

est huius uita, uel qua possumus deuotione eius merita compensare, qui agni caelestis aduentum & primus agnouit, & solus ostendit? quam mirabile est uniuersis eius praeconium, de cuius ore primum absolutionem suam mundus audiuit? Hic est, carissimi, de quo prophetica annunciatione praedictum est: Vox clamantis in deserto: parate uiam domini: rectas facite semitas Dei nostri. Clamaturus erat enim, sicut & clamauit, ut, uociferante salutis pracone, obturatas diu aures mortalium praedicationis caelestis aperiret. Quis ergo huiusmodi prophetam non tota admiratione suscipiat, quae tantum recognoscit obtinuisse de Deo, ut ante eius meritum laudarentur, quam natiuitas formaretur? Hic ergo Zachariae iustissimo sacerdoti, cum multa esset aetate prouectus, & sterilitate senissimae coniugis successione uotiuu germinis desperasset, omnipotentis Dei cura per angelum promittitur nasciturus. Et bene senissimis parentibus nouus filius datur, qui senescenti labentique mundo unigenitum Dei ad spem futurae iuuentutis ostenderet. Quid illud, quantoque est stupore mirandum, quod Zacharias ipse, dum praecursorem salutaris uerbi concipiendum senili aluo paulo tardius crederet, silentio repentinæ taciturnitatis obmutuit, nec pristinum loquendi recepisset usum, nisi nomen pueri, quo uocandus esset, clausi oris ei uinacula relaxasset? atque ita factum est, ut os sacerdotale, quod trepidatio colligauerat dubitantis, meritum filii nascentis absolueret, & reparata patris lingua infantis gloriam testaretur. Quid autem de continentiae eius uirtute, quid de amore iustitiae loquar, cui, sicut legitur, inimitabilis uictus, & luce ipsa carior ueritas fuit? Conuersatus enim in deserto uestimentum habens de pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbos suos, locustas edebat, & mel siluestre; ut increpaturus hominum mala, nullam penitus haberet uel in ueste, uel in epulis uoluptatem. Denique tanta eius mente diuinæ legis æmulatio possidebat, ut & prauitatem perfidæ generationis prophetico uigore corripere, & auctoritate feruentis in se spiritus sancti regem intrepidus increparet errantem: maluitque uir beatissimus sub denunciatione iustitiae furētis succumbere gladio, quam reticere ueritatem, qui manifestare uenerat auctorem. Amen.

30

Homilia tertia, cuius supra, de eodem.

Estiuitatem praesentis diei, fratres carissimi, uenerandi Ioannis Baptistae genuina natiuitas consecrauit, qui iccirco in hoc saeculum superna dispensatione directus est, ut non solum ipse prophetali sublimaretur gloria, sed ut & omnium etiam per eum prophetarum praeconia firmarentur. nec immerito illum praecipuo honore nunc ueneramus, qui speciali quadam gratia ob hoc redemptorem mundi nouissimus prophetauit, ut ostenderet eum primus. hic enim solus est prophetarum, qui dominum nostrum Iesum Christum, quem alii in longa tempora futurum praescierunt, proprijs oculis uidere meruit, & annunciare praesentem. nam sicut sacratissimum euangelium refert, uenientem domino ad baptismum eius, huiusmodi prorupit in uocem: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Propter hoc nimirum saluator ipse de illo dicebat ad turbas: Quid existis in deserto uidere? prophetam? dico uobis, & plus quam prophetam. Plus reuera est, quam propheta, cum ceteri omnes uenturi adhuc Christi fuere praecones, hic autem probatissimus uenit domini praesentis assertor. Plus quam propheta est, cuius manibus, quod nulli est praestitum prophetarum, baptizandum se Dei filius inclinauit. Plus quam propheta est, cuius tanta est praerogatiua meritorum, ut uno eodemque momento cali terraeq; arbitrum submersum aquis tingere in Iordane, spiritum quoque sanctum uenientem cerperet in columba, & attestantis

N 3 stantis

stantis uocem patris audiret e caelo. Hic est ille, quem inspirante Deo praescius annunciat Elaias dicens: Vox clamantis in deserto: parate uiam domini. Quam congrue, fratres carissimi, beatus Ioanes praedicatus est uox, qui caelestis uerbi & praeco mittebatur, & testis. Hic est ille, cuius per angelum Gabrielem praenunciatur natiuitas, & nomen, & meritum. Hic est, qui iudicio caelestis sententiae cunctis mortalibus antefertur, dicente domino: Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. quam pulchre dictum est, inter natos mulierum non esse maiorem, quia ille omnimodis maior erat Ioanne, qui de uirgine nascebatur. Hic est etiam, qui maluit a rege prosterni, quam regem non increpare peccantem. Quibus prospectis aduertite, dilectissimi, quantam huic reuerentiam, quantum deuotionis debeamus impendere, qui ut honorabilis sit, a sancto est spiritu prophetatus, promissus ab angelo, laudatus a domino, & perpetua sanctae mortis gloria consecratus. decebat namque ut mysticam natiuitatem eius mirabilis uita sequeretur, & sanctam perfectamque uitam mors Deo deuota concluderet. Propter quod, fratres, rectissime toto hodie orbe Christi ecclesia primordia natiuitatis eius laetissima festiuitate concelebrat, qui, aeterna mortalibus adesse gaudia, stupenti mundo testis fidelissimus reuelauit.

In natali beatissimorum Petri, ac Pauli, apostolorum.

Loriossimos Christianae fidei principes annuis sollemnitatibus honorantes, fratres carissimi, ipsum dominum, ac Deum nostrum, qui huius auctor est fidei, debita religione ueneramur. apostoli namque latino sermone dicuntur missi. qui ergo honorant missos, manifestum est honorare eos mittentem: quoniam dignitas, quae deferretur ministris, illi sine dubio, cuius ministri sunt, exhibetur, ut ait ipse saluator ad discipulos suos: Qui uos audit, me audit: & qui uos recipit, me recipit. Vere beata apostolorum merita, in quibus se Christus & recipi praedicat, & audiri. Beati nihilominus & illi, quorum deuotio delata apostolis recurrit in Christum. Tenentes itaque, fratres, tanta huius promissionis fidem de suppliciis patrum nostrorum pro Christi confessione susceptis, fidelibus gaudiis exultemus: quoniam, qui de martyrum morte laetatur, martyres non dubitat cum Christo regnare post mortem. Nos uero ecclesiarum omnium reuerentissimos patres, Petrum dico, & Paulum, piissimis studiis honoremus; quibus Christi praestante gratia, factus est hodie de morte natalis; quibus finis uitae, uiuendi initium dedit; quibus, ut ait apostolus Paulus, uiuere Christus erat, & mori lucrum. Erat utique Christus eis uiuere, quibus uita non erat sine Christo. Erat eis Christus uiuere, quia totum proficiebat Christi ecclesiam, quod uiuebant. Erat eis & mori lucrum, qui tali morte uitam sibi mercabantur aeternam. Erat eis mori lucrum, quorum corruptioni incorruptio succedebat, & damna praesentium temporum lucra perpetua sequebantur. Sed iam necessarium, carissimi, reor, ut proprias eorum specialesque uirtutes, prout ariditas linguae nostrae ingenium tenuitas patitur, immo ut misericors Deus annuerit, proloquamur. Hic itaque ille est Petrus, qui consistendo Christum dominum uiui Dei esse filium, ualidissima inuictaque nobis credendi fundamenta constituit. nam percunctanti domino, quis esse ab hominibus diceretur, respondit: Tu es Christus, filius Dei uiui: id est: tu domine de carne uirginis factus es Christus, qui Dei uiui es filius sempiternus. Tu domine hominibus natus es homo, qui incogitabili maiestate Deus es apud Deum. Tu es Christus, qui pro redemptione nostra ad passionem ueniens, impassibilis permanes apud patrem. Quis igitur umquam in tantum hoc incomprehensae deitatis arcanum

arcanum humani sensus attollere potuisset obtutum, nisi ab ore Petri salutaris humanus fidei ueritas radiasset? quis meritorum eius gloriam quamuis magno aequiparare posset eloquio, a quo nobis adorandae diuinitatis fides & coepit, & permanet? quid tanto gloriosus uiro, qui fidem secreti inscrutabilis loquendo edidit, uiuendo docuit, patiendo firmavit. Ut autem, confessionis huius quanta esset magnitudo, saluator ostenderet, ait ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in caelis: & tibi dabo clauis regni caelorum. Quis ergo Christum per carnem et in carne natum omnipotentis patris esse filium sentire potuisset, nisi propitius hoc ipse pater per Petrum nobis reuelasset e caelo? Hic illi confessio dedit ut ante clauis regni caelorum acciperet, quam caeli ianuas introiret. Sed ne qua uos, fratres, de creditis Petro clauibus regni more nostrarum clauium cogitatio terrena permoueat. Clauis enim caeli, lingua est Petri: quia singulorum merita censendo apostolus unicuique regnum caelorum aut claudit, aut aperit. non est ergo clauis ista mortalis artificis aptata manu, sed data a Christo potestas est iudicandi. Denique ait eis: Quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum detinueritis, detenta erunt. Hic est Petrus, quem Christi esse confidentissimum subiecta uestigiis eius maria probauerunt. nam a domino suo nouos sibi dari in fluctibus gressus ut fidelis poposcit, & ut dilectus emeruit. qui ob hoc solum trepidasse uisus est, ut fragilitas humana cognosceret, quanta esset inter dominum seruumque distantia, dum aggrauata peccatis caro mergitur, & immaculati nescit planta desiderare. Similiter & illud, ne, dum super aquas ambulans Petrus pede intrepido peruenisset ad Christum, domini forte sui uirtutibus aequaretur. Sed quid illum tantopere dicimus trepidasse, cum praua trepidatio sua maiorem profecit ad fidem? ut enim credidit Petrus imperio domini sui posse se a fluctibus sustentari: ita nihilominus, dum mergitur, credidit ipsius domini sui se uirtute saluandum. Vere beati Petri & dum trepidat mirabilis fides, quam nec perurgentis periculi potuit turbare formido: clamando enim, dum mergitur, Domine libera me, de se diffusus est, non de domino dubitauit. Ne quis ergo timorem hunc gloriosissimi Petri ducat in uitium: quoniam timor iste quamuis primam eius turbauerit fidem, confidentiam tamen in eo reparare credulitatis ornauit. Hic est Petrus, cui Christus dominus communionem sui nominis libenter indulgit. ut enim, sicut apostolus Paulus edocuit, petra erat Christus: ita per Christum Petrus factus est petra: dicente ei domino: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Nam sicut in deserto dominico sitiienti populo aqua fluxit et petra: ita uniuerso mundo perfidiae ariditate lassatum de ore Petri fons salutaris confessionis emerit. Hic est Petrus, cui Christus ascensurus ad patrem pascendas ouiculas suas agnosque commendat; ut, quos ille pietatis miseratione redemerat, hic fidei suae uirtute seruaret. Et recte sane ei arbiter occultorum Dei filius pascendas oues suas tuendasque commisit, cui nouerat in nutriendo grege dominico nec studium deesse, nec fidem. Hic est Petrus, qui, dum ad crucem tamquam crucifixi discipulus duceretur, uerso se poscens corpore crucifigi, passionem non renuit, sed aequalitatem crucis dominicae declinauit, ut ostenderet uniuersis admirandae se humilitatis uirtutem, nouique mysterii disciplinam & inter tormenta seruasse. Quam securus, carissimi, perrexit Petrus ad crucem, qui, repulso timore mortis, moriendi ordinem tam acerba in passione quaesuit. Quid etiam de gloriosissimo referam Paulo, in quo dominus fidem nominis sui, dum ipsam fidem persequeretur, elegit? qui dum, uelut acerrimus persecutor, Christianam uastat ecclesiam; inimico adhuc eius in pectore amicum sibi cor Christus inuenit: dumque temporalia capit ad supplicia Christianos, ipse perpetuam

Mat. 9
 tuam captus ad gratiam, factus est subito pastor ex lupo, ex prædone custos, ex hoste defensor. unde patuit, nec Paulum malignæ mentis proposito plebem dominicam persecutum, nec Christum latuisse quem eligeret in Paulo. Hic est Paulus, qui Christi uocibus in clamatus e cælo, oculis in se Iudaicæ infidelitatis obtusis, uidendi aciem non perdidit, sed mutauit. amisit oculos, & recepit; ut uno eodemq. tempore & in persequentem cæcitate uindicta procederet, & uocantis Dei gratia illuminaret electum. ait illi namque de cælo dominus: Saule, Saule, quid me persequeris? Id est: cur me persequeris Saule? quæ mea odium erga me tuum excitauit iniquitas? Numquid quia illuminauit cæcos, quia sanauit ægros, quia fugauit dæmones, quia esurientes populos quinque panibus pauit; an quia de tumulis mortuos suscitauit; an forte magis, quia fidelibus meis regnum cæleste promisi? sed si præstare me posse dubitas, quæ promitto; aspice, si tamen potes, unde te uel qualis appello? Sed quare me persequeris. Saule? aut quid me persequendo proficies? numquid aduersus regnantem in cælo ullum tua persecutio habebit effectum? numquid nocere mihi quidquam poteris, quem non potes intueri? ego enim sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, qui terras cælo, crucem regno, mortem perpetuitate mutauit. De quibus omnibus non te debere cunctari, & ereptus tibi nunc, & post paululum redditus suadebit aspectus. At beatissimus Paulus, repentina quidem cæcitate coercitus, intellecta tamen maiestate loquentis e cælo, continuo fidelis effectus, & a persecutione destitit, & nouos intuendi Christum oculos acquisiuit. Hic est Paulus, qui pro suarum remuneratione uirtutum ultra humana merita tertium raptus ad cælum, cælestia secreta cognouit; ut ecclesiæ futurus doctor inter angelos disceret, quod inter homines prædicaret. aut quis ei impune ultra non credat, qui de sacramentis dominicis non solum audita loquitur, sed & uisa testatur? Quanta hoc, fratres, Dei nostri actum est gratia, ut, qui de cælestibus in apostolatam uocatus est, apostolatus eius consecraretur in cælo. Et post omnia, hic est Paulus, qui ceruices suas, quas aduersum Christi honore summisit; nec piguit eum pro illo mori, quem sæpe probauerat uiuere, & regnare post mortem. atque ita factum est, ut gloriosissimum Paulum, qui in diuersis gentibus pro fide Christi multo certamine dimicando innumera bella peregerat, uelut uictorem mundi Roma susciperet ad triumphum. Hi ergo sunt beatissimi Petrus, & Paulus, qui sacramentum cælestis regni uno spiritu prædicantes, sub unius passione dei doctrinam suam pio sanguine & morte fortissima consecrarunt; qui etiam, tamquam ecclesiarum omnium principes facti dispensatione cælesti, Romam petentes, sacratissima sua corpora in illius urbis arce recondent, quæ totius orbis obtinuerat principatum; quatenus potentiam uirtutis suæ Christus ostendens, ubi mundus caput habebat imperii, ibi regni sui principes collocaret.

40
 Homilia secunda de eodem festo.

Postolici natalis gaudio, fratres carissimi, Petri, & Pauli, quorum hodie beatissimis passionibus iucundamur, lætior per uniuersum mundum Christi exultat ecclesia, quæ licet omnium se sanctorum martyrio certa sit adornari; horum tamen uictoria gloriosius illustratur; quandoquidem uidet de hoc sæculo ipsos fidei patres & magistros martyrum triumphasse. Quid enim insignius Petro, qui in carne positus, mensuram carnis egressus, Christum Iesum, uiui Dei filium uerum cõstitetur; & quod omnium adhuc mortalium pectus latebat, prima
 Petri

Petri lingua nouo est sermone confessa. Quid, fratres mei, magnificentius Petro, qui tantæ confessionis merito cum corruptibili adhuc esset in corpore, & necdum ipse ascendisset in cælum, regnum illi cæleste & claudere, & aperire permissum est? Quid eius sublimius fide, qui, gradiente domino super aquas, humanæ cõditionis oblitus uiam sibi in fluctibus dari & poposcit, & meruit; tantaq. mentis eius confidentia fuit, ut crederet se posse per fidem, quod sciebat homini impossibile per naturam? nam quia postea mergebatur, ut mihi uideretur, necessarium fuit, ne tanti sublimitate miraculi in perniciem forte sui æquata Christo carnis fragilitas superbiret. Fuerit certe infirmitatis corporeæ, quod paulo post timuit; quis tamen
 10
 ambigat inimitabilis fidei fuisse, quod eum descendente de nauis, tremula & inconcussa humanis gressibus maris unda sustinuit? Sed iam ueniamus ad beatissimum Paulum: cuius tanta est nihilominus plenitudo fidei; ut peculiarem quodam modo eum sibi ducem ad illuminanda gentium corda cunctorum præsciis saluator eligeret. erat enim tam præcipuus in doctrina, animi uirtute tam potens, innocentia & integritate tam sanctus, ut uno eodemq. tempore hinc eum sacerdotes ac principes Iudæorum per æmulationem legis antiquæ, data in Christianos persequendi auctoritate, dirigerent. hinc illum ad ecclesiæ solatium atque omnium credentium firmamentum Christus uocaret e cælo. cuius ob hoc sunt a domino cæcati oculi, ut suscepta gratia ueritatis, cælesti acie & lumine clariore fulgerent; *Mat. 4*
 20
 pariterq. aduerteret Christiani nominis princeps futurus Christum, quem persequeretur, cæcandi illuminandiq. habere uirtutem. Vt autem præteream cetera, quæ eum uniuerso orbi mirabilem faciunt: unum illud, quod ad omnes eius sufficit laudes, quis ualeat æstimare, quantæ sit gloriæ, quod cum inter homines ageretur, speciali quadam diuinitatis gratia & paradus illi penetrabilis, & cælum peruium fuit? Quid ergo, fratres, hoc doctore perfectius, qui in cælo didicit; quod
 30
 in terris doceret? quid hoc teste ueracius, cui eleuato super cælos oculis uidere & approbare concessum est, quod postmodum promitteret credituris? Hæc sunt igitur apostolorum Petri & Pauli stupenda merita: per hæc incedentes miracula apostolatam suam domino ac Deo nostro effusione deuoti sanguinis consecrarunt.

30
 Homilia tertia cuius supra, de eadem festiuitate.

Beatissimorum apostolorum Petri ac Pauli inseparabilem fidem passionēq. germanam omni nos deuotione; fratres, necesse est celebrare: quia & laudabilis eos uita ad gloriosissimum perduxit occasum, & mirificus obitus perpetuam transmisit ad uitam. Et licet in Petro fides emineat, in Paulo doctrina præcellat; & magisterium tamen Pauli fidei plenitudo est, & credulitas Petri doctrinæ est fundamentum. quos tanta cælestis electionis dignatio uisitauit, ut hic fieret de piscatore doctor, ille de persecutore defensor. Sed in hoc omnipotentis Dei attollenda maiestas est, qui inspiratione mirabili, docendi gratiam tribuit imperito, & inimicum fecit amare quod oderat; & fidem, quam impugnabat, asserere. illius piscationem non abstulit, sed mutauit: huius cæcauit oculos ut, purgatiore recepto lumine, clarissimæ mentis acie ultra humanum uidere possit aspectum. Quanti igitur meriti apud Deum suum Petrus erat, ut ei post nauiculæ paræ remigium, totius ecclesiæ gubernacula traderentur? aut quantum in apostolatam sui ministerio complacuisse Christo credimus Paulum, qui tantum place re potuit persecutor? placuit enim, quia non iniqui pectoris studio, sed simplicis ignorantia incauta deuotione certabat. Denique ut primum sensibus eis spiritus ueritatis infusus est, ostendit continuo non se Christi seuisse odio, sed amore paternæ
 Petri

2. Cor. 12

ternæ legis innocenter errasse. De quo quid ego potissimum dicam? cum fidelissimus ipse sibi sit testis: qui cum nec suas uelit iactare laudes, & Christi annunciare cuperet maiestatem, uerecundius, quod in se gestum est, confitetur. Vt enim uelut de altero quodam: Scio hominem, inquit, in Christo Iesu raptum usque ad tertium cælum, raptum in paradysum, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Quid hoc apostolo magnificentius, cui in medio mortalium constituto & supra cælos ire datum, & ad terras redire concessum est? Quid hoc beatius uiro, qui inter secreta paradysi ediscere meruit, quod nec lingua hominis loqui possit, nec quisquã mereretur audire? et cum tantæ sint sublimitatis illa, quæ docuit, ut comprehendere eas mens humana nõ possit: quantæ illud putemus esse gloriæ; quod prodere sibi asserit non licere? Quid etiam de Petro referam, cuius tanta a Deo est approbata iustitia, tantaque ei potestas attributa est iudicandi, ut in arbitrio eius poneretur cæleste iudicium? Perspicite ergo, & æstimate, quanto nobis sit Petrus apostolus honore reuerendus, cuius sententiam in terris prolatam sempiterni iudicis æquitas non repellit. Et ideo diligenter intendite, quæ sit eius gloriæ magnitudo, cui dum clauces regni committuntur æterni, cælum illi claudere, & aperire permissum est. Horum itaque, carissimi, per uniuersum mundum ueneranda hodie passio celebratur: horum hodie cõcursu latissimo excolit Roma martyrium: & quorum dudum impia persecuta est sanguinem, eorum non peculiari deuota patrocinio gloriatur.

Homilia quarta unde supra.

Matth. 4

Matth. 9

Matth. 16

Beatissimorum apostolorum passio, fratres, quorum hodie natalem sollempniter celebramus, cunctis est honoranda credentibus, quos pro iustitiæ pietatisque plenitudine saluator mundi humano generi & patres esse dedit, & iudices. Quantæ autem integritatis, quantæue pietatis fuerint, hinc uel maxime peruidendum est, quod ille eos ad emendationem corrupti sæculi & ministerium suæ uoluntatis elegit, quem non fallebat electio. uocauit namque Petrum opibus pauperem, opere piscatorem; qui a conuersatione populari, & communione urbium segregatus, uitam inter fluctus agebat innocuam, & uictum de simplicitate quærebat. quem tamen ita dixerim pauperem, ut competens ei substantia non deesset. quem bene merentem de Deo, copiosi maris diues unda pascerebat. Electus ergo est ad prædicationem salutaris uerbi, ut, mutata uice cælestis mysterio sacramenti, qui captura piscium alebatur, salute hominum pascere-tur. Gloriosissimum etiam Paulum ad fidem nominis sui Christus uocauit e cælo; qui quod persequi uidebatur ecclesiam, non impietate irreligiosi animi sæuiebat, sed sub nube ignorantia, nouam non perspicuens gratiam, amore antiquæ deuotionis errabat. Ideo denique ab oculis eius ueteris umbræ caligo deterfa est, ut uelut illud lumen, quod de cælestibus coruscabat, & sibi acquireret, & omnibus reuelaret. Cæcatus, illuminatusque est, non alia dispensatione, nisi ut, clausis carnalibus oculis, spiritualis ei aspectus ad inspiciendam Dei gloriam formaretur. Accepit & fidelissimus Petrus hos oculos, qui Christum dominum nostrum, in carne positum, & diuinitatem suam sub specie assumpti hominis occultantem, filium esse Dei uiui sancti spiritus radio illuminatus inspexit. ait enim domino percunctanti, quis esse ab hominibus putaretur: Tu es, inquit, Christus, filius Dei uiui. Quis non responsionis plenitudinem piscatorem protulisse miretur, quam compendio breuissimæ confessionis aperuit, & quod de patre habebat dominus, quod de humana natiuitate susceperat? Christus enim & filius Dei uiui, utriusque naturæ

naturæ indiuisum continet sacramentum. uere suscipiendum cunctis, & mirabilem piscatorem; qui dum maris profunda rimatur, ad altissimum maiestatis æternæ peruenit arcanum. Hi itaque sunt ecclesiarum columnæ, Petrus, & Paulus; quos & uita sanctissima uenerabilem perduxit ad mortem, & gloriosus occasus fecit esse perpetuos: quos nõ solum honoramus ut martyres, sed & ut magistros patresque, martyrum ueneramur; qui ecclesiam Dei & cælestis prædicationis doctrina, & pii sanguinis effusione fundarunt.

Homilia quinta, unde supra.

10

Vm omnes beatissimi apostoli parem gratiam apud dominum sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto Petrus, & Paulus uidentur præ ceteris peculiari quadam in saluatore fidei uirtute præcellere. quod quidem ex ipsius domini iudicio possumus approbare. nam Petro, sicut bono dispensatori, clauem regni cælestis dedit; Paulo, tamquam idoneo doctore, magisterium ecclesiasticæ institutionis iniunxit; scilicet ut, quos iste erudierit ad salutem, ille suscipiat ad quietem; ut, quorum corda Paulus patefecit doctrina uerborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cælorum. clauem enim quodam modo a Christo scientiæ & Paulus accepit. clauis enim dicenda est, qua ad fidem peccatorum dura corda referantur, mentium secreta panduntur, & quidquid intrinsecus clausum tenetur, in palam rationabili manifestatione producit: clauis, inquam, quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem mysterii salutaris includit. Ambo igitur clauces a domino perceperunt, scientiæ iste, ille potentia. diuitias immortalitatis ille dispensat: scientiæ thesauros iste largitur. sunt enim scientiæ thesauri, sicut scriptum est, in quo sunt omnes thesauri sapientia & scientiæ absconditi. Ergo beati Petrus, & Paulus eminent inter uniuersos apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui præponatur, incertum est. puto enim illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione; & simili eos fidei deuotione uixisse, quos simul uidemus ad martyrii gloriam peruenisse. non enim sine causa factum putemus, quod una die, uno in loco, unius tyranni tolerauerunt sententiam. Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent: uno in loco, ne alteri Roma deesset: sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrumque cõstringeret. Dies ergo, puto, pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro uirtute. Et in quo tandem loco martyrii pertulerunt? In urbe Roma, quæ principatum, & caput obtinet nationum; scilicet ut, ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis; & ubi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerentur. Cuius autem meriti sint beatissimi Petrus, & Paulus, hinc possumus intelligere, quod, cum dominus orientis regionem propria illustrauerit passione, occidentis plagam, ne quid minus esset, uice sui apostolorum sanguine illuminare dignatus est. et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem: tamen etiam horum martyrium nobis cõtulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati apostoli sanguinem profuderunt. sed uidea mus causam, quare ista perpeffi sunt, scilicet quod inter cetera mirabilia & iam magum illum Simonem orationibus suis de aeris uacuo præcipiti ruina prostrauerunt. Cum enim idem Simon se Christum diceret; & tamquam filium ad patrem assereret uolando se posse conscendere; atque elatus subito magicis artibus uolare coepisset: tunc Petrus fixis genibus precatus est dominum, & precatione sancta uicit magicam leuitatem. prior enim ascendit ad dominum oratio, quam uolatus; & ante peruenit iusta petitio, quam iniqua præsumptio; ante Petrus, in

in terris positus, obtinuit quod petebat; quam Simon perueniret in caelestibus, quo tendebat. Tunc igitur Petrus uelut uinctum illum de sublimi aere deposuit, & quodam praecipitio in saxo elidens, eius crura cōfregit: & hoc in opprobrio facti illius; ut qui paulo ante uolare tentauerat, subito ambulare non posset; & qui pennas assumpserat, plantas amitteret. Sed ne forte hoc mirum uideatur, quod magus iste praesente apostolo per aerē aliquandiu uolitauerit, hoc patientia Petri fecit, permisit enim illum sublimius ascendere, ut altius caderet: uoluit eum in excelsum leuari ad cōspectum omnium, ut ruentē illum de excelso oculi omnium peruiderent. Hęc igitur iniquitatis est elatio, ut in altum se ferat, in sublime se erigat, sed sancta oratio omnē humiliat superbiam, uniuersam deiicit uanitatē. 10

In natali diui Laurentii martyris, homilia prima.

Anctum est, fratres, ac deo placitum, ut natalem beati Laurentii praecipua deuotione ueneremur: cuius radiantibus flammis, uictrix in hunc quoque diem toto orbe Christi coruscat ecclesia: qui cū in sede gloriosissimi patriarchae diaconatus fungeretur officio, puritate innocentis uitae, fortissimaeque mortis triumpho, apostolico se consortio copulauit. Nec immerito eum apostolorum supparem praedicamus; cui & castitas animi leuiticum ministerium dedit, & plenitudo fidei martyrii cōtulit dignitatem. quem uenerabilis Xistus, Romanae urbis antistes, cum impietatem saeuientis mundi per tormenta superaret, & regnis esset caelestibus iam uicinus, uideretque cum paterna de morte tristissimum, ita illum spiritu praescientiae compellasse narratur: Noli fili maestus esse, post triduum me sequeris. Vnde apparet, carissimi, beatum Laurentium non de sacerdotis sui uictoria habuisse tristitiam, sed doluisse quia non etiam ipse mundum cum suo pariter sacerdote uincebat. Noli, inquit, fili maestus esse, post triduum me sequeris: hoc est: noli tristis esse, uelut apud saeculum derelictus: nam nec te fides, uitaque tali morte priuabit: nulla te de meo transitu, quo ego gaudeo, perturbet anxietas: quia mox & tu habiturus es de tua passione laetitiam. Vere beati Laurentii gloria singularis, qui tantum de Deo suo consecutus est gratia, ut ei martyr de martyrio prophetaret, quem pro suorum prerogatiua meritorum ante uictoria laetificauit, quam pugna terreret. Ergo, ut comperit ore sacerdotis & martyris, se quoque omnimodis assumendum, congregatis inopum turbis ecclesiasticum censum religiosa liberalitate diuisit. quam profundum spiritalis uiri, & quam caeleste consilium, ut & egenis cōsuleret, & multitudine consumente quae dederat, inueniri non possit quod raperet persecutor. illam nimirum securus sententia: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in aeternum. Misericordiae fuit, quod alimoniam pauperibus dedit: iustitiae autē, quod ut uir prudentissimus procurauit, ne sanctorum substantiam auaris manibus sacrilegus occuparet. Iustitia, inquit, eius manet in aeternum. Quo modo non haec in aeternum manebit iustitia, quod & sancto impleuit opere, & gloriosissimo martyrio cōsecrauit? Hoc itaque dolore furor gentilis accensus craticulam cōtinuo parat ignitam, super quam cremandum Laurentium per membra discinderet, ut indignationis suae flammis impiis ignibus uindicaret. Ardet profecto totis uisceribus fortissimus martyr, & uritur; sed regnum caeli promissaque Dei fideli mente pertractans, refrigerio cōscientiae uictricis exultat. nec poenali flexus incēdio est, cuius in pectore insuperabili sancti spiritus flamma feruebat. aut numquid cedere poterat momentanea corporis uisioni, cuius fides aeternum gehennae extinguebat ardorem? superatis itaque flammarum ministris, omne mundanae infaniae refrixit incendium: & ad hoc usque diabolica profecit intentio, ut & uir

Psalm. 111

& uir fidelis ad Deum suum gloriosus ascenderet, & crudelitas persequentium cum suis ignibus confusa torpesceret.

Homilia secunda de eodem

Icut patrum nostrorum, fratres carissimi, nō incerta relatione didicimus, cum uenerabilis Xistus apostolicae sedis sacerdotio fungeretur, & sanctissimo Laurentii archidiaconi ministerio Romanae floreret ecclesia, inuidia ardente diaboli, aduersus nomen & fidem Christi flamma durissimae persecutionis incanduit; atque, ut perniciosus dominicum gregem feralis bestiae rabies infatigata laniaret, nocendi artifex, inimicus, peruigilis prius molitur custodiam pastoris eripere. Et ideo Xistum ante omnes summum domini sacerdotem furor gentilis aggreditur, ut ecclesiastica membra, tam ualido truncata capite, uelut munimine praesidii caelestis amoto, cruentus persecutor inuaderet. sed magnus ille Xistus, qui commissis sibi a Deo ouibus affuerat pastor in terris, aderat patronus e caelo. Denique sanctum Laurentium, quasi iam pontificis sui solatio destitutum, ad subeunda supplicia manus pagana perquirat: quem mirabilis Xistus aduersus omnia saeuientis mundi mala uaticinio prophetici sermonis armauit. nam cum idem Laurentius passionem paternam, ut piissimus filius, inconsolabili mœrore defleret; Xistus, praescientia sancti spiritus edocente, futura dignoscens, ait illi: Depone omnem, fili, de mea morte tristitiam: nec enim diu mea te contristabit absentia: post triduum me sequeris. Quo responso mens deuota percepto, indubitata suscipiens optimo ab antistite, Christi martyre, ueritatem, nihil magis praeter omnibus curat, quam ut auaritia persequentis, quod de morte sanctorum contristabat ecclesiam, de praeda ecclesiae gaudium non haberet. Inuenit uir prudentissimus, unde acrius suum posset torquere tortorem. omnem igitur ecclesiae censum, cunctaque sacri uasa ministerii, ne ea sacrilegus macularet aspectus, conuocatis inopum turbis, pia erogatione distribuit, ut futurus martyr in retributione caelesti pariter & mercede sui sanguinis, & tantae liberalitatis premio ditaretur; non dubitans & in semetipso se fidem Christo suo, & ecclesiasticas opes in pauperibus feruaturum. propter quod protinus ad tribunal rapitur impiorum, uir simplicitate innocens, uirtute fortissimus; nihil sane aliud deferens iudicanti, quam uiuae mentis constantiam, & illaesa conscientiae puritatem, deuotam Deo offerens animam, & castissimum tradens perquenti corpus ad poenam, illud euangelicum seruans: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Excogitatur itaque in Laurentium ferale tormentum; ut, qui metu mortis non mouebatur, acerbitate supplicii frangeretur. sed quem suarum confortabat multitudo uirtutum, nō poterat uincere magnitudo poenarum. Paratur ergo craticula igne succensa, quae triumphalis martyris & animum fatigaret, & corpus exureret. sed ignara ueri turba persequentium, & diabolicis obcaecata tenebris, non uidebat quod adustio illa membrorum, fidelis animi esset aeterna purgatio; & corpus, quod corruptentibus flammis praesens uita defereret, ad incorruptionem uiuendi damnata morte transiret. Vere incomparabile salutaris fidei huius sacramentum, quo per tormenta beatitudo quaeritur, & flammis refrigerium praeparatur; ut ait patriarcha Dauid uerbis martyrum dicens: Transiuimus per ignem, & aquam: & induxisti nos in refrigerium. Transibat per ignem, & aquam beatus Laurentius, cum hinc eum mortifera mundi flamma torreret, hinc caelestis irrigui uitalis unda perfunderet. Transibat per ignem, & aquam, cum uim furentis incendii, diuini fontis clementia temperaret. Ardebat ergo Laurentius, sed uincebat ignis ille, O de

Math. 10

Psalm. 65

Luca 13

de quo ait saluator: Ignem ueni mittere in terram, & quam uolo ut ardeat. O nouum mirandumq; certamen unius eiusdemq; uiri: & flammis corpus urebatur, & ardentis fidei calore mens ignita feruebat, sicut loquebantur ad inuicem euangelici uiri dicentes: Nonne cor nostrum erat ardens in nobis in uia? Vbi ergo cor ardet, flammam membra non sentiunt: ubi Christi ignis operatur, diaboli necesse est uincatur incendium: & ubi Dei spiritus feruet, frigida sit flamma mortalium. Et hinc est, carissimi, quod triumphu beati Laurentii totus ubique mundus consona hodie deuotione concelebrat; hinc, quod insuperabilem fidem eius laetior Roma miratur: quia radiis aeterni solis accensus, ignem saeculi patienter sustinuit, & confidenter euasit.

Luca 14

Homilia tertia de eodem.

Rom. 8

Beatissimi Laurentii, fratres carissimi, annua semperq; noua festiuitas ecclesiam Dei iugiter in gaudia laetitiae spiritualis accendit, admonens uniuersitatem credentium, ut, sicut ille perfectae deuotionis ardore furentibus non cessit incendiis, ita nos diuersarum tribulationum ignis, & malorum saecularium flamma a Christi societate non moueat, ut ait ille mysterioru caelestium doctor, ac totius uirtutis exemplum gloriosissimus Paulus: Quis nos separabit a caritate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et uere nullis praesentium persecutionum potest inclinari periculis, qui semel promissa omnipotentis Dei aeterna largissimi redemptoris praemia, fide stabili, & inconcussa mente concepit. neque enim potest arduum illud praecelsumq; bonorum immortalium iter debilis animus & fides clauda concedere. Ideo & fortissimum martyrem incumbentium tormenta poenarum, & saeuissimi persecutoris superare flamma non potuit; quia longe ardentius ueritatis radiis mens eius accensa feruebat. unde nec potuit de infatigabili eius peccatore calorem diuinitus infusum corporeus ille, & mortalium ministratus manibus ignis excludere. De hoc ualidissimo Christi milite illud credendum est dictum, quod ante multa annorum millia praenunciatum est per prophetam dicentem: Et si transeas per ignem, flamma te non comburet. Ecce enim beatus Laurentius transiit per ignem, quo non adustus inhorruit, sed illuminatus effulsit: transiit per ignem momentaneum atque terrenum, sed flammam gehennae perpetuo exurentis euasit. Quid hoc beatius uiro, qui miserantis Dei dispensante gratia arsit, ne arderet; ut ne ureretur, exustus est? qui si nullis esset ignibus, ac supplicii traditus, fuerat quidem securitas libertatis, sed nulla extiterat gloria dimicantis. ad hoc enim nos exemplis atque doctrinis in ecclesia sua Christus erudit, non ut nihil mali patiamur in mundo, sed ut mundum multimoda passione uincamus. Cecinit quondam uariis tribulationibus coartatus ille clarissimus prophetarum patriarcha Dauid dicens: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Quae sententia etiam uenerabili Laurentio conuenire manifestum est: cuius cor tanta in fide Christi magnanimitate concaluit, ut, despectis proprii corporis cruciatibus, insanissimo tortori suo, triumphatis eius ignibus, laetus illuderet. uere in meditatione eius insuperabilis exarsit ignis, qui odio perfidiae & amore ueritatis accensus, appositam sibi extrinsecus flammam aut non sensit, aut uicit. Propter quod, carissimi, exultemus, & laetemur in domino, non dubitantes, & persecutorem martyris pro ignibus, quos accendit, praeparata impiis incendia sustinere, & ipsum beatissimum martyrem pro flamma, quam pertulit, apud omnipotentem Deum incorruptae lucis illuminatione fulgere.

Esa. 43

Psal. 38

10

30

40

In

In natali diui Eusebii, episcopi Vercellensis, cuius sollempnitas calendis Augusti agitur, Homilia prima.

Sanctorum patrum memorias religiosis conuentibus honorantes, fratres carissimi, & propria eorum merita, & munera in eis diuina miramur: qui iccirco nobis sunt uenerabiles, quia, praesentis uitae luce despecta, ceteroq; suorum corporum cruciatu, saeuientem mundum Dei pro amore uicerunt: sicut beatissimus hic pater noster, dum pro assertione indisputabilis deitatis spiritu feruentiore consurgens, Arrianis impietatibus obluatur, & ecclesias Dei, ceteroq; nentiu haeticoru procellis ac turbinibus perturbatas, serena fidei tranquillitate pacauit, & sibi aeterna praemia multimoda passione quaesuit, illius nimiru incuncta sequens uestigia, ad quem dominus ait: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: & portae inferi non praeualebunt ei. Vere, ac merito cunctis posteritatibus honorandus ille, qui firmissimae petrae soliditatem secutus, inimicos Christi & caelestis spiritus auctoritate confudit, & infatigatae patientiae fortitudine triumphauit. Nec inferni, sicut dictum est, aduersus eum porta praeualuit, qui sibi portae aeternalis ingressum, regem gloriae confessus, aperuit. aut quomodo ei non pateret porta illa uitalis, qui plenitudine euangelicae lectionis edoctus, in patre filioq; eius inscrutabile unice maiestatis asseruit sacramentum, edocens & ostendens quae esset in uno eodemq; Dei filio & susceptae carnis ratio, & naturalis priuilegiu deitatis? Sciebat profecto saluatore dixisse: Ego & pater unum sumus: & qui me uidet, uidet & patrem. Haec illum confessio & honorabilem terris, & caelo reddidit gloriosum. Sed necessarium nunc esse reor, ut occasione beati huius patris nostri, quem in tantam gloriam catholicarum ecclesiarum fides, inclinabiliter ab eo seruata, prouexit; nos quoque, propitio largiente Deo, salutaribus doctrinae dominicae testimoniis imbuiamur. Ait ergo dominus: Ego & pater unum sumus. Quid dicit, Sumus, solitarius non est: qui dicit, Vnum sumus; utique ab eo, cum quo unum est, non potest esse diuisus. Quid mihi nunc haereticum in patre & eius filio diuersitatem conaris astruere, cum filius substantiae suae nos edocens ueritatem dixerit: Ego & pater unum sumus? Qui & Vnum dicit, & Sumus, nec separatione se diuidit, nec unione confundit. Qui unum cum patre est, nec perpetuitate a patre differt, nec uirtute discordat; cumq; sit cum patre unum, de patre tamen natus asseritur, ne, ut impius blasphematur Arrius, aut creatura quaecumque filius, aut patri impar esse credatur. Audis ergo, o homo, Deum de Deo natum; sed in tantum hoc profundo habes, quod fide credas; non habes, quod discutias argumentis. Audis filium de patre natum; sed ne sexum aliquem possis in diuinitate rimari, ipse filius & uerbum dicitur, & lumen. Dicitur etiam Dei uirrus, & Dei sapientia, ut aduersus non quasi per lineamenta genitalium corporaliter creasse patrem, sed per ineffabile maiestatis secretum de uirtute prodisse uirtutem, & lumen manasse de lumine. Rursus, ne uerbum ipsum non substantiam ueritatis, sed prolatiuum loquentis Dei putares esse sermonem, dicitur filius, ut in eo illius, qui pater est, & consonantiam esse disceres, & affectum. Iterum, quia lumen dicitur, ne forte eum uelut radium solis, aut splendorem lucernae, alieno putares lucere fulgore, ait de se ipso beatus euangelista Ioannes, cui arcanum Dei & uidere, & reuelare concessum est, dicens: Erat lumen uerum. Verum lumen ait, ut scias illum non cuiuscumque creaturalis deficientisq; luminis esse fulgorem, sed a uera luce ueritatem esse, quod lumen est. In tantum autem uerum est lumen, ut

Matth. 16

Ioan. 12

Ioan. 14

Ibidem

1. Cor. 1

Ioan. 2

Ioan. 1
Ioan. 14

non solum non egeat illuminari, sed illuminandi habeat potestatem. illuminat enim, ut legitur, omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ait ergo Christus, ut dictum est: Qui me uidet, uidet & patrem. Qui me, inquit, uidet, uidet & patrem. Quo modo non & duo & unum sunt, cū alter uideatur in altero, & unum uidisse, sit utriusque cognitio? Et reuera, fratres, sicut uidere filium, uidere est patrem; ita, intellecto patre, intelligitur & filius. nam qui patrem credit, & confite-
tur æternum; credat necesse est & filium coæternum. Sed iam uideamus, quis iste sit aspectus in filio, quo pariter uideri asseritur & pater. Videt sine dubio in filio patrem, qui credit filium, secundum incogitabilem deitatis naturam, ineffabiliter natum esse de patre; nec posse aliud hunc esse, qui natus est, quam est ille, qui
10 genuit. Videt in Christo patrem, qui opera Christi non extraneæ possibilitatis, sed paternæ credidit esse uirtutis. Videt in filio patrē, qui intendit illum sub communione paterni nominis, non ingeniosæ artis industria, sed simplicis potestate

Ioan. 2
Ioan. 6

præcepti, aquas in uina uertentem, creaturarum mutare naturas, ubertate etiam benedictionis suæ exesum panem fecundis esurientum moribus augmentantem. multiplicando namque escas in ore mandentium, & panes reformando de micis, fecit pæne non esse mirabile, quod manna fluxit e cælo. Quis nō aduertat in Chri-
sto paternæ æqualitatis opus, cum uideat eum auctoritate dominantis terrere dæ-
mones, fugare languores, oculos dare homini nec dum figuratos in homine? cuius etiam uestimenti fimbrias occulto aditu mulier ægrota tangendo, uelut furti-
uam subripuit sanitatem, sed tamquam uerus Deus, quem nullum humanorum pectorum poterat latere secretum, & egressam de se mox prodidit medicinam, & circumstantibus turbis credentis feminae meritum publicauit. Videt in filio maie-
statem paternam, qui aspicit Christum non impetrantis gratia, sed iubentis impe-
rio, & paternæ uoluntatis assensu, aut de lectulis suis mortuos, aut de tumulis sus-
citantē. Si diuinæ est operationis creasse hominē, eiq. dedisse uitā: quo modo nō
20 diuini est operis, salutem reddidisse defuncto? Qui uidet, inquit, me, uidet & pa-
trem. Quo modo, fratres in patre filioq. eius unus esse poterat, & indiscretus aspectus, nisi esset ei una & indiscreta substantia? Christus igitur natura Deus, natu-
ra & homo, in utroque uerus, in utroque perfectus est: quia & humanitatem ue-
30 raciter sumpsit a matre, & de patre habet naturaliter deitatem. Qui sic uidet filium, uidet patrem: quia cum Christum eundem Deum confitemur & hominem; ne-
cessario passiones homini, Deo mirabilia deputamus; ut intelligatur unigenitus Dei, nec a paterna maiestate dispar, nec a materna carne dissimilis. Per hanc fidē, carissimi, a patribus nostris Arriana est confutata perfidia: qui utique Arrius beati Ioannis euangelio contradicens, dum uerbum Dei Deum, & apud Deum esse negat, infidelitatis suæ cæcatus obscuritate, nec patrē potuit uidere, nec filium; dumq. factorem omnium facturam esse contendit, & intemporalis Deo tempora-
lia conatur adscribere, præsumptionis suæ furore confusus, utriusque in Christo naturæ salutare perdidit sacramentum. At uenerandus iste pater, qui legerat dixit
40 se dominum: Ego in patre, & pater in me est: sciens in hac doctrina personarum esse distinctionem, non naturæ distantiam, patris filiiq. eius, qui non unus, sed unum sunt, indissociabilem tenuit, & edocuit unitatem, asserens pariter in Chri-
sto domino nostro & passibilem carnem, & impassibilem deitatem.

Ibidem

Homilia

Homilia secunda unde supra.

D sancti ac beatissimi istius patris nostri, cuius hodie festa celebramus, laudes addidisse aliquid, decerpisse est: siquidem uirtutum eius gratia nō sermonibus exponenda est, sed operibus comprobanda. cum enim dicat scriptura: Gloria patris est filius sapiens: quantæ huius sunt gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia & deuotione lætatur? In Christo enim Iesu per euangelium ipse nos genuit. Quidquid igitur in hac sancta plebe potest esse uirtutis, & gratiæ, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo omnium riuulorū puritas emanauit. etenim quia castitatis pollebat uigore; quia abstinentiæ gloriabatur angustiis; quia blandi mētis erat præditus lenitatis; omniū ciuium in Deum prouocauit affectum; quia pontificis administratione fulgebat, plures e discipulis reliquit sui sacerdotii successores. Bene & congrue in hac die, quam nobis beati patris nostri huius ad paradisum transitus exultabilem reddit, præsentis psalmi uersiculum decantauimus: In memoria æterna erit iustus. Digne enim in memoriam uertitur hominum, qui ad gaudium transit angelorum. Dicit sermo diuinus: Ne laudes hominem in uira sua. Tamquam si diceret: Lauda post uitam, magnifica post consummationem. Duplici enim ex causa utilius est hominum magis memoriæ laudem dare, quam uitæ, ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio mouet, nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo post periculum: prædica securum: lauda non nauigantis felicitatem, sed cum peruenit ad portum: lauda ducis uirtutem, sed cum perductus est ad triumphum. quis autem uiuens tuto possit, ac sine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit se habere, quod doleat, & de futuro uidet sibi superesse, quod timeat? Qui uero in hoc corpulculo positi debeant sibi quidquam uindicare de meritis, quos iterum dæmonum infestatio uelut latronum obsidet multitudo, quibus per omnes uias supplantatores inuisi animarum laqueos tendunt, innumerabilium mortibus expauescendos? Nauigantibus enim nobis hoc per mare magnum, & spatiosum, in quo sunt reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla, & magna, id est, diuersa genera inimicorum, qui secundum nostrarum uirgum quantitatem compensato nobiscū agone luctantur. In huius mundi itaque pelago ualde nobis pertimescendum est, ne nauem nostram aut procella tempestatis abripiat, aut fluxus absorbeat, aut in æternam prædam pirata crudelis abducat. aduersus hæc ergo multiformia sæculi mala, castigatis ac castis actibus resistamus. Beati autem patris merita iam in tuto posita securi magnificemus; qui gubernaculum fidei uiriliter tenens, anchoram spei tranquilla iam in statione composuit, & plenam cælestibus diuitiis, & æternis mercibus nauem optato in littore collocauit: qui cōtra omnes aduersarios scutum timoris Dei tam diu infatigabiliter tenuit, donec ad uictoriam perueniret. quid enim fuit totus uitæ illius cursus, nisi unius cū uigili hoste conflictus? quantis hic cæcis a uia ueritatis errantibus, & de summa iam in profundum rupe pendentibus, amissum reddidit uisum, & illum, quo Christus uideretur, reparauit intuitum? quantorum auribus surdis, & infidelitatis obturatione damnatis, ad percipiendā uocem cælestium mandatorum, pretiosum infudit auditum, ut uocanti Deo ad misericordiam responderet per obedientiam? quantos intrinsecus uulneratos angelici oris arte, & orationum ab infirmitate curauit? quātos per longam incuriam peccati labe resolutos, & quadam lepræ contagione perfosos, castigationibus, exhortationibus expiando, Deo in se operante mundauit? quantum animas uiuentes in corpore, iam defunctas, & delictorum mole obrutas, ac sepultas, ad emendationem tamquam ad lucem uocando Deo resuscitauit, ut do-
mini

Hier. 9

mini sui admirandus imitator iam mortuas Deo e contrario mortificet uitali morte peccato. Tunc in alia parte ea, quae aperuerat, salubritate claudebat; ne eis res aliena concupiscibilis appareret, ne interiori homini maculam exterior culpa transmitteret; ne ad cor tenebrae per uias lucis intrarent; ne in unoquoque prophetica illa interminatio compleretur. Mors, inquit, intrauit per fenestras uestras. ministeria enim aurium, & oculorum, fenestrae esse probantur animarum. quando enim aperimus auditum mala & iniqua loquentibus, ac damnabiliter obstantibus, & quae Deo sunt contraria, suadentibus, mors intrat per fenestras nostras, horror mortiferae noctis irrumpit, per quas sol iustitiae intrare debuerat. quando istae peccati fenestrae aperta sunt, ianua salutis & uitae, ac portae paradisi clausae sunt. Has iste uir beatus fenestras multis feris diuini timoris obstruxit. de quatuor cordibus, quos inhonesta iniquitas & impietas possidebat, fugauit luxuriam, deiecit iram, & extinxit inuidiam; & uelut de antiqua domo barbaris hostibus perturbatis, reuocando illuc fidem, castitatem, iustitiam, misericordiam, habitatores pacificos intromisit, per quos in domicilium mentis caput horum bonorum Christus intraret: & appositis penitentiae medicamentis, uelut quatridentium foetentem, increpationum fremitu suscitabat, & emendatione suscepta de mediis mortis faucibus erutos, temporaria resurrectione uitae restituebat. Haec itaque, atque huiusmodi plura gerens, quae proferre per natos atque expedire, ut dignum est, non potest sermo pauperculus, melius uobis ea uelut dicit affectus. summam 20 enim alacritatis instantia fuit cultor, & custos animarum, cupiditates refecans, iras comprimens, malitias extirpans. His etiam magis uir iste temporibus necessarius fuit, quibus tanta iniquitas sumptis quotidie, deficiente iustitia, uiribus conualescit. et quidem ille in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione & auiditate in illa aeterna patria conuersatus est, & quasi bonus ratiocinator uelut ad centuplum manum porrigens semper de sinistra transiit ad dexteram, & in caelo reposuit sudores suos. nam & si hic opera eius uidentur, illuc operum merita transferunt. Illius ergo, in quantum possumus, uestigiis insistamus: quibus per illam nimis artem uiam ad caeli ampla festinans, qua eum sequeremur, ostendit.

Ioan. 11

In natali diui Cypriani, episcopi, & martyris,
homilia prima.

Psal. 22

Matth. 26

Psal. 115

Ancti Cypriani festiuitatem, sicut omnibus notum est, hodie celebramus, & natali, sicut dicunt, imminente uindemia, natalem eius martyrii procuramus. conueniunt igitur uera nostra, & mundi. Mundus uindemiarum ubertate latatur: nos sanctorum passione gaudemus. quae quidem passio uindemiis comparanda est. sicut enim uuarum expressione uinum funditur: ita & sanctorum martyrio uini uice sanguis effunditur: nisi quod uua temporales fructus praestat, passio sempiternos. Recte ergo martyrium uindemiis comparatur: habet enim & ebrietatem suam, habet & calicem suum, de quo dicit propheta Dauid: Calix tuus inebrians quam praclarus est. Et ipse dominus in passionis suae exitu constitutus ait: Pater, si possibile est, transeat calix iste a me. Et iterum propheta: Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Recte, inquam, calix martyrio comparatur: quia sicut, calix cum bibitur, omnis humor noxius uini calore decoquitur; ita & martyrii poculum cum hauritur, omnes peccatoris faeces passionis gloria temperantur. Vinum ergo quoddam salutare martyrii est, quod cordi laetitiam praestat, calorem fidei, animae puritatem. Vinum plane est spirituale Dei illa uua, quae pro salute omnium pependit in ligno. sicut enim botrus redditu-

redditurus uinum, prius in uinea quadam naturae arte suspenditur: ita & Christus editurus uinum spirituale, martyrii in cruce quadam prouidentia diuinitatis aptatur. ipse est plane botrus, quem duo exploratores illi, hoc est, Iesu Naue, & Cal-leph filius Iephone, in phalanga ad filios Israel propriis humeris detulerunt. quod quidem factum iam tunc praefigurabat aduentum domini saluatoris. nam botrus in phalanga suspensus, in cruce Christus appensus ostenditur. duo autem in phalanga portantes uua, duo populi demonstrantur, Christianus utique, & Iudaeus: et sicut mos est portantium, unus praecedens, alter subsequens: ita prior Iudaeorum designatur populus, Christianorum secundus. et sicut antecedens, quod portat, non uidet, & retrorsum idem semper habens quadam dorsi auersione contemnit; qui autem sequitur, semper id oculis perspicit, semper custodit obtutibus, semper corporis uicinitate potitur: ita ergo Iudaeus, & Christianus populus. Iudaeus enim prior est, Christum in lege portat, & nescit, & retrorsum eum ponens quadam dorsi auersione contemnit: unde ait propheta: Obscurentur oculi eorum, ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Christianus uero sequens populus Christum semper oculis aspicit, semper custodit obtutibus, & quadam graduum suorum uicinitate complectitur: & quanto eum ille populus prauo itinere post se relinquit, tanto eum iste directo cursu festinat attingere.

20

Homilia secunda, unde supra.

In martyrio beatissimi Cypriani, fratres carissimi, uniuerfa nobiscum Christi exultat ecclesia; quam in omne gaudium & caelestis eruditione sermonis instruxit, & munere triumphalis sanguinis decorauit. fuit enim in eo, sicut compertum habemus, & contra errores diaboli spiritualis sapientiae plenitudo, & aduersum persecutiones mundi Christiani pectoris infatigata constantia. Quis non huiusmodi uirum quantis ualet praconiis prosequatur, cuius eloquentia inspirata diuinitus & ecclesias docuit, & saeculum confutauit? Vere hic mirabilis, atque omnium ubique studiis celebrandus, quem sanctitas sacerdotem, peritia doctorem, fides martyrem consecrauit. Pretiosa, inquit Dauid, in conspectu domini mors sanctorum eius. Videte carissimi, in quantum uenerabilis Cyprianus etiam prophetica supergressus est laudem, cuius in conspectu domini non solum mors, sed & uita extitit pretiosa. moriendo namque proprium Christo sanguinem dedit: uiuendo nihilominus cohortatione fortissima innumeros caelo martyres acquisiuit. Quid hoc clarius sacerdote, qui inter hominum turbas gloria caelestis conuersationis emicuit, atque inter angelicos coetus & sua factus est, & aliorum morte conspicuus? Iustissime hic cum patriarcha Dauid cantauit domino Deo suo dicens: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deo uiuo. Exultauit itaque cor eius in Deo uiuo, cum, morientis ac morituri saeculi uanitate despecta, totum se diuinis mancipauit obsequiis. exultauit & caro eius in Deo, quae de hoc mundo non miseri corruptione languoris, sed piis pro religione suppliciis consecrata migravit. Hic est ille euangelicus pater familias, proferens de thesauro suo noua & uetera, qui ueteris nouique testamenti unum atque idipsum mysterium praedicans, ecclesias Christi locupletissima disputatione ditauit. In corruptibilis atque indefessus illius est hodie thesaurus, qui pecuniam domini sui nummulariis foenerans quotidie in corde fidelium caelesti diuitiarum sanctam conquirat usuram. Quid igitur, fratres, tanto speciosius uiro, cuius haec est regula & mensura sermonis, ut inter uarias hominum causas, motusque diuersos, nunc affectione patris, nunc auctoritate doctoris consoletur humiles, superbos comprimat, negligentes arguat, increpet infideles? tantoque denique

30

40

Num. 13

Psal. 68

Psal. 115

Psal. 83

Matth. 13

Matth. 25

Matth. 5

denique decore sacerdotium uitamq. suam uir fidelissimus adornauit, ut doctrinam suam subsequenter confirmaret operibus, dominicam illam sententiam tenens: Qui docuerit, & fecerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Quam magnus hic, quamq. praecipuus in regno caelorum est, quem in omnem gloriam sermo propheticus, uita mirabilis, & mors Deo deuota sublimat? Nec immerito, fratres, tanto cum honore nominis eius memoria per amplissima mundi spatia celebratur: quia per uniuersum orbem, ad firmamentum fidei nostrae, & passio eius, & doctrina profecit,

In sollemnitate diui Michaelis archangeli, de eo quod scriptum est: Quis maior est in regno caelorum? 10

Rom. 12

Matth. 7

Matth. 19

Ibidem

Gen. 3

S diligenter audistis euangelicam lectionem, intelligere potestis quae ministris ac sacerdotibus Dei reuerentia debeat, uel qua ipsos clericos inuicem humilitatis sedulitate se oporteat praeuire. ait enim dominus percunctantibus discipulis: Quis eorum in regno caelorum maior esset futurus, statuto coram omnibus puerulo: Quicumque humiliauerit se sicut puer iste, hic maior erit in regno caelorum. unde intelligimus, quod humilitate peruenitur ad regnum, simplicitate penetratur ad caelum. quisquis ergo cupit diuinitatis tenere fastigia, humilitatis ima sectetur. quicumque uult fratrem praeuire regnando, prius illum praueinat obsequendo, sicut ait apostolus: Honore inuicem praueinantes, uincat eum officiis, ut possit uincere sanctitate. Si enim te non laetit frater, obsequium meretur ut diligas: quod si forsitan laetit, magis obsequium meretur ut uincas. Haec enim nostrae Christianitatis summa est, ut amantibus uicissitudinem, laudentibus patientiam rependamus. qui ergo fuerit patientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno. non enim ad imperium caelorum peruenitur superbia, diuitiis, praefectura, sed humilitate, pauperie, lenitate. Arta enim & angusta est uia, quae ducit ad regnum. quisquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilatatus, tamquam onustum & impeditum animal, per angustum regni iter transire non poterit; simul etiam ut se existimat peruenisse, sarcinam eius exigua porta non capiens, repercusso limine retrorsum redire cogetur. tam enim angusta est diuiti porta caelestis, quam est camelo acus foramen exiguum. unde ait dominus: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Sicut enim camelum, animal tortuosum, atque deforme, exigua cauerna praeterire non patitur: ita & diuitem auarum, atque mendacem arta caeli ianua minime intrare permittit. nam ideo nudi in saeculo nascimur, nudi & iam accedimus ad lauacrum, ut nudi quoque & expediti ad caeli ianuam properemus. Quam autem incongruum, & absurdum est, ut, quem nudum mater genuit, nudum suscipit ecclesia, diues intrare uelit in caelum? propterea adolescenti illi diuiti in euangelio a saluatore dicitur, qui iustus sibi uidebatur, & sanctus, & omnia mandata legis compleisse: Si uis perfectus esse, uende omnia tua, & da pauperibus. Usque adeo enim nuda uirtus apta caelo est, ut, quamuis iustus, quamuis sanctus, aurum uel diuitias possidens, non possit esse perfectus. talem enim uoluit adolescentem illum dominus ad paradysum redire, qualis Adam fuerat de paradysi sublimitate deiectus. nudus enim Adam incola paradisi fuit: denique post peccatum, nuditatem suam peruidens, folio pudenda contexit. Prius enim, quam peccaret honestatis erat colore uestitus; atque ideo nuditatem inhonestam non natura instituit, sed delicti reatus inuenit. nam & sancti angeli, in splendidissimo habitu constituti, numquid tunicis operiuntur, & palliis? sed cum sit in illis natiuitatis

tatis suae nuda substantia, uestiti uidentur esse, quod sancti sunt. Sic igitur & Adā custodiens honestatis angelicae dignitatem, erat quidem nudus mundanis uestibus, sed immortalitatis erat splendore uestitus. nil prauum respiciebant eius oculi: non cor eius turpe aliquid cogitabat: erat apud honestas mentes nuditas ipsa uestita. sicut enim apud nequam homines turpis cogitatio a concupiscentia uestibus non arcetur: ita apud sanctos uiros honesta simplicitas ad concupiscendum nuditate non trahitur. sed sicut uitiosis ad corruptelam nuda sunt omnia; ita religiosi ad castimoniam operta sunt uniuersa. Quid autem ait euangelica lectio? Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt; expedit ei, ut suspendatur 10 mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundum maris. Pusillos hic non a te pueros, sed malitia paruulos dicit, sicut apostolus ait: Malitia paruuli estote, ut sensibus perfecti sitis. Qui sunt isti nisi clerici idonei, monachi religiosi, uel laici? Quisquis igitur his irreuerens aut contumeliosus extiterit, hac belluina poena plectetur; ut, in formi saxo religato illi ad collum, praecipitetur in mare. Sed uideamus, cur scandalizantibus Christianos ista poena decreta sit, aut quid sibi uelit ipsa sententia. puto enim illam aliquod mysterium continere. quasi uero non sufficeret, & in mare homini demergendo saxum quaecunque non magnum aut enorme, sed mola asinaria lapis ei religetur ad collum, ut cum perituro homine pereat res usui necessaria. Sed puto hoc magis esse, quod in scripturis asini figura populus gentilium nuncupatur, qui clausis oculis circa ignorantiae molam erroris sui gyro pertrahitur, & sine ulla cursus directione uestigii in se saepe redeuntibus inuitus usui laborat alieno. nonne enim tibi uidetur molam asinariam uolueri gentilibus populus, quam diu in imperitiae suae labore uersatur? naturae quidem uinculis alligatus, ut uerbum Dei molat, dominum caeli quaerit, sed operatae mentis caecitate subsusus uultum animi erigere ad Deum, cordis oculos leuare non possit ad caelum. Sed quoniam mola asinaria saxum esse constat; uideamus si & pagano- rum talis est mola. Talis est plane. saxea enim mola est paganorum Iuppiter, Herculesq. lapideus, circa quos caecis oculis frequenti errore circumeunt. Caecos, inquam, dixerim eorum oculos, qui putant se uidere, quod non uident. aspicientes enim saxum, Deum se uidere confidunt. attamen qui molam uoluit, con- 30 summandi aliquando finem operis habet, exeundi spem gerit laboris: cui uero mola asinaria ad collum suspenditur, portat lapidem, qui portare debuerat iugum domini. Asinus ergo ad molam, caecus ad lapidem, gentilis ad saxum, qui adorat eum, quem non uidet, nec agnoscit. Deus enim non in manufactis habitat, nec in metallo, aut saxo cognoscitur. Hic ergo gentilis populus cum perfectionem Christiano intulerit, hac poena plectitur, ut cum sua sacrilega mola iudicandi saeculi fluctibus demergatur. *Matth. 18* *1. Col. 14* *Matth. 17*

In natali sanctorum Taurinorum martyrum, Octauii, Aduenticii, & Solutoris. 40

C Vm omnium sanctorum martyrum, fratres, deuotissime natalem celebrare debemus: tum praecipue eorum sollenitas tota nobis ueneratione curanda est, qui in nostris domiciliis proprium sanguinem profuderunt. na licet uniuersi sancti ubique sint, & omnibus profint: specialiter illi tamen pro nobis interueniunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. martyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur, sed & ciuibus. sibi enim patitur ad praemium, ciuibus ad exemplum: sibi patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumeliis uitam aeternam quaerere, mortem didicimus non

non timere. uidete ergo, quid martyribus debeamus: in quo alter ortus est, ut alius saluaretur: alter carnificem pertulit, ut Christum alter agnosceret: alter morti addictus est, ut alius uita potiretur aeterna: & ad postremum sanctus occisus est, ut peccator euaderet. Beati igitur martyres nec sibi uixerunt, nec sibi sunt mortui. exemplum enim nobis reliquerunt, bene uiuendo, conuersationis est. tolerando fortiter, passionis. nam ideo dominus per totum mundum diuersis in locis pati martyres uoluit, ut tamquam idonei testes nos praesenti quodam fidei exemplo suae confessionis urgerent; ut humana fragilitas, quae praedicationis dominicae aditu longiore uix credit, uel praesenti oculorum testimonio martyrio crederet beatorum. Cuncti igitur martyres deuotissime percolendi sunt, sed specialiter ii uenerandi sunt a nobis, quorum reliquias possidemus. illi enim nos orationibus adiuuant, isti etiam adiuuant passione. cum his autem nobis familiaritas est. semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur: hoc est, & in corpore nos uiuentes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt; hic ne peccatorum nos labes assumat, ibi ne inferni horror inuadat. nam ideo hoc a maioribus prouisum est, ut sanctorum ossibus nostra corpora sociemus; ut, dum illos tartarus metuit, nos poena non tangat; dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes, euadimus inferi tenebras; eorum propriis meritis attamen confocii sanctitate. ait enim dominus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; & portae inferi non praeualebunt ei. Si ergo apostolo & martyri Petro inferni porta non praeualet, quisquis sociatur martyri, tartaro non tenetur. martyres enim inferni porta non possidet, quoniam eos paradisi regna suscipiunt. nam uidemus eos utique iam regnare. cernimus enim ab iis frequenter obsessos immundissimis daemonibus homines liberari, ita ut caelesti medicina captiua anima de diaboli laqueis eruatur, & ipse diabolus uinculis igneis alligatus producat de sua captiuitate captiuus: ut qui praedam paulo ante ceperat, ipse subdatur in praedam. Haec, & alia potiora mirabilia per sanctos fieri omnibus notum est. Et ideo, fratres, ueneremur eos in saeculo, quos defensores habere possumus in futuro: & sicut eis ossibus parentum nostrorum iungimur, ita & eis fidei imitatione iungamur. in nullo enim ab ipsis separari poterimus, si sociemur illis tam religione, quam corpore.

Homilia eiusdem de martyribus.

Vficere nobis deberent ad profectum salutis nostrae martyrum exempla sanctorum, qui, propter adipiscendam caelestem coronam, omnibus se mandatis dominicis subdiderunt, & ita cunctis deuinxerunt se legibus saluatoris, ut propter ante actam uitam mererentur ad hanc martyrii gloriam peruenire. non enim illo in tempore tantum perfecerunt praecipuum domini, quo confessionis supplicium pertulerunt; sed necesse est illos prius secundum euangelium uixisse Christi, ut Christi passionibus potirentur. necesse est enim, ut initia bona fuerint, quorum finis est optimus subsecutus; & martyres eos non solum fuisse, cum passi sunt, sed etiam martyres Christi fuisse, cum uiuerent. martyr enim, latine testis dicitur; ac quotiescumque bonis actibus mandatum Christi facimus, toties Christo testimonium perhibemus. unde & crux domini non illa tantum dicitur, quae passionis tempore ligni affixione construitur, sed & illa, quae totius uitae curriculo cunctarum disciplinarum uirtutibus coaptatur. de qua mihi uideatur saluator dicere: Qui uult post me uenire, tollat crucem suam, & sequatur me. numquid eum omnes martyres, qui secuti sunt dominum, crucifixi sunt? numquid

quid omnes uirgines, qui iuxta Apocalypsim sequuntur agni dei, crucifixi sunt ut sequantur? numquid Paulus apostolus crucifixus fuerat, cum dicit: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo? Hoc autem dicit, ut intelligas crucem non ligni esse patibulum, sed uitae uirtutisq. propositum. Tota igitur uita Christiani hominis, si secundum euangelium uiuat, crux est, atque martyrium. Sed hoc est, quod in nobis difficile reperitur, ut omnes actus nostri secundum euangelium dirigantur: atque ideo quotiescumque uoluptatibus uoluntur, crucem saluatoris amittimus. Christus enim est castitas, pax, ueritas, mansuetudo. Quo modo ergo potest castitati testimonium perhibere corruptus? aut quo modo potest pacem praedicare, cuius animus semper in lite est? quo pacto etiam ueritatem, aut mansuetudinem qualiter seruabit inconstans? quo modo, inquam, possumus ad martyrii gloriam peruenire, cum dicat dominus: Nolite possidere aurum? Nos etiam auri talenta recondimus. Nolite, inquit, possidere aurum. Hoc aurum habentibus dicit. unde, si habentibus aurum possidere prohibet; non habentium cupiditate quae poena condemnat? et si, qui propria retinent, amittere iubentur; illi, qui aliena diripiunt, quam grauius feriuntur? Sunt enim plerique, fratres, qui cum humili loco geniti fuerint, & nullas a parentibus diuitias consecuti sint, tanta auaritia cupiditate iactantur, ut putent se sine causa natos, nisi aurum quoquo pacto possederint. existimantes enim, sicut ait propheta, uitam hominum compositam ad lucrum, non dubitant undecumque etiam ex malo acquirere: atque ita huiusmodi homines dum lucrum auri quaerunt, damnum salutis inueniunt. Requiramus, fratres, quotusquisque est, qui hoc non sit imbutus? Pauci admodum sapientes ab hac pestilentia se defendunt. Si negotiatorem cogites; propter auaritiam primus in culpa est. Si militia tantum respicias; cupiditas est illi tota causa militiae. Si officia singula perfrueris; inuenies homines non honestate adduci ad obsequium, sed praeda ueluti ad negotium prouocari. Omnes igitur paene lucris, ac negotiis student; & cum primo surgunt diluculo, non cogitant nisi ut aliquid undecumque percipiant. quod si aut honestas conuicerit, aut retuderit iudicantis auctoritas: cum res alienas diripiant, damnum se fecisse queruntur. Sine causa, inquit, militamus, sine causa laboramus: hodie domum referre nihil potui, iniquitas iudicis male me facere non permisit. Cunctos igitur paene homines agit auaritia, nullum de his quietum esse permittit. hi enim, qui nihil habent, cupiditate torquentur: illi, qui diuitias possident, sollicitudine cruciantur. nec ipsis enim bene est, qui recondito auro incubant: immo ipsis est grauius. semper enim sunt anxii, maesti, solliciti ne hoc feruus auferat, ne fur effodiat: atque ideo retrudentes illud tenebris ita abscondunt, ut omnium subterfugiat notionem, nihil ex eo proferentes aliquando ad usum, ne apertio latebrarum sit causa prodendi. Seruant autem illud, & non utuntur, seruant, inquam. custodes ergo dixerim istos esse, non dominos, & alienum attendere diligenter, non proprium conuenienter expendere. Quid ergo, fratres, putatis, habere aurum, esse diuitias? ego dixerim, maiores esse diuitias, aurum non habere. pretiosior enim mens eius, quae aurum despicit, quam quae aurum requirit. maiores plane sunt diuitiae, non, habere aurum, sed, aurum habentibus eminere. qui enim propriis abundat bonis, saeculi thesauros non requirit. bona enim sunt propria, honestas, sobrietas, misericordia, castitas: quae bona omnia auro magis sunt pretiosa; ut sciat, quia his ita uiliora sunt metalla: auri talenta emi possunt: argenti uasa comparari possunt: honestas sola emi non potest. honestas enim non emitur, sed acquiritur, quia non constat pretio, sed uirtute. Tu igitur, qui aurum possides, si placet, bona inuicem conferamus.

ramus. Tu cum peregre proficisceris, thesauri tui necessario domi remanent: quibus longe a te positis, semper trepidus, semper incertus es: cum domum redieris, non habeas, quod habebas. ita dum semper amissionem eorum metuis, apud conscientiam tuam nudus & pauper es. ego autem quocumque iero, meae diuitiae me sequentur; nec separari a me possunt bona; quoniam non tereno specu, sed thesauro pectoris retinentur. Tu cum recedis e saeculo relinquendo, tuas diuitias perdidisti: ego autem, cum mihi de hoc mundo migrare contingit, diuitias meas mecum ad paradysum ueho. Tuas diuitias post mortem, exemplo illius purpurati diuitis, ignis & tenebrae subsequuntur: meas diuitias, exemplo Lazari, sinus Abrahæ, & beatitudo suscipiet.

Luce 16

10

HOMILIAE DIVI MAXIMI, EPISCOPI TAVRINENSIS, DE DIVERSIS.

HOMILIA DIVI MAXIMI, TAVRINENSIS ecclesiae episcopi, in traditione symboli, de ex- positione eiusdem.

Iudi. 20



VM apud patres nostros, sicut liber Iudicum refert, quaedam Israeliticæ tribus ciuili aduersum se pralio decertarent; nec propter cõsimilem populi unius habitum inter bellantes posset esse discretio: tribus illa, cuius iustior erat causa pugnandi, quia merito per Dei auxilium uictoriam præsumebat, signum sibi certo in sermone constituit; ut, quos una armorum facies confundebat, secretioris uerbi distingueret sacramentum. quod beati apostoli, ut ego reor, exemplum sequentes ecclesiae Dei, quam aduersum militiam diabolici furoris armabant, mysterium symboli tradiderunt; ut, quia sub uno Christi nomine credentium erat futura diuersitas, signaculum symboli inter fideles perfidosq. secerneret, & alienus a fide atque hostis appareret ecclesiae, aut tamquam baptizatus nescisset, aut tamquam hæreticus corrupisset. Credis, inquit, in Deum patrem omnipotentem. Credendus sine dubio est Deus, pater omnipotens, cuius sic uirtus sentitur, ut quantitas eius, & qualitas ignoretur. esse enim illius, & posse, non discutiendo assequimur, sed credendo. quem autem credere debeamus, edocet nos redemptoris nostri auctoritas dicentis: Qui credit in me, & in eum qui me misit, habet uitam æternam. Et alibi: Creditis in Deum, & in me credite. Plus est, fratres, quod fidei oculis intuemur, quam sensus possit uidere carnalis. Credis, inquit, in Deum patrem omnipotentem. In Deo natura innascibilis, in patre unigeniti ueritas, in omnipotente plenitudo uirtutis ostenditur. Est namque per ingenitam deitatem omnipotens, & per omnipotentiam pater. nec disquirendum, qualiter sit pater: quia, qualiter Deus sit, aut omnipotens, non potest comprehendi. Et in Iesum Christum, filium eius, unicum dominum nostrum. Quod Christus est factus, qui filius erat, dispensatio est redemptionis humanæ: quod dominus est, de proprietate naturæ est. unicus autem, uel unigenitus annunciat, & creditur, quia unus ita est genitus, neque habet in natiuitate consortem. Filium audis, non ut illum sexu aliquo

Ioan. 3
Ioan. 14

40

aliquo editum putes, sed ut credas incomprehensibili maiestate Deum prodisse de Deo, ut ait ipse: Ego a patre exiui, & ueni in hunc mundum. Qui natus est de spiritu sancto ex maria uirgine. Spiritum sanctum audis, ut partum illum mirabilem simul & inculpabilem recognoscas. Cæleste est enim, quod spiritus agit; inuiolatum, quod sanctus operatur. nam cum, unigenitum Dei fieri hominem, redemptionis nostræ necessitas flagitaret; hoc natiuitati suæ priuilegium propriæ diuinitatis inuexit, ut de uirgine nasceretur. qui enim ueniebat in ueteratam peccatis hominum reuocare naturam, nouam legem uoluit habere nascendi. Unigenitus igitur Dei factus est filius hominis; ut, qui creator mundi erat, fieret & redemptor. Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, & sepultus. Nulla nobis sit de Christi cruce confusio: quia habemus de eius passione uictoriam. sicut enim sempiternus Dei filius non sibi, sed nobis est natus: ita immaculatus Dei agnus non sibi, sed nobis est passus. Quis autem non mirificum aduertat esse mysterium, ubi ipse homo prædicatur, qui Deus est; & ubi idem dominus annunciat, qui asseritur crucifixus? Nec incogitata ei, quod peremptus est, aut improuisa res accidit: qui diuinitatis suæ consilio iccirco suscepit hominem, ut pro homine possit occidi. Supplicium autem crucis elegit, ut sublimiorem uictoriam pareret poena deterior; & qui uniuersitatis bono patiebatur, quasi in conspectu mundi in altum subleuatus occumberet; simul ut qui crucifixum uidebant, mirabilia cernerent crucifixi. nam satis abundeq. gloriam patientis ostendunt repentina solis obscuritas, tremor terrarum, saxorum diuisio, resurrectio mortuorum. Illud autem quanti est testimonii, quod etiam pariter crucifixus latro memoriam sui in cælesti regno fieri a consorte supplicii precabatur? Hinc est, carissimi, quod illusiones, & probra, quæ pertulit Christus, crucis morteq. eius nõ suspitibus ingemiscimus, sed cõtinuis laudibus celebramus. Sepultus est autem, quia consequens erat, ut, qui mortuus fuerat, acciperet sepulturam. Sepultus est dominus, ut ad consolationem sepultorū benedictionem corporis eius & terra susciperet. Sepultus est, ut, qui uere mortuus cernebatur, uere redisse a mortuis crederetur. Tertia, inquit, die resurrexit a mortuis. Si credidisti de Christo, quod dedecoris est; crede quod gloriæ est, si credidisti quod mortis est, crede quod uitæ est. sicut enim in passione mysterium pietatis est; ita in resurrectione operatio potestatis, ut ait ipse: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Quo modo itaque non illi suppetebat uita post mortem, cui mori non fuit condicio, sed potestas? Nec magnum sane est, si dicamus: potuit Christus resurgere: cum impossibile fuerit, ut auctor uitæ non rediret ad uitam. aut quo modo poterat inferni legibus detineri, qui iccirco est mortuus, ut mors amitteret potestatem? Nihil ergo ultra de eius passionibus confundamur, nihil de eius morte trepidemus, cui & resurgendi potestas erat, & natura uiuendi. Cuius autem dementiæ est, illum non credere resurrexisse, ad cuius præceptum de tumulo sepultus emerit? Ascendit in cælum. Decebat, fratres, talis gloria hominem, qui de uirgine nascebatur: nec impossibile ei fuit cælum ascendere, cui possibile fuit inferos triumphare. Et necesse erat, ut qui ad mortem de regno uenerat, post mortem rediret ad regnum. Fuit in hoc, carissimi, salutaris & incomprehensa mentibus humanis inter cælum terramq. communitio: & sicut terra Dei filium se suscepisse lætata est, ita cælum filium hominis se accepisse gauderet, ut cantatum est per prophetam: Lætentur cæli, & exultet terra. Nam sicut manifestum est, terram exultare de Deo: ita dubium non est, cælum gaudere de homine. Sedet ad dexteram patris. Quod sedet Christus, uictoris munus est: quod ad dexteram patris sedet, diuinitatis est priuilegium, & indiscretæ consortium caritatis. Et bene ad dexteram patris annunciat sedere, in quo

Ioan. 16

Matth. 27

Luce 13

Ioan. 10

Psal. 95

P nihil

nihil uoluntatis suæ diabolus, qui totus est sinister, inuenit. Inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Necessè est, fratres, ut hominum genus ille discutiat, qui creauit, & ipse iudicet, qui redemit: iustumq. est, ut omnipotens dominus mortales suos, quos diuinitatis uirtute formauit, patris pietate saluauit, iudicis examinatione discernat. nam quid esse potest æquius apud Deum, quam ut, quorum in sæculo fuit uita diuersa, eorum post hoc sæculum merita distinguantur? Viui autem iudicandi referuntur, ac mortui: ut omnium hominum esse apud Deum cura credatur. Et in spiritum sanctum. Hæc est, carissimi, inoffensa regula ueritatis; ut, quorum unum nomen est, non sit eorum diuersa confessio; & qui in cælo apud se unum sunt, a nobis non separentur in terris. nam sicut diuinitati nihil de creaturis æuari potest: ita omnem diuisionem & inæqualitatem natura diuinitatis excludit. secundum enim euangelicam ueritatem, Sicut filius a patre exiuit, ita & spiritus a patre procedit: & unigenitus sicut filius Dei est, ita & spiritus sanctus Dei est: et sicut pater, cui uult, miseretur, & filius, cui uult, patrem reuelat; ita etiam spiritus & inspirare legitur prout uult, & dona cælestium gratiarum diuidere prout uult. Quo modo ergo non unum esse cum patre filioq. credendus est spiritus, cui æque adiacet posse, quod uult? Sanctam ecclesiam, Vere sancta est ecclesia confitenda, per quam & sanctificatio est data mortalibus; & crescente credentiũ numero, omnium pane linguis in Dei laudes sanctior mundus exultat. Sancta est ecclesia, quæ, baptismi sacramento peccatorum contagio ne deterfa, terrarum incolas transmittit ad cælum. Remissionem peccatorum, Credenda est præcipue, fratres, peccatorum remissio: quia hoc unum est remedium, quod hominum genus a sententia perpetuæ mortis absoluit. iccirco unigenitus altissimi sumere dignatus est carnem, contentus est crucem, ut te, qui crimina tua euadere & peccata non poteris, indulgentia faceret innocentem: ideo immaculatus occisus est agnus, ut eius cruore humani generis macula tergeretur. Videte, fratres, profunditatem mysterii: uidete altitudinẽ sacramenti: ubi mors reddidit uitam, & peccantium sordes sanguine sunt innocentis abluta. Hæc autem remissio non te ad peccatum nutrit, sed admonet ut peccare iam metuas, qui te intelligis sine uenia non potuisse saluari. Bonitas enim Dei indulgentiæ suæ uere non nos armat ad culpam, sed abluit ad gloriam. Carnis resurrectionem. Hic religionis nostræ finis, hæc summa credendi est. Et reuera quis credens Deo possit de resurrectione dubitare, cum manifestum sit hanc solam Christo causam fuisse nascendi? quæ enim alia ratio, quæ ue utilitas erat, ut perpetuus carnem dignaretur adsumere, nisi ut carnem perpetuitate donaret? quæ gloria esset, Dei filium crucem non refugere, mortem expetere, perpeti sepulturam, nisi uitam mortalibus præstita resurrectione conferret? Posse autem hoc fieri, facit diuinitas fidei, cui totum, quod uult, posse subsistit. Denique, ut indubitata resurgendi exempla capiamus, ipse hic mundus, amissa receptaq. decoris sui specie, & occidit, & resurgit. Documentum nimirum futuræ resurrectionis accipimus, cum commendata sulcis frumenta in stipulam suam redeunt, & renouatis frondibus spoliata gelu nemora reuirescunt; cuncta etiam, quæ terra producit, aut semine aut radice multiplicata redduntur. Quæ autem duritia cordis est, non credere reformari hominem, cum omnia, quæ facta sunt, reparantur? Hoc est, carissimi, symbolum, cuius signaculo, sicut in primordio dictum est, fideles ab infidelibus secernuntur. hoc est symbolum, cuius ueritas unumquemque credentem efficit Christianum, hoc est symbolum, quod & uiuentes sanctificat, & mortuos reducit ad uitam.

Ioan. 15

Ioan. 3

I Cor. 12

De

De non timendis hostibus carnalibus, & de gratiis post cibum agendis, homilia prima.

Requenter admonui uos, fratres, ut, dum licet, dum tempus in spatio est, salutem uestram omnibus modis consuleretis, & in hac uita breui uitam uobis prouideretis æternam. sapiens enim quisque intelligit, quod hæc uita hominum non ad quietem data sit, sed ad laborem, hoc est, ut hic laboret, & in posterum requiescat: hic autem requies nulla est. tantis enim malis hæc uita repleta est, ut comparatione eius mortis remedio putetur esse, non pœna. nam ideo breuem illam Deus fecit, ut molestia eius, quia prosperitate non poterant, temporis exiguitate finirentur. Denique sanctus Iob dicit: Pirateriũ est uita hominis super terram, hoc est, siue quod homines in hac uita omnia experiantur mala: pirateriũ enim latine experimentum dici potest: seu certe piraterium, quod in hac uita circa homines diabolus, tamquam pirata, desæuiat. piraterium enim habitaculum piratarum est. Tamdiu ergo in piraterio sumus, quam diu in hac carne positi prædonum spiritualium tentationibus subiaccemus: quamuis in hac ipsa uita etiam carnales nobis, qui sunt barbari, piratæ non desunt: minus tamen eos timeo, qui etsi auferunt patrimonia, non possunt auferre iustitiam; si aurum tollunt, Christum tollere certe non possunt; si diripiunt argentum, non possunt diripere saluatorem. Quis igitur non festinat habere sibi Christum, quem non possit ab eo nec prædo diripere, nec hostis auferre, nec captiuitas separare? qui enim habet Christum, hominẽ non ueretur inimicum. Quid enim facturus sapienti? peccata eius abducat? hoc etiam morbi lues facere cõsueuit. armenta diripiet? istud damnum, abactores tolerando, iam didicit. Ipsum fortassis, non illi ad mouet tædia, sed remouet: hoc enim illi intulit, quod maiore cum molestia febris afferret, præsertim cum dicat dominus: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Illi igitur spirituales plus metuendi piratæ sunt, qui nõ solum corpora hominum, sed & animas spoliare consueuerunt; qui non tam aurum mundi, quam aurum fidei auferre nituntur; qui non tam sæculi substantiam, quam Christi sapientiam deprædantur. nam ipsi nobis spirituales hostes hos carnales immittunt, ut probemur in tribulatione positi, quam simus confidentes in Deo, qui de solo ipso remedium postulemus. sunt enim quidam, qui in tribulatione positi dicant, malis artibus hostes uincere, iisdem eos artibus debere superari, desperantes de Deo, a dæmonibus uictoriam flagitantes. miseri homines ne sciunt, quid faciunt, quid loquantur. dum enim rebus suis metuunt, obliui sunt religionis, ac fidei: qui res quidem suas forte nõ perdant; sed, quod est amplius, suas animas perdiderunt. Dicit sanctus Iob: Si bona excipimus de manu domini, quare non mala tolerabimus? hoc est: si bonis superuenientibus iucundamur, quare non & aduersis accidentibus confortemur? Aduersa tolerare, sapienti uirtutis exercitium, insipienti præuaricationis est occasio. Dixi ergo frequenter, ut in hac uita breui uitam uobis prouideatis æternam: quod dolco cur hoc facere contemnatis. cum enim ieiunandum dicimus, præter paucos nemo ieiunat. cum elemosynas faciendum, maior auaritia uos constringit. Orare autem, & gratias Deo agere quid sit, plerosque de uobis etiam arbitror ignorare: qui surgentes primo diluculo non nisi de prandio cogitent; cum pranderint, somno se tradent, numquam diuinitati gratias referentes, quæ illis & prandium ad refectionem, & somnum dederit ad quietem. Vtique tu, Christiane, si es utilis, meminisse debes, cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, num, si aliquid de tuo cuiusque largiris, expectas ut tibi gratias agat, ut benedicat demum, de quo ei hu-

Iob. 7

Matth. 10

Iob. 2

P 2 manitas

manitas sit tributa? qui si forte gratias non agit, quemadmodum a te denotatur ingratus. Ita ergo & a nobis expectat qui nos pascit Deus, ut pro praestitis ab eo eis illi gratias referamus, & saturati donis ipsius laudes dicamus. haec enim beneficiorum est retributio diuinorum, ut, cum refecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. ceterum si accipientes diuina munera, taciti, & immemores fuerimus; tamquam ingrati, & indigni eorum subministracione fraudabimur; ut Deum, quem beneficiis non cognouimus, malis ingruentibus requiramus; & aduersis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratias non egimus ad fruendum: sicut nunc contingit, ut, qui in pace pigri fuimus ad laudes referendas, modo in tribulatione trepidi existamus ad pericula deploranda.

10

Homilia secunda eiusdem unde supra.

Atis abunde, dixisse me credo superiore dominica ad correptionem eorum, qui diuinis muneribus perfruentes gratias non referunt creatori; & utentes beneficiis caelestibus tamquam ingrati & indigni beneficiorum non remunerantur auctorem: ingrati, inquam, qui Deum nec quasi serui metuunt dominum, nec quasi filii honorificant ut parentem. Dicit per prophetam Deus: Si dominus sum, ubi timor meus? si pater, ubi amor meus? Hoc est: si seruus es, redde domino timoris obsequium: si filius, exhibe patri pietatis affectum. Tu autem cum gratias non agis, Deum nec diligis, nec ueris: unde aut contumax seruus, aut superbus es filius. Qui est igitur utilis Christianus, semper debet patri ac domino suo laudes dicere, & in eius gloriam omnia procurare, sicut ait beatus apostolus dicens: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei. Videte quale, uiri Christiani, apostolus uoluit esse conuiuium, ut magis fides Christi, quam prandii sagina comedatur; & plus reficiat hominem dominici nominis frequens inuocatio, quam epularum multiplex & copiosa collatio, meliusque pascat esurientem religio, quam sagina. Omnia, inquit, in gloriam Dei facite. Omnes ergo actus nostros Christo uult scio uel teste compleri, hac scilicet ratione, ut bona ipso auctore faciamus, mala propter ipsius contubernium declinemus, erubescit enim mala facere, qui scit Christum se habere participem. Christus autem in bonis adiutor est, in malis nocifer est conseruator. Ergo cum diluculo surgimus, debemus, prius quam procedamus e cubiculo, gratias agere saluatori, & ante omnes actus saeculi, actus habere pietatis, qui nos quiescentes & dormientes in lectulis custodiuit. quis enim, nisi Deus, dormientem custodit hominem? qui ita, resolutus in somnum, & oblitus sui uigor humani, a se alienus efficitur, ut nesciat quid ipse sit, ubinam demoretur, adesse sibi certe ipse non possit. necessarius igitur Deus adest dormientibus: quia dormientes sibi adesse non possunt; & a nocturnis insidiis genus hominum ipse custodiat; quia id temporis ad custodiendum alter nemo peruigilat. Debeo ergo illi gratiam, qui, ut ego securus dormiam, ille peruigilat. ipse enim nos Deo ituros cubitum quodam gremio quietis suscipit, & thesauro pacis recondito seruat, & caliginum quadam tuitione in lucem defendit; ut malitia inimicorum hominum repellatur tenebris, quae non potest benignitate depelli; & pacem fessis praestet obscuritas, quam non praestabat humanitas. dum enim nescit homo, ubi suum aduersarium persequatur, pacem, quam uolens praestare noluit, praestat inuitus. Debemus ergo surgentes gratias Christo agere, & omne diei opus in signo facere saluatoris. Nonne, cum adhuc gentilis esses, solebas signa perquirere, quae signa quibus rebus essent prospera, magna inquisitione colligere? iam nunc nolo crees in numero: scito, quia in uno signo Christi omnium rerum est tuta prosperitas.

Mala. 1

1. Cor. 10

ibidem.

ritas. qui in hoc signo seminare coeperit, uitae fructum consequetur aeternae. qui in hoc signo iter facere aggreditur, ad caelum usque perueniet. in hoc igitur nomine omnes actus nostri dirigendi sunt, & ad ipsum totius uitae nostrae commotio referenda: quia, sicut ait apostolus, In ipso uiuimus, & mouemur, & sumus. Sed & cum uespera diem claudit, ipsi debemus per psalterium laudem dicere, & gloriam eius modulata suauitate concinere; quo, operum nostrorum consummato certamine, ueluti uictores requiem mereamur, & laboris quaedam palma sit soporis obliuio. hoc autem ut faciamus, fratres, non solum docemur ratione, sed etiam admonemur exemplis. nonne enim uidemus, minutissimas aues, cum illucescentem diem aurora producit, in quibusdam nidorum cubiculis uaria dulcedine personare, & id studiose agere, priusquam procedant, ut creatorem suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant, & quemadmodum unaquaeque earum, quonia confessione nequit, modulis prodat obsequium, ita ut uideatur sibi deo tius gratias agere, quae dulcius personauit, hoc etiam peracto diei cursu similiter facere? Quid ergo sibi uult ista certis temporibus disposita cantilena, & iugis intentio, nisi gratiarum quaedam sit immoderata confessio? pastor enim suo auis innoxia, quia sermone non potest, suauitate blanditur. habent enim & aues pastorem suum, sicut ait dominus: Respicite uolatilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, & pater uester, qui est in caelis, pascit illa. At quibus tandem cibus pascuntur aues? uilissimis scilicet, & terrenis. aues ergo propter uiles escas gratias agunt; tu pretiosissimis epulis pascaris, & ingratus es. Quis igitur non erubescat, sensum hominis habens, sine psalmodum celebritate diem claudere, cum ipsae aues ad gratificandum psalterii suauitate perfultent; & eius gloriam non uersuum dulcedine personare, cuius laudem uolucres modulata cantilena pronunciant? Imitare ergo, frater, minutissimas aues, mane & uespere creatori gratias referendo. & si es deuotior, imitare luciniam, cui quoniam ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia peruigili cantilena decurrit. et tu igitur laudibus tuis die uincens operi tuo adde nocturna curricula, & insomnem suscepti laboris industriam psalterii ferie consolare. Et quia de his auibus mentionem feci, quae noctibus uigilant; nolo te imitatore esse nocturnae, quae licet per noctem uigilet, per diem tamen pigra, uel caeca est, quae grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem solis horrescit, mirum enim in modum illuminatur obscuritate, luce caecatur. istud animal haereticorum figura est, atque gentilium, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem saluatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt uana, non respiciunt sempiterna. de his ait dominus: Oculos habent, & non uidebunt: in tenebris ambulant. Sunt enim acuti ad superstitiosa, hebetes ad diuina; qui dum se putant subtilibus sermonibus, tamquam nocturnae ueri luminis splendore turbantur.

Mat. 17

Matth. 6

Psal. 113

40 De auaritia, & de eo quod scriptum: Erant eis omnia communia, homilia prima.

Mat. 4

Egimus in libro, qui apostolorum actibus adscribitur, tantam sub memoratis uiris deuotionem plebis fuisse, ita populi Christiani floruisse primitias, ut post acceptam fidem nemo domum propriam sibi defenderet; & nemo suum aliquid uindicaret; sed iure fraternitatis essent illis cuncta communia; scilicet, ut qui eodem confortio religionis tenebantur, eodem confortio fruerentur, & uita: hoc est, ut, quibus erat una fides, esset & una substantia; & quibus erat communis Christus, communis esset & sumptus. nefas etenim putabant re-

P 3 ligiosi

ligiosi uiri, sibi participem non adsciscere in substantia, qui particeps esset in gratia. atque ideo fraternitatis caritate omnibus communiter utebantur, nisi quod maior est fraternitas Christi, quam sanguinis. sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert: Christi autem fraternitas unanimiorem cordis animæque. demonstrat, sicut scriptum est: Erat autem credentium cor, atque anima una. Vere ergo frater ille est, qui tam corpore, quam unanimitate germanus est. uerus, inquam, est frater, cuius idem spiritus & uoluntas in fratre est. melior igitur est, sicut dixi, fraternitas Christi, quam sanguinis. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est: Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. illa inter se communia cum emulatione diuidit: hæc etiam propria cum gratulatione communicat. illa in cōsortio despicit sæpe germanum: hæc assumit frequenter alienum. Tanta ergo, sicut dixi, illo tempore Christianæ plebis deuotio fuit, ut nemo domum suam diceret, nemo proprium aliquid uindicaret, sicut ait sanctus Lucas dicens: Et nemo quidquam ex eo, quod possidebat, suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. nemo enim, inquam, erat quisquam egens inter ipsos. Beata igitur plebs, quæ dum plures in Christo habet diuites, nullum in sæculo habuit indigentem; & quæ dum æternas cogitat diuitias, a fratribus temporalem repulit paupertatem. Vendebant enim, sicut ait scriptura, prædia, & domos suas, & pretia uenditorum ante pedes apostolorum ponebant, ut erogarent, prout cuique opus esset. uidete sanctorum uirorum fidem, quemadmodum propter Christum toto spoliabantur patrimonio, & nihil sibi reliqui faciebant. non enim uerebantur, ne esurirent ipsi, dum timebant, ne alius esuriret. Hæc igitur sub apostolis fuit in plebe deuotio: modo quid simile reperimus? Et certe idem Christus in nobis, sed non idem est in nobis animus. eadem in plebe fides, sed non in plebe est ipsa largitio. ita alter de alterius inopia non cogitat, ut illud sit, quod ait apostolus: Alius quidem esurit, alius ebrius est. Nam plerique Christiani non solum propria non distribuunt, sed etiam diripiunt aliena: non solum, inquam, colligentes pecunias suas ad pedes apostolorum non deferunt, sed etiam confugiens fratres suos protrahunt a pedibus sacerdotum. nunc est illud tempus, quod describit beatus apostolus dicens: In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum, & refrigescet caritas. modo enim abundat auaritiæ iniquitas, quæ ante largitatis bonitate cessabat; & refrigescit fraternitatis caritas, quæ prius Christi amore feruebat. tanta enim sub apostolis fraternitatis dilectio fuit, ut tunc in conuentu suo non aduenerit indigentia. tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est, ut in cœtu nostro uix inuenias locupletem. locupletem autem uix inueniri dico non tam facultatibus, quam operibus. ait enim apostolus: Diuites sint in operibus bonis. Locupletem enim illum in ecclesia intelligi uoluit, qui diues est in Christo. nam & ibi quod ait sub apostolis neminem indigentem fuisse, ostendit utique tanta eos gratia fidei fuisse præditos, ut omnes cælestium diuitiarum abundauerint largitate. raro igitur hoc tempore inuenimus in Christiano populo locupletem: & si plerique in domibus auro sint diuites, tamen in ecclesia iustitia sunt mendici. dum enim circa pauperes non pro eo, quod præualent, operantur; nec est hoc gratum, quod offerunt, nec illud est satiabile, quod reseruant; Dicit dominus ad Cain, cum offerret munera: Si autem recte offeras, recte autem non diuidas; peccasti. Sic & tu Christiane non recte diuidis, qui de tanto auro tuo maiorem partem mammonæ reseruas, quam domino largiaris. sic namque Ananias in actibus apostolorum, dum putat se recte offerre, & non recte diuidit, pecuniam, quam obtulit, perdidit; & quam domi reseruauit, amisit, pecuniam, inquam, pariter perdidit, & salutem, dum enim ex eo, quod promiserat, partem subtra-

10

20

30

40

xit, sacrilegii simul & fraudis condemnatur; sacrilegii, quod Deum in pollicitatione sefellerit; fraudis, quod de integris muneribus portionem quandam putauerit subtrahendam. ait enim apostolus Petrus: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Si ergo, fratres, Ananias condemnatur, cum non totum dederit, quod de suo ipse promiserat: quid censemus de eo, qui non uult reddere, quod alius promisit? Videte ergo & uos, fratres, quid promiseritis Deo, cum primum gratiam fidei percepistis. ecce abundant in ciuitate nostra hospites, siue peregrini: facite quod polliciti estis: ne dicatur & uobis, quod Ananias dictum est: Non mentiti estis hominibus, sed Deo.

10

Homilia secunda, unde supra.

Etinet dilectio uestra, fratres, ante dies, cum plebis eius, quæ sub beatissimis apostolis fuit, unanimiorem largitatemque prædicarem, usque ad Ananiam nos auaritiæ peruenisse, qui illo tempore in totius generis purissima uita, tamquam ouis morbida, solus inuentus est. tanta enim infectus erat auaritiæ pestilentia, ut sanctus eum Petrus non tam emendare uoluerit, quam damnare. legerat enim: Eiecit de concilio pestilentem; & exhibit cum eo omnis cōtentio. Solus ergo in cœtu sancto pestilens fuit, qui, cunctis, contemptu pecuniæ, lucrum uitæ requirentibus, ipse tantum lucrum magis pecuniæ mercatus est, quam salutis; & dum pretii sperat compendium, animæ reperit detrimentum. ab apostolis igitur Ananias auarus inuentus est. iam nostra excusatur humilitas. minus enim mirandum est abundare sub nobis hoc uitium, cum sub apostolis cœperit pullulare: & si illorum auctoritas hæc in Anania emendare non potuit; nobis quid imputabitur, si eadem in plerisque fratribus corrigere non ualeamus? in Anania enim Petrus auaritiæ si potuisset corrigere, non punisset: sed dum illum punit, alios corrigit. uoluit enim, ut pœna ad unum, metus autem ad plurimos perueniret. exemplum ergo auaris omnibus in Anania propositum est; ut qui eiusdem criminis reus fuerit, eiusdem supplicii in iudicii die sententia feriat. Grande igitur malum est auaritia, immo malorum omnium est origo, sicut ait apostolus: Radix autem omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide. Vides ergo, qui pecuniæ appetit, fidem perdit: qui aurum redigit, gratiam prodigit. Auaritia enim cæcitas est, error religionis inducit. cæca, inquam, est auaritia: sed diuersis fraudum oculata ingenis, non uidet, quæ diuinitatis sunt, sed cogitat, quæ cupiditatis sunt. semper, quauis diues sit, cogitat undecumque uel ex malo acquirere: totâ uitam negotium putat: cōpendiorum etiam omnia supprimens inanis præstationis suæ scœnus imponit. erubescit: usuræ nomen: & lucrum non erubescit usuræ. semper ergo auarus alieno utitur, alieno se pascit damno: est illi præda egestas alterius: est illi lætitia fletus alienus, sicut nuper factum uidimus. Quorū amissa deplorant, super quæ inuasa plerique gratulantur? Ecce senex pater captum desset filium: & tu iam super eum uelut seruulum gloriaris. Innocens rusticus perditum ingemiscit iuuenem: & tu eo rus tuum excolere disponis; & fructus te putas posse capere gemitibus alienis. Ecce religiosa uidua tota supellecile dispoliatam domum suâ dolet: & tu eadem supellecile domum tuam ornatam esse lætaris. Dic mihi o Christiane, non compungeris, non constringeris, cum uides in hospitio tuo lacrymas alienas? dicit scriptura sancta ad filios Israel: A bestia captum ne tangeris: pollutum enim & contaminatum est, quidquid fera cruenta contigerit. Et per hoc deterior bestia est, quisquis sumit, quod bestia superauit. Dic igitur mihi tu Christiane, cur prædam relictam a prædonibus præsumpsisti? cur laceratum & con-

Act. 5.

ibidem

Prouer. 22.

1. Timoth. 6.

Exod. 22.

contaminatum, sicut ipse putas, tuis ædibus importasti? cur, quod hostilis superauit bestia, tu sauior bestia deuorasti? Aiunt plerique, lupos leonum subsequi solere uestigia, & non longe ab eorum uenatibus aberrare, scilicet ut rabiem suam rapina satient aliena, & quod leonum saturitati remanet, id luporum rapacitate consumatur. sic & isti auaritiæ lupi prædonum uestigia subsecuti sunt, ut, quod illorum rapacitati superauit, horum cederet feritati. Sed forsitan emisse te dicis, & ideo auaritiæ crimen euadis. Non ita solet constare emptio, atque uenditio. bonum est emere, sed in pace, quod propria uoluntate uenditur, non in deprædatione. Respice contractus originem, uenditionis auctorem, pretii quantitatem: & intelligis prædæ magis, non uenditionis emptorem. unde enim barbaro auri gemmarumq. monilia? unde pellito serica uestimenta? unde, rogo, Romana mancipia sumis? scimus ea comprouincialium nostrorum esse, uel ciuium, Facit ergo ut Christianus, & ciuis, qui ideo emit, ut reddat.

Homilia prima de cleemosynis.

Eccle. 3. **D**icit scriptura diuina: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Magna plane, & cunctis ambienda sententia, quæ hominibus pæne iam mortuis, & peccatorum suorum incendio arefactis, rediuuium quoddam beneficium pollicetur: ut, interueniente eleemosyna, sicut aqua intermortuis succus, refrigerium arefcentibus infundatur; hoc est, ut miseri homines, qui in mortem peccatis aruerant, ad uitam eleemosynis reuiuifcant; sitq. illis misericordia fons salutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium; ut flammæ, quas sibi peccando incenderant, largiendo restinguant; atque utiliore commercio qui pecuniam quondam dederat, ut adulterium perpetraret, nunc pecuniam erogat, ut adulter esse iam desinat: & emat sibi quodam modo innocentiam, qui sibi emerat aliquando peccatū. dicit enim dominus ad discipulos suos: **Luca 11.** Date eleemosynam; & ecce omnia munda sunt uobis. Quamuis ergo pollutus, quauis multis criminibus circūseptus, si eleemosynas feceris, innocens esse coepisti. abstergit enim eleemosyna, quod auaritia polluebat; & maculam, quæ res alienas diripiendo contraxeras, tuas erogando purificas. Vide ergo, quæ sit misericordiam gratia, quæ una & sola uirtus cunctorum est redemptio peccatorum. uideamus namque interpretationem ipsius diuinæ sententiæ, ut intelligamus cui rei eleemosyna comparetur. ait enim: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit delictum. Aqua ergo misericordiam fontem quæret. inuenio plane fontem misericordiam. fons, de quo dicit propheta: Quoniam apud te est fons uitæ: & in lumine tuo uidebimus lumen. Ipse, inquam, est fons, qui in euangelio a Samaritana muliere, sicut lectum nuper audiuius, aquam postulat, sed peccata condonat; aquam putei reprobatur, sed fontem uitæ perennis indulget. ait enim: **Ioan. 4.** Omnis, qui biberit ex hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo illi, non sitiet in æternum. Aquam ergo saluator a muliere postulat, & sitire se simulat; ut sitientibus æternam gratiam largiatur. neque enim poterat fons sitire: neque, in quo est aqua uiua, poterat undam terrenæ facis haurire. Sitiebat ergo Christus? Sitiebat plane, non potum hominum, sed salutem sitiebat; non aquam mundi, sed redemptionem generis humani. Mirum igitur in modum fons super puteum sedens misericordiam ibidem fluentia producit: & mulierem sexto iam non uiro, sed adultero fornicantem, uiui meatus unda purificat; nouoq. admirationis genere mulier, quæ ad puteum Samariæ meretrix aduenerat, a Christi fonte casta rediit; dicitur;

dicitur; & quæ aquam petere uenerat, pudicitiam reportauit. statim etiam, indicante domino, sua peccata recognoscens, confitetur Christum, annunciat saluatorem; & relinquens aquam uasculum ad ciuitatem non fert hydriam, sed refert gratiam. uacua quidem uidetur reuerti onere, sed plena reuertitur sanctitate. plena, inquam, redit: quia quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix: et quæ hydriæ uasculum amiserat, Christi plenitudinem reportabat, in nullo ciuitati suæ inferens detrimentum. etenim si aquam ciuibus non intulit, tamen fontem salutis inuexit. sanctificata ergo per fidem Christi mulier domum rediit. de hac igitur dixisse prophetam puto: Eiusmodi est iniqua uia mulieris meretricis, quæ cum se abluerit, nihil se dicit fecisse prauum. De hac plane dictum est; quæ posteaquam est fonte abluta saluatoris, delictorum uitia non meminit, uirtutem prædicationis assumit; & uiua aqua abstergens maculas suas, ad euangelizandum non conscientia peccati retrahitur, sed fidei calore compellitur. nihil enim se dicit fecisse prauitatis, dum fit nuncia ueritatis; & obliuione abnegat impudicitiam, dum deuotione prædicat castitatem. Hæc enim uirtus Christi est domini; ut quamuis peccator, qui eius unda se lauerit, denuo in uirginem reparatus non meminerit ante quod fecerit, & rediuuiua natiuitate infantiam innocentiam præferat, iuuentutis scelera non agnoscit; sitq. uirgo fide Christi, qui fuerat adulter corruptione peccati.

Homilia secunda unde supra.

Retinet uestra dilectio, ante dies aliquot, cum sermonem ad uos de eleemosynis facerem primitus, nos originem misericordiarum quærere uoluisset; & reperto earum fonte uirtutum, ostendisse, quod mulieris Samaritanæ sordes melius Christi unda diluerit, quàm Samariæ aqua purgarit; & quod mundius misericordia deterferit peccata, quàm puteus. Mundius plane misericordia, quàm puteus, detergit maculas: quia putei aqua tantum corporis cutem abluat; misericordiam autem bonitas animæ interna purificat. hoc etiã demonstrasse, quod huic euangelicæ mulieri illa prophetica meretrix conueniret, quæ posteaquam uiua aqua se lauit, obliuione possessa prauitatis nitore puritatis exultat. neque enim de meretrice huius mundi talem sententiam propheta diceret, cuius pollutio non solum aqua non diluitur, sed etiam polluit ipsa, quod tangit, dicente apostolo: Qui autem se iungit meretrici, unum corpus est. Quod si unum corpus tactu suo efficit, & in coherentem sibi ignominiam suam membra transfundit; quo modo potest purificari ipsa, cum polluat? Quæ ergo sit ista meretrix, quæ ista Samaritana mulier, cuius adulterii sordes fons Christi deterferit, sollicitius requiramus. Ego hanc mulierem ecclesiam esse puto de gentibus congregatam, quæ & transfactis annis quinque millibus, cū in sexto millesimo anno idolorum fornicationibus subiaceret, omnem ignominiam suam adueniente Christi fonte purgauit, & maculas, quas adulterinis sacrilegiis contraxerat, fide saluatoris absterfit; ac relinquens, sicut inanem hydriam, priorem patrium cursum, uniuerso orbi domini annunciauit aduentum. Hæc, inquam, illa est meretrix, quæ posteaquam lota est, nihil se dicit fecisse prauum. posteaquam enim ecclesia baptismi nitore purgata est, diabolice impietatis non meminit, religione ueritatis exultat, factaq. de meretrice uirgo non recordatur priorum, sed gloriatur in integritate. ait ergo propheta: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Sæpe quidem uidemus hæc fieri, ut aqua effusa flammaram restinguat incendia: sed & e contrario interdum uidemus, quod immensi ignium globi aquarum fluentia consumant, & ueluti ab aquis accepta esca uehementius rediuuius ardoribus conualescat, ita ut uideatur

Ioan. 4

deatur aqua non extinxisse incendia, sed auxisse. Quænam est illa aqua, quæ consumit flammam, nec ipsa consumitur a peccatoribus, sed gehennæ consumit incendia? Quæ dum per baptismum infunditur & ipsa in hominibus, & tartari restinguit ardorem. uiuit plane in hominibus, sicut ait dominus: Aqua autem, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis, et reliqua. Mirum ergo in modum aqua Christus una eademque operatione & uiuificat, & extinguit. uiuificat enim animas, delicta restinguit: has lauacri sui refrigerio reparat, illas gurgitis sui unda consumit. et quod ad maiorem baptismatis pertinet gratiam, apud superos mysterium celebratur, & apud inferos gehenna restinguitur: hic fluunt aquæ, & illic tepescit incendium: hic in fonte homo mergitur, & illic de tartaro liberatur. Sed nec mirum, si in baptismi sacramento aperiatur infernum, cum tunc quoque referretur & cælum. aperiuntur enim hæc elementa, ut ad lauacrum Christi conueniat libertas, & gratia. libertas enim resurrectionis tribuitur, gratia regnaturis. illi erunt de poena: hi assumuntur in gloria. illi, qui erant serui peccati, liberi fiunt iustitiæ: hi, qui angustiis sæculi tenebantur, paradisi amœna percipiunt. In baptismo ergo Christi aperiuntur cæli, aperiuntur & tartara; inde ut spiritus sanctus adueniat, illuc ut misericordia saluatoris accedat; deferatur de cælo uita, mors a tartaro destruat. Ita igitur eleemosyna extinguit peccata, sicut aqua baptismi gehennæ extinguit incendium. ergo eleemosyna quodam modo animarum aliud est lauacrum; ut, si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, super sit ei, ut iterum eleemosynis emundetur, sicut ait dominus: Date eleemosynam; & ecce omnia munda sunt uobis. nisi, quod salua fide dixerim, indulgentior est eleemosyna quàm lauacrum. lauacrum enim semel datur, & semel ueniã pollicetur: eleemosynã autem quotiens feceris, totiens ueniã promereris. Hi ergo duo misericordiarum fontes sunt, qui & uitam tribuunt, & peccata condonant. qui utrumque custodierit, regni cælestis honore ditabitur: qui autem, maculato fonte uiuo, ad misericordiã se fluenta contulerit, & ipse misericordiam consequetur.

Luce 12

De hospitalitate homilia.

Matth. 10

Ibidem

A Duertit sanctitas uestra, fratres, euangelicam lectionem, quemadmodum dominus discipulis suis inter ceteras exequendas uirtutes etiam hospitalitatis iura præscripsit. ait enim: In quamcumque ciuitatem introieritis, interrogate quis in ea dignus est: & ibi manete, donec exeat, & reliqua. Sancta plane, & diuina sententia; quæ & discipulis eligendi optionem primitus detulit, & facilitatem penitus amputauit. prouidit enim modum statuendo, ne uir sanctus aut citus esset in iudicando, aut leuis in hospite commutando. sicut enim uobis permisit arbitrium, ita & uoluit nos tenere constantiam. quam enim reprehensibile est, ut uir, qui euangelium annunciat, & docet errandum non esse, ipse per diuersos incipiat oberrare, & domum, cui pacem dixerat, deserere, hospitem, cui benedictionem intulerat, contristare? Magna enim hospitalitatis est gratia, nec facile uiolanda: omnibus aperta est, omnibus parata est, & sanctos libenter suscipit, & peccatores tolerat patienter. Sed repetamus sanctam ipsam diuinamque sententiã. si enim in littera placet, & in mysterio forsitan plus placebit. ait igitur; ut, cum intramus in ciuitatem, interrogemus, quis in ea uel hospes dignus, uel idonea domus sit; & ibi maneamus, donec dies profectiois adueniat. Quæ sententia altior nobis tribuit intellectum. non enim mihi uidetur de huius sæculi hospite, uel domo iussisse, nec tam diligenter inquirere, sed de illo magis, qui nos usque ad exitum nostri possit inoffensos hospes, illæfosque seruare. nam huius sæculi hospitem cito

cito lædimus, cito offendimus: interdum ei & post triduum displicemus. fidelis igitur domus, & hospes dignus inquiri iussus est. quæ domus fidelior ecclesia? quis hospes dignior saluatore? iste peregrinos ut filios suscipit: illa susceptos refovet ut infantes. iste hospitibus, sicut experti sumus, pedes lauare gessit: illa mensam parare festinat. quos enim saluator uiua aqua refrigerat, hos reficit cælestibus cibis ecclesia. Hunc igitur hospitem euangelista inquiri iussit: & usque ad diem exitus nostri cum hoc habitare præcepit; ne aliqua leuitate medio tempore aliorum forsitan emigremus; hoc est, qui semel in Christum credidimus, non iterum uelut transgressores ad idola recurramus. scriptum est enim: Nemo potest duobus dominis seruire: dum enim uni placere gessit, alterum sentit iratum. Christum igitur hospitem deserere non debemus, quemadmodum & Petrus apostolus cum suis similibus deferentibus aliis dominum non reliquit. sed dicamus, quod illi ad saluatorem dixit: Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ tu habes. & nos credimus. Ecce executor cælestium præceptorum; qui quoniã Christi non mutauit hospitium, meruit cum Christo regni cælestis habere consortium.

10

Matth. 6

Ioan. 6

De defectu lunæ homilia.

T ipsi uidetis, fratres, quod mea non cessat humilitas omni circa uos sollicitudine laborare, & ad frugem bonam uos tota festinatione conuerrere: sed quanto plus laboro uobiscum, tanto amplius confundor in uobis. cum enim uideo, tot commotionibus meis nullum uos habere profectum; labor meus iam non gratulationi est, sed rubori. dicit beatus apostolus: Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? quis pascat gregem, & de lacte gregis non percipit? Ecce ego pasco gregem Christi, & gregis fructum extorquere non ualeo: pasco gregem domini, & nulla ex eo religiositatis alimenta percipio. nulla enim me fidei eius dulcedo lætificat; sed, quidquid ex eo profuit, asperum, & amarum est. tunc enim pastor Christiani gregis lacte reficitur, quando bonorum operum eius candore lætatur. quis enim, fratres, in uobis non grauiter ferat, (nontamen de omnibus dico: sunt enim inter uos, quos ad religionis cultum debeatis habere exemplo) quis, inquam, non moleste ferat, sic uos esse uestræ salutis immemores, ut etiã cælo teste peccetis? nam cū ante dies plerosque de uestræ auaritiæ cupiditate pulsauerim, ipsa die circa uesperum tanta uociferatio populi extitit, ut irreligiositas eius penetraret ad cælum. quod cū requirerem, quid sibi clamor hic uelit; dixerunt mihi, quod laboranti lunæ uestra uociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus adiuuaret. risi equidem, & miratus sum uanitatem, quod quasi deuoti Christiani Deo ferebatis auxilium. clamabatis enim, ne tacentibus uobis perderet elementum: tamquam infirmus enim, & imbecillis, nisi uestris adiuuaretur uocibus, non posset luminaria defendere, quæ creauit. bene igitur facitis, qui diuinitati exhibetis solatium, ut uobis iuuantibus possit cælum regere. sed si uultis hoc plenius facere, cunctis & totis noctibus peruigilare debetis. nam quotiens, puratis, uobis dormientibus luna uim passa est, & tamen de cælo non corrui? aut numquid semper circa uesperum defectum patitur, non aliquando & circa lucem laborat? sed apud uos uespertinis tantum horis laborare consuevit, quando copiosa cæna uenter distenditur, quando maioribus poculis caput mouetur. tunc igitur apud uos laborat luna, quando laborat & uinum. tunc, inquam, apud uos turbatur carminibus globus lunæ, quando calicibus turbatur & oculi. quo modo igitur ebrius uidere potes, circa lunam quid agatur in cælo, qui circa te non uides quid agatur in terra? hoc est plane, quod ait

20

1 Cor. 9

30

40

Eccle. 27

ait Salomon dicens: Stultus sicut luna mutatur. Mutaris enim sicut luna, dum stultus & insipiens ad motum eius, qui Christianus fueras, incipis esse sacrilegus. sacrilegium enim creatori committitur, dum imbecillitas adscribitur creaturæ. mutaris ergo sicut luna, ut, qui paulo ante fidei deuotione fulgebas, postea perfidiæ infirmitate deficias. mutaris sicut luna, dum cerebrum tuum ita exinaniatur sapientia, sicut lunæ obscuritas. te uero tæterimæ tenebræ mentis inuadunt. atque utinam o stulte sicut luna muteris. illa enim cito ad plenitudinem suam redit: tu ad sapientiam nec sero conuerteris. illa uelociter colligit, quod amiserat lumen: tu nec tarde fidem recipis, quam negasti. grauior ergo tua, quam lunæ, mutatio est. luna defectum luminis patitur, tu salutis. Quam bene igitur scriptum est de sapiente: Et permanebit cum sole. Permanet enim sapiens cum sole, cum constantia fidei permanet cum saluatore. Sed dicit aliquis: Luna igitur non laborat? Laborat plane, negare non possumus; sed laborat cum ceteris creaturis, sicut apostolus dicit: Quia omnis creatura ingemiscit, & parturit usque ad huc. Et infra: Quoniam & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: & reliqua. Liberabitur, inquit, a seruitute. uides ergo, quoniam luna non laborat carminibus, sed laborat obsequiis; non laborat periculis, sed laborat officiis; non laborat ut pereat, sed laborat ut seruiat. Vanitati enim creatura subiecta est non sponte. et reliqua. Ergo luna a statu suo non sponte mutatur: tu de sensu tuo sponte mutaris. illa in diminutionem sui conditione deducitur: tu in detrimentum tui uoluntate pertraheris. Nolo igitur, frater, ita sis, sicut luna cum deficit: sed esto, sicut quando est plena, atque perfecta. scriptum est enim de iusto: Sicut luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis.

*Psal. 71**Roma 8
Ibidem**ibidem**Psal. 88**Esa. 1*

De eo quod scriptum est in Esaia: Caupones tui miscent
aquam uino.

Non incommode ante dies paucos profecuti sumus, functionem hanc sacerdotalem uicem quandam negotii retinere, & quæstum esse non modicum hoc clericatus officium. Est quæstus plane non modicus, ubi lucrū non pecuniarum, sed acquiritur animarum. est magna negotiatio, ubi redemptio hominis constat, non annunciatione pretii, sed annunciatione præcepti. præceptum enim Christi talentum quoddam est pretiosum, quo salus comparatur, quo uita redimitur: & magna est redemptio, cum & pretium datur, & pecunia non uidetur. talentum ergo magnum præceptum est saluatoris, quod commodati uice apud idoneos proficere potest, apud negligentes non potest deperire. aliis enim cum multiplici gratia restituitur, ab aliis cum poenarum usura deponitur. Christus enim talentum, quod commendat, necesse est ut requirat; & soluenti gratiã referat, non soluentem subdat iniuriis. subdit plane iniuriis more mundi; ut debitor, qui redhibitione substantiæ satisfacere non potest, satisfaciat uel corporis ultione. Hoc ergo talentum, fratres, nos prædicatione nostra uestris pectoribus commendamus; ut lucrum aliquod salutis uestre domino designemus. Rationem daturi sumus, qualiter aut prædicatione nostra proficiat, aut obedientia uestra fructificet. nonne enim sine causa euangelium annunciat, apostolus clamat, sacerdotes loquuntur: in cuiuscumque aures uox sancta peruenerit, aut beatus erit deuotione, aut reus de contestatione. Loquimur enim beatitudinem credentibus, contestamur iudicium criminosis. Mercimonium igitur est administratio sacerdotum: unde & propheta dicit ad filios Israel: Caupones uestri miscent aquã uino. Non enim de iis cauponibus Esaia sanctus loquitur, qui publicis ministris

Esa. 1

riis seruietes merã uini speciem fraudulenta aquæ colluione permiscunt, (nec enim hoc ad beatum uirum more iudicis sæculi pertinere poterat, cum, corruptis tabernarum uasculis, minus ebrioso potu populus uteretur) sed de illis utique cauponibus loquitur, qui præsumunt ecclesiis, non tabernis; qui sitientibus populis non concupiscentiæ calicem porrigunt, sed uirtutis; non ebrietatis ministrant poculum, sed poculum saluatoris. istos ergo caupones propheta arguit, & obiurgat, & queritur eos uino aquæ speciem permiscere. hoc increpat in eis: cum functionum diuinarum essent præfules, sectatores rerum facti sunt humanarum, sicut ipse ait propheta: Sectamini unusquisque domum suam. Quisquis enim sacerdos, relicto pontificatus officio, mundi oblectationibus delectatur; hic aquam uino permiscet; hoc est, rebus sanctis, & seruidis inserit res uiles, & frigidas. Sed & sic possumus accipere, quod iidem Iudæorum sacerdotes aquam uino miscuerint, cum dominum saluatorem non sicut Deum suscipere, sed sicut hominem iudicarent, & sinceræ ac meræ eius diuinitati turbidum quiddam ac sordidum inferre uoluerint, dicentes ad eum: Quia cum sis homo, facis te ipsum Deum. Et iterum: Nos ex prostitutione non sumus nati. Dum enim se ab adulterio prostitutionis excusant, illum in diuinitate natiuitatis suæ adulterare nituntur, sed adhuc diligentius uideamus, quid sit quod ait: Permiscunt aquam uino. Legimus uinum in ecclesia specialiter abundare, sicut in euangelio dictum est: Vinum nouum in utres nouos esse condendum, hoc est, in nouos homines, neophytos spiritus sancti gratiam conferendam. Si igitur pretiosa & spiritalis uini gratia abundat in ecclesia, aqua uilis & foetida nisi in synagoga est referenda. foetida enim synagogæ aqua est, quæ baptismate suo peccata non diluit, sed acquirit; quæ hominem non purificat proprio lauacro, sed polluit. denique sicut in uini utribus ecclesia honoratur; ita & cum aquæ utre synagoga proicitur. nam illa Agar, quæ typum synagogæ gestabat, de qua ad Abraham dicitur: Eiice ancillam, & filium eius: utique, cum reiceretur, non cum uini, sed cum utre aquæ de tabernaculis effugatur. certe domus Abraham erat diues, locuples, abundans: attamen non uinum, non oleum, non panem accepit, quæ sunt uitæ alimenta firmissima. et recte uitæ synagoga alimenta non accepit: quia uitam, quæ est Christus, ignorat, aqua sola ager pertrahitur, languidus sustentatur. conueniens enim erat, ut quæ uiuentis non merebatur alimoniam, uel solatium morientis acciperet. arguuntur enim sacerdotes Iudæorum, cur ecclesiastico uino pretioso aquam synagogæ, abiectam iam, & reprobam, uoluerint permiscere. aqua enim in ecclesia misceri non solet, sed mutari: sicut dominus, inuitatus ad nuptias, hydrias plenas aqua non uino miscuit, sed mutauit in uinum. ne quid enim in sancto conuiuio utilitatis Iudaicæ resideret, maluit naturam uertere, quam adulterare substantiam.


*Aggai 1**Ioan. 10
Ioan. 6**Lucæ. 5**Gene. 21**Ioan. 2*

F I N I S .

Q DIVI

183

DIVI PACIANI, BARCILONENSIS
EPISCOPI, DE PAENITENTIA, ET
CONFESIONE LIBELLVS.



10

20

30

40

TSI aliquoties, tumultuose licet, de pænitentium curatione non tacui: memor tamen dominicæ sollicitudinis, quæ, propter unius ouiculæ detrimentum, ceruicibus etiam suis, & humeris non pepercit, integrato gregi referens peccatricem delicatam, conabor, ut potero, tantæ uirtutis exemplum etiã stylo condere, ac dominici laboris industriam mediocritate, qua dignum est, seruus imitabor. unum illud uereor, dilectissimi, ne solitæ contrarietatis aduersis, inculcando quæ sunt, admoncam magis peccata, quam reprimam; meliusq. fuerit, Attici

Luca. 15

Solonis exemplo, tacere de magnis sceleribus, quam cauere, eousque progressis nostratum moribus, ut admonitos se existiment, cum uetantur. hoc enim, puto, proxime Ceruulus ille profecit, ut eo diligentior fieret, quo impressius innotabatur. et tota illa reprehensio dedecoris expressi, ac saepe repetiti, non compressisse uideatur, sed erudiisse luxuriam. Me miserum: quid ego facinoris admisi? puto nescierant Ceruulum facere, nisi illis reprehendendo monstrassem. Verum sit illud. Dei refugæ, aut extra ecclesiam constituti, etiam exasperati sunt castigationis iniuria, indignati scilicet mores suos ab aliquo posse reprehendi? atque ut cœnum solet tum maxime foetere, cū moueas; & incendium tum magis ardere, si nertas; & rabies tū uehementius fœuire, si prouoces: ita illi obiurgationis necessariæ stimulos contrario calce sfregerunt, non sine suo quidem malo & uulnere repugnantes. Vos tamen, dilectissimi, a domino mementote positum: Argue sapientem, & amabit te: argue stultum, & odio te habebit. Et iterum: Ego, quos diligo, redarguo, & castigo. Atque ideo ad blandam huius mei operis ac sollicitam diligentiam, & secundum domini uoluntatem, a me ipso, fratre uestro, ac sacerdote, susceptam, amorem potius credite, quam rigorem, sequendo amabiliter, non pertinaciter repugnando. Præterea, nullus existimet, hunc ipsum de pænitientiæ institutione sermonem solis tantummodo pænitentibus ordinatum: ne propter hoc quisquis extra hunc gradum positus est, ea, quæcumque dicentur, uelut in alios destinata fastidiat: cum in hanc quasi sibilam totius ecclesiæ disciplina nodetur: quando & catechumenis, ne in hoc transeant, & fidelibus, ne in hoc redeant, prouidendum sit: ipsis uero pænitentibus, ut celeriter ad huius operis fructum perueniant, laborandum. Sermorum tamen meorum hic ordo seruabitur: primum, ut de modo criminū edisseram, ne quis existimet omnibus omnino peccatis summum discrimen impositum: tum, de his fidelibus dicam, qui remedium suum erubescerent, male uerecundi sunt, & inquinato corpore, ac polluta mente communicant: in conspectu hominum timidissimi, ante dominū uero impudentissimi, profanis manibus, & polluto ore contaminant sanctis quoque & angelis altare metuendum. tertio, de iis erit sermo, qui, confessis bene apertisq. criminibus, remedia pænitientiæ, actusq. ipsos exomologesis administrandæ aut nesciunt, aut recusant. postremo, illud apertissimum enitemur ostendere, quæ pœna sit aut nō agentibus pænitentiam, aut etiam negligentibus, atque ideo in uulnere suo, ac tumore morientibus; quæ rursus sit corona, quod pramium, conscientia maculas recta & ordinaria confessione purgantibus. Primum igitur, ut diximus, de modo

Prover. 6

Q. 2 peccan-

peccantium retractemus, sedulo requirentes, quæ sint peccata, quæ crimina: ne quis existimet propter innumera delicta, quorum fraudibus nullus immunis est, me omne hominū genus indiscreta pœnitendi lege constringere. Apud Mosem, & ueteres, minimi quoque peccati, & quadrantis unius, ut ita dixerim, rei, in eodem infelicitatis æstuario uolutati sunt; & qui sabbata uiolauerant; & qui immunda contigerant; & qui escarum uetita præsumpserant; & qui murmurabant; & qui, pariete corrupto, & qui, ueste maculata, in templum summi regis intrauerant; & qui altarium, his obnoxii, manu contrectauerant, aut ueste contigerant, ut in cælum ascendere citius fuerit, aut emori fatius, quam hæc uniuersa seruare. His igitur nos omnibus, multisq. præterea carnalibus uitiiis, ut citius ad destinata 10 quisque perueniat, sanguis domini liberauit, redemptos a seruitute legis, & libertate fidei emancipatos. ideoq. apostolus Paulus, Vos autem, inquit, in libertatem uocati estis. Hæc illa libertas, quod non omnibus adstringimur, quibus ueteres tenebantur, sed, donata, ut ita dixerim, silua delictorum, & remediorum indulgentia destinata, in pauca conclusi sumus, & necessaria, quæ & seruare facillimum esset credentibus, & cauere: ut meritissimo tartarum non recusaret, qui, tantæ donationi ingratus, ne hæc quidem pauca seruasset. quæ sint autem ista, uideamus. Post domini passionem, apostoli, tractatis omnibus atque discussis, epistolam tradiderunt iis, qui ex gentibus crediderant, perferendam: cuius epistolæ sententia hæc fuit: Apostoli, & presbyteri fratres, iis, qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Cili- 20 ciæ, fratribus, qui sunt ex gentibus, salutem. Quoniã audiuimus, quosdã ex nobis exiisse, & conturbasse uos uerbis. Item infra. Visum est enim sancto spiritui, & nobis, nullum amplius imponi uobis pœdus præter quam hæc. necesse est, ut abstinatis uos ab idolothytiis, & sanguine, & fornicatione: a quibus obseruantes, bene agetis. Valet. Hæc est noui testamenti tota cõclusio. Despectus in multis spiritus sanctus, hæc nobis capitalis periculi condicione legauit: reliqua peccata meliorum operum compensatione curantur. hæc uero tria crimina, ut basilisci alicuius afflatus, ut ueneni calix, ut letalis arundo, metuenda sunt. non enim uitare animam, sed intercipere nouerunt. Quare tenacitas humanitate redimetur; conuicium satisfactione pensabitur, tristitia iucunditate, asperitas lenitate, 30 leuitas, honestate peruerfitas & quæcumque cõtrariis emendata proficiunt. Quid uero faciet contemptor Dei? quid aget sanguinarius? quod remedium capiet fornicator? numquid aut placare dominum desertor ipsius poterit, aut cõseruare sanguinem suum, qui fudit alienum, aut redintegrare Dei templum, qui illud fornicando uiolauit? Ista sunt capitalia, fratres, ista mortalia. Nunc audite Ioannem, & confidite, si potestis. Si quis scit, inquit, fratrem suum peccare peccatum non usque ad mortem, petat pro eo, & dabit illi uitam dominus: si quis deliquit peccatum non ad mortem. Est autem peccatum, quod ad mortem ducit. nõ pro eo dico, ut depreceris. Sed, si placet, etiã separatim audite de singulis. Mosem, pro blasphematore populo deprecantem, sic appellat Deus: Si quis, inquit, deliquit 40 uerit ante me; delebo illum de libro meo. Et de homicida dominus hoc iudicat: Si quis, inquit, gladio occiderit gladio morietur. Et de fornicatore apostolus dicit: Ne uiolaueritis, inquit, templum Dei, quod estis uos. qui autem templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Scripta sunt hæc; dilectiss. fratres, & perpe- tuis cæsa monumentis, scripta & incisa; non dico ceris, & charta, & ære, uel calamo, sed libro Dei uiui. Cælum, & terra transibunt: iota unum, inquit, aut apex non poterunt transire, priusquam omnia compleantur. Quid ergo? moriendum est? Multi etiam animo in hæc peccata ceciderunt. multi sanguinis rei, multi idolis mancipati, multi adulteri. addo etiam, non solas manus in homicidio plecti, sed & omne consilium, quod alterius animam impexit in mortem; nec eos tantū, qui

Gal. 3

Act. 15

1. Ioan. 15

Exo. 32

Exo. 22

Matth. 26

1. Cor. 3

Matth. 5

qui thura mensis adoleuere profanis, sed omnem profus libidinem, extra uxoriū thorum & complexus licitos euagantem, reatu mortis adstringi. Hæc quicumque post fidem fecerit, Dei faciem non uidebit. Desperauere tantorum criminum rei. Quid uobis ego feci? nõquid non fuit in potestate, ne fieret? nullusne admonuit? nemo prædixit? tacuit ecclesia? nihil euangelia dixerunt? nihil apostoli comminati sunt? nihil rogauit sacerdos? quid quæritis fera solatia? tunc decuit, cum licebat. dura ista uox est: sed qui uos felices dicunt, in errorem uos mittunt, & semitas pedum uestrorum conturbant. FACINORIS uiam monstrat innoxiiis, qui nocentibus post scelera blanditur. Ergo, inquiet aliquis, perituri sumus: & ubi misericors Deus, qui mortem non inuenit, nec lætatur in perditione uiuorū? moriemur ne in peccatis nostris? Et quid facies tu sacerdos: quibus emolumentis tot ecclesiæ detrimenta pensabis? Accipite remedium, si desperare cœpistis, si mi- 10 feros uos agnoscitis, si timetis. QVI nimium confidit, indignus est. Super quẽ, inquit dominus, respiciam, nisi supra humilem & quietum, & trementem uerba mea? uos ergo primum appello, fratres, qui, criminibus admisis, pœnitentiam recusatis, uos, inquam, post impudentiam timidos, post peccata uerecundos: qui peccare non erubescitis, & erubescitis confiteri: qui cum mala cõscientia Dei sancta contingitis, & altare domini non timetis: qui ad manus sacerdotis, qui in cõspectu angelorum, sub fiducia innocentia acceditis: qui diuinæ patientia insul- 20 tatis: qui tacenti Deo, ueluti nescienti, pollutam animam & profanum corpus ingeritis. Audite, quid fecerit dominus; tum deinde, quid dixerit, cum populus Hebræorum Hierosolymis arcam domini reportaret, & ex domo Aminadab Israelitis, Ozas, qui, non explorata conscientia, latus arcæ attigerat, occisus est: & ta- 2 Reg. 6 men ille, non ut aliquid ex ea fumeret, sed ut declinantem ad lapsum uituli con- neret, accesserat. tanta insuit cura diuinæ reuerentia, ut audaces manus nec ob auxilium sustineret. Clamat idem dominus, & dicit: Omnis mundus manduca- 30 bit carnem: & anima quæcumque contigerit de carne sacrificii salutaris, & immun- ditia super illam est, pereat anima illa de populo. Antiqua ne ista sunt, & modo non fiunt? quid ergo? desit Deus nostra curare? an ultra conspectum mundi recessit, & neminem spectat a cælo? an patientia illius ignorantia est? Absit, in- quies. Videt ergo quæ facimus, sed utique expectat, & patitur, & pœnitentiæ tempus indulget; & Christo suo præstat, ut differat; ne cito pereant, quos redemit. Bene tu peccator intellige, spectaris a domino: potes illum placare, si uelis. Sed antiquum sit istud quod ad mensam Dei accedere non licuit immundis: eol- uite apostolos, & nouella cognoscite. in prima Corinthiorum Paulus hæc intu- 40 lit: Quicumque, inquit, manducauerit, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini. Item infra: Qui enim manducat, & bibit indigne; iudicium sibi manducat, & bibit, non discernens corpus domini. propterea, inquit, inter uos multi infirmi, & ægri, & dormiunt multi. quod si nos ipsos iudicaremus; non utique iudicaremur. cum iudicamur autem, a do- mino corripimur: ut non cum hoc mundo damnemur. Intremuistis, an non? Reus erit, inquit, corporis, & sanguinis domini. Humanæ animæ reus non pos- set absolui: dominici corporis uiolator euadit? Qui manducat, inquit, & bibit in- digne; iudicium sibi manducat, & bibit. Euigila peccator; time in uisceribus tuis præsens iudicium, si quid tale fecisti. Propterea, inquit, inter uos multi infirmi, & ægri, & dormiunt multi iam, si quis futura non metuit, uel præsentem ægritu- dinem, præsentemq. obitum reformidet. Cum iudicamur, inquit, a domino cor- ripimur, ut non cū hoc mundo damnemur. Lætare peccator, si in hoc sæculo, aut morte interciperis, aut languore consumeris; ne puniaris post sæculum. Intellige,

Esa. 66

2 Reg. 6

Leuit. 7 et

22

1. Cor. 11

quantū sceleris admittat, qui ad altare uenit indignus : cui pro remedio cōputatur, cū aut morbis laborat, aut morte dissoluitur, quod si uestra uobis uilis est anima ;
 1. Cor. 5 parcite populo, parcite sacerdotibus. clamat apostolus : Exiguum fermentum totam massam fermentat. Quid facies tu, propter quem omnis massa corrumpitur, propter quem laboratura est tota fraternitas ? uiues tot animarum reus ? excusaberis, cum tibi communionem suam imputauerint innocentes ? cum te ecclesia dixerit suæ cladis auctorem ? Ecce iterum apostolus ad sacerdotem : Manus cito nulli imponas, nec communices peccatis alienis. Quid facies tu, qui decipis sacerdotem ? qui aut ignorantem fallis, aut non ad plenum scientem probandi difficultate confundis ? Rogo ergo uos, fratres, etiam pro periculo meo per illum dominum, quem occulta non fallunt, definite uulneratam tegere conscientiam, prudentes ægri medicos non uerentur, ne in occultis quidem corporū partibus etiā secuturos, etiam perusturos. Meminimus quosdam, remota etiam & uerecunda membrorum non erubescens, in ferro, & cauterio, & grauissima illa pulueris mordacitate durasse. et quantum est illud, quod homines præstiterunt ? peccator timebit ? peccator erubescet perpetuam uitam præsentem pudore mercari ? & offerenti manus domino uulnera male tecta subducat ? et habet aliquid, quod in illo erubescat, qui dominum læsit ? An sic illi melius est perire ; ne tu, pudore timidus, sine pudore moriaris, non faciens pudori locum, plus de detrimento eius acquiras, cui pro te melius est perire ? Quod si fratrum oculos erubescitis ; confortes casuum uestrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum suorum uexatione lætatur, immo pariter dolet, & ad remedium conlaborat. In uno & altero ecclesia est, ecclesia uero Christus. atque ideo, qui fratribus peccata sua non tacet, ecclesiæ lacrymis adiutus Christi precibus absoluitur. Nunc ad eus sermo fit, qui bene ac sapienter uulnera sua pænitiæ nomine confitentes, nec, quid sit pænitentia, nec, quæ uulnerum medicina, nouerunt : similesque sunt illis, qui plagas quidem aperiunt, ac tumores, medicisque etiam adsidentibus cōfidentur ; sed admoniti, quæ imponenda sunt, negligunt, & quæ bibenda, fastidiunt. quod tale est, ac si dicat aliquis ; Ecce ego æger, ecce ego uulneratus sum : sed nolo curari stomachum. Hoc erant : sed uidete, quid stultius. Additur etiam morbus, ad causam & uulnus adiungitur : & contraria quæque imponuntur, perniciose potentur. quo maxime malo fraternitas hæc laborat, delictis ueteribus noua insuper adiungendo peccata. ergo grauius erupit in uitium, & perniciosissima iam tabe cruciatur. Quid ergo faciam nunc sacerdos, qui curare compellor ? seruum est in eiusmodi. ueruntamen, si quis est uestrum, qui secari & exuri sustineat, adhuc possum. ecce scalpellum propheticum. Conuertimini, inquit, ad dominum Deum uestrum, simul ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda uestra. Nolite hanc secturam timere, dulcissimi. sustinuit illam Dauid : iacuit in cinere foridenti sacco insuper horrente deformis, ille quondam gemmis assuetus, & purpuris, texit in ieiunio animam suam ; cui maria, cui siluæ, cui flumina seruiabant : promissasque diuitias terra parturiens, madidos lacrymis consumpsit oculos illos, quibus gloriam Dei uiderat : infelicem se, miserumque confessus est pater Mariæ, Iudæi etiam dominator imperii. Rex ille Babylonius exomologesin desertus operatur, & septuenni squalore decoquitur. Leonum in illo iubas impexa cæsaries & barbarum horror exuperat, & longè in curuis unguibus manus horrentes aquilas mentiuntur : cum foenum in morem bouis ederet, pallentium ruminator herbarū. Hæc tamen illum Deo poena cōmendat, & in suâ quondam regna restituit : quem horrebant homines, Deus recipiebat, ipsa illa malæ tractationis calamitate felicem. Ecce sectio, quam sponendi : qui potuerit tolerare, sanabitur. admo-
 uebo

1. Cor. 5

1. Timoth. 5

Ioel. 2

Danie. 4

uebo adhuc ignes de cauterio apostolico : uideamus, an ferre possitis. Iudicani, inquit, cōgregatis uobis & spiritu meo, in uirtute domini nostri Iesu Christi, trade re eiusmodi hominē Sathanæ, in interitū carnis : ut spiritus saluus sit in diem domini. Quid dicitis pænitentes ? ubi est uestræ carnis interitus ? an quod in ipsa pænitentia lautiores semper inceditis, cōuiuio farti, balneis expoliti, ueste cōpositi ? Ecce aliquē uideo, aliquando frugi, aliquando pauperculū, aliquando uili tunica fordulentū. nunc bene cultus, & locuples, & decorus est, quasi imputet Deo, quod illi seruire nō potuit, & morientē animā recreet uoluptate membrorū. Bene, quod mediocres sumus ; ceterū & illa faceremus, quod quosdā, & quasdam nō pudet lautiores, marmoribus tegi, auro opprimi, serico fluere, cocco rubescere. Si quid ferruginei pulueris in supercilio fulguret, aut scæi nitoris in genas rutillet, aut coacti ruboris in labia defudet, ista forsita nō habetis. Nō desunt tamen uobis hortulani maritimæ secessus, & exquisitius uinū, & lautiora cōuiuia, & defæctio senectutis. sic agite, sic credite ; quando uiuetis ? Non sustineo iam, fratres. Danielus cum sodalibus suis sacco tectus, & cinere, ieiunio, & iam exanguis hæc loquitur. Peccauimus ; facinus admisimus : impie gessimus : transgressi sumus præcepta, & iudicia tua. De Azaria itidem scriptura diuina, Stans, inquit, Azarias precatus est, & aperiens os suum exomologesin faciebat Deo simul cum sodalibus suis : Dauid ipse, Lauabo, inquit, per singulas noctes lectum meum : lacrymis stratum meum rigabo. Nos uero quid tale, quid simile ? Non dico illa, quæ congregamus ad cumulum, cauponando, mercando, rapiendo, foris lucra, intus libidines aucupando, nihil agendo simpliciter, nihil pauperibus largiendo, nihil fratribus remittendo. ne hæc quidem, quæ uideri etiam a sacerdote possunt, & Episcopo teste laudari, ne hæc quidem quotidiana seruamus, flere in conspectu ecclesiæ, perditam uitam fordida ueste lugere, ieiunare, orare, pronolui : si quis ad balneum uocet, recusare delicias : si quis ad conuiuium roget, dicere : ista felicibus, ego deliqui in dominum, & periclitor in æternum perire. quo mihi epulas, qui dominum læsi ? tenere præterea pauperum manus, uiduas obsecrare, presbyteris aduolui, exoratricem ecclesiam deprecari, omnia prius tentare, quam pereas. Scio quosdam ex fratribus & sororibus uestris cilicio pectus inuoluere, cineri incubare, ieiunia sera meditari, & non talia fortasse peccarunt. Quid de fratribus loquar ? capræ, ut dicunt, feræ remedia sua nouerunt. confixas quippe audio uenenatis sagittis saltus peragrarè Dictæos, quoad, dictami caule detonso, salutarium uirulento latice succorum pulsa decutiant tela corporibus. Nos ignita diaboli spicula, nullo pænitiæ succo, nullo exomologesin gramine repellemus ? Excæcatos hirundo pullos nouit oculare de sua chelidonia. nos lumina mentis amissa, nulla malæ tractationis radice curabimus ? Ecce nec capreis, nec hirundini homo similis, cæcitati suæ inuidet & dolori. Considerate nunc, fratres, quid in fine promissimus ; quis fructus hæc opera, uel contra quis exitus consequatur. Peccatoribus delicatis, & pænitentiam non agentibus, spiritus domini comminatur, & dicit : Dilectum ueritatis non receperunt, ut salui fierent : ac propterea mittet illis operationem erroris, ut credant mendacio : ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent in iniustitiam. Item Apocalypsis de meretricem sic loquitur : In quantum clarificauit se, & delicias exercuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Et apostolus Paulus : An ignoras, quoniam bonitas Dei in pænitentiam te perducit ? tu autē secundum duritiam tuam thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei. Timete igitur, dilectissimi, iusta iudicia ; omittite errorem, damnate delicias : properat iam tempus extremum : tartarus & gehenna laxatos impiis sinus pandunt : post animarum tempestiua supplicia, redi-
 uuis

1. Cor. 5

Danie. 6

Danie. 3

Psal. 6

20

10

20

30

40

30

40

2. The. 2

Apoca. 18

Rom. 2

uiuis quoque perpetua corporibus poena seruatur. Nemo Tityi iecur credat, & uul-
 rorum poetarū. Ipse sibi materiam recrescentium corporum reparat ignis aeternus.
 Attendite: si non creditis, aquarum impetus, qui ignibus furit, supplicio nutrien-
 te reparabitur. Si de cruciatu exomologesis retractatis, Gehennam recordemini,
 quam uobis exomologesis extinguet, uim eius & de praesentibus aestimate: cuius
 fumariola quaedam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt: aestuat in-
 defessis flammariū globis Aethna, & Lisaniculus, & Vesuius Campanus: & quo no-
 bis iudicii perpetuitatem probent, diffiliunt: deuorantur: nec ullis tamē saeculis
 finiuntur. Attendite in euangelio diuitem, solius adhuc animae suppliciis la-
 borantem. Qualis tandem illa redituris poena corporibus? quis in illa stridor den-
 tium? quis fletus oculorum? Mementote, fratres, quia apud inferos exomologese-
 sis non est: nec poenitentia tunc tribui poterit, consumpto tempore poenitendi. Fe-
 stinate, dum in uita estis, dum cum aduersario iter facitis. Saeculares ecce ignes ti-
 memus, & carnificum ungulas expauescimus: comparate cū his aeternas torquen-
 tium manus, apicesq. flammarum nulla aetate morientium. Per rogo uos ecclesiae
 fidem, fratres, per sollicitudinem meam, per communes omnium animas obte-
 stor, & deprecor: ne pudeat in hoc opere, ne pigeat opportuna quamprimum re-
 media salutis inuadere, deiicere mæroribus animum, sacco corpus inuoluere, ci-
 nere perfundere, macerari ieiunio, mærore conficere, multorum precibus adiu-
 uare, in quantum poenae uestrae non peperceritis, intantum uobis Deus parcat. est
 enim mitis, & patiens, & multae miserationis, & qui sententiam fleat aduersus
 malitias irrogatam. ecce promitto, polliceor: si ad patrem uestrum uera satisfac-
 tione redeatis, nihil ulterius errando, nihil pristinis adiacendo peccatis, dicen-
 do etiam humile aliquid, & flebile: Peccaui in conspectu tuo, pater: iam non
 sumus digni nomine filiorum: continuo de uobis & pecus illud recedet immundum,
 & filiquarum esca deformis. Cōtinuo reuertentes & stola uestiet, & annulus
 honorabit, & paternus iterum complexus accipiet. ecce ipse loquitur: Nolo mor-
 tem peccatoris, quantum ut reuertatur, & uiuat. Et iterum, Nonne, ait, qui ce-
 ciderit, resurget; & qui auersatus fuerit, conuertetur? Et apostolus dicit: Potens
 est Deus statuere illum. Apocalypsis etiam septem ecclesiis, nisi poenitentiam ege-
 rint, cōminatur. nec utique non poenitentibus comminaretur, nisi ignosceret poe-
 nitentibus, etiam ipse Deus dicit, Memento ecce, unde cecideris: et age poeniten-
 tiam. Et iterum: Cum conuersus ingemueris, tunc saluaberis; & scies, ubi fueris.
 Nec quisquam adeo peccatricis animae uilitate desperet, ut se iam nō necessarium
 Deo credat, neminem nostrum perire uult dominus: etiam modici & minimi re-
 quiruntur. Si non creditis, intuemini: ecce in euangelio drachma requiritur, &
 uicinis inuenta monstratur. Quicula suppositis reportanda ceruicibus non est one-
 rosa pastori. super unum peccatorem poenitentiam agentem in caelis angeli gau-
 dent, & chorus caelestis exultat. Heus tu peccator, rogare ne desinas, uides, ubi
 de tuo reditu gaudeatur. Amen.

Eze. 18
Eze. 33

Luco. 15
Ibidem

D. Paciani de baptismo.

Perire desidero, qualiter in baptismo nascamur, & qualiter innoemur.
 A Verbis sane ipsius loquar, fratres; ne forte me ob nitorem sententiarum
 stylo exultasse credatis; & ut rem mysticam intelligere possitis. atque utri-
 nam inculcare possim. gloriam non requiro: Dei enim solius gloria est. uestri me
 tantum cura sollicitat, & horum maxime competentium, si quo modo possimus
 intelligere tantae felicitatis examen. Aperiam igitur, quid fuerit ante gentilitas,
 quid

quid fides praestet, quid baptismus indulgeat. quod si ita, ut ego sentio, ue-
 stra corda penetrauerit: iudicabitis, fratres, nullam nobis adhuc praedicationem
 amplius praestitisse. Accipite ergo, dulcissimi, homo ante baptismum in
 qua morte sit positus. Scitis certe illud antiquum, quod Adam terrenae origini
 praestitutus sit: quae utique damnatio legem illi aeternae mortis imposuit, & omni-
 bus ab eo posteris, quod lex una retinebat, haec mors in genus omne domi-
 nata est, ab Adam usque ad Mosen. per Mosen uero unus tantum populus ele-
 ctus est, semen scilicet Abrahæ, si mandata iustitiae seruare potuisset. interea
 nos omnes sub peccato tenebamur, ut fructus effemus mortis, filiquarum escis, &
 porcorum custodiae destinati, id est, operibus immundis per malos angelos, qui-
 bus dominantibus nec facere licuit, nec scire iustitiam. parere enim talibus domi-
 nis res ipsa cogebat. ab his potestatis, & ab hac morte qualiter liberati sumus, at-
 tendite. Adam postquam peccauit, ut retuli, dicente tunc domino: Terra es, & in
 terram ibis? additus est morti. Haec additio in genus omne defluxit. omnes enim
 peccauerunt, ipsa iam urgente natura, sicut apostolus dicit: Quia per unum homi-
 nem in mundum peccatum introiuit, & per delictum mors, & sic in omnes homines
 deuenit, in quo omnes peccauerunt. Dominatum est ergo peccatum: cuius uin-
 culis quasi captiui trahebamur ad mortem, mortem scilicet sempiternam. hoc ue-
 ro peccatum ante legis tempora nec intelligebatur, sicut apostolus dicit: Donec
 enim lex poneretur, peccatum in mundo non habebatur, hoc est, non uideba-
 tur, ad legis aduentum reuixit. apertum est enim, ut uideretur. uerum frustra,
 quia id prope nemo seruabat: dicebat enim lex: Non moechaberis, non occides,
 non concupisces: tamen concupiscentia cum uitis omnibus permanebat: ira pec-
 catum istud ante legem, occulto gladio interfecit hominem, in lege districto. Quae
 igitur spes homini? sine lege ideo periit, quia peccatum uidere non potuit: & in
 lege ideo, quia in id ipsum, quod uidebat, incurrit. quis eum ab interitu potuit
 liberare? audite apostolum: Miserrimus ego homo: quis me liberabit a corpore
 mortis huius? Gratia, inquit, per dominum nostrum Iesum Christum. Quid est
 gratia? peccati remissio, id est, donum. gratia enim donum est. Ergo Christus
 adueniens, hominemq. suscipiens, ipsum illum hominem de potestate pec-
 cati, purum & innocentem Deo primum exhibuit. Dicit Esaias: Ecce uirgo in
 utero accipiet, & pariet filium, & uocabitis nomen eius Emmanuel: butyrum, &
 mel manducabit, priusquam sciat aut proferre malum, aut eligere bonum. Et de
 ipso iterum: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Sub hoc
 innocentiae patrocinio ut primum defensionem hominis aggressus est Christus, in
 ipsa carne peccati; continuo ille peccati inobedientiae parens, qui primos homi-
 nes aliquando deceperat, festinare incipit, aestuare, trepidare. uincendus enim
 erat soluta lege peccati: qua sola hominem uel obtinuerat, uel poterat obtinere.
 Armatur ergo in aciem spiritalem aduersus immaculatum: ac primum eo artifi-
 cio, quo in paradiso Adam uicerat, specie dignitatis aggreditur; & uelut sollicitus
 de potestate caelesti, Si filius Dei es, inquit, dic ut lapides isti fiant panes: ut, dum
 erubescit, aut non uult dissimulare se filium Dei, tentantis iussa compleret. Ecce
 adhuc non tacet suggerens, ut, si se misisset ex alto, acciperetur manibus angelo-
 rum: quibus mandasset pater, ut humeris eum ferrent, ne forte offenderet ad la-
 pidem pedem suum: ut, dum probare uult dominus se esse, de quo pater istud
 mandasset facere, quod tentator urgebat. elisus nouissime coluber, quasi iam ce-
 deret, ipsa illa, quae primo homini eripuerat, mundi regna promittit, ut, dum ui-
 cisse se credit hominis aduocatum, recepto, quod defendebat, imperio, inclina-
 ret ad dictam ab impio dignitatem, ac sic aliquando peccaret. Verum in his omni-
 bus

Gen. 3

Rom. 5

Exo. 20

Rom. 7

Esai. 7

1. Pet. 2

Matth. 4

Psal. 18

bus superatur inimicus, & cælesti uirtute dissoluitur: sicut uates ad dominum, Vt resoluas, inquit, inimicum & uindicatorem: quoniam uidebo cælos opus digitorum tuorum. Debuerat cedere diabolus, necdum tamen definit. Scribas, & pharisæos, & omnem illam impiorum cateruam notis subornat insidiiis, furoribus agit. Igitur illi post uarias artes, & corda mendacia, quibus dominum, more serpentis obsequendo, decipere cogitarunt, postquam nihil proficiebant, nouissime eum aperto latrocinio, & crudelissimo genere passionis aggressi sunt; ut, uel indignitate rerum, uel dolore pœnarum, aliquid iniustum aut faceret, aut diceret; atque ita perderet hominem, quem gerebat; & relinqueretur anima eius apud inferos, quibus una lex fuit, ut peccatorem tenerent. aculeus enim mortis peccatum.

Esa. 53

Perstitit ergo Christus, & peccatum non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius, ut diximus, nec tum quidem, cum ad uictimam duceretur: Hoc fuit uincere, sine peccato condemnari. diabolus enim in peccatores acceperat potestatem, quam sibi ille super immaculatum uindicauit: ac sic ipse superatus est, id decernens super iustum, quod illi per legem, quam acceperat, non licebat. unde prophetes ad dominum, Vt iustificeris, inquit, in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Atque ita, sicut apostolus dicit, traductis potestatibus Christus condemnauit peccatum in carne, affigens illud cruci, & chirographum mortis absoluens.

Psal. 50

Col. 2

Psal. 15

Inde est, quod non dereliquit Deus animam eius apud inferos, neque dedit sanctum suum uidere interitum; inde, quod, calcatis mortis aculeis, die tertia resolutum in carne, reconcilians illam Deo, & restituens æternitati, uicto erafoq. peccato. Sed, si solus ille uicit, quid ceteris contulit? breuiter audite. Peccatum Adæ in genus omne transierat. Per unum enim hominem, sicut apostolus dicit, delictum introiuit, & per delictum mors: sic & in omnes homines uenit. Ergo & iustitia Christi, necesse est, ut in genus transeat, ac, sicut ille per peccatum stirpem suam perdidit, ita Christus per iustitiam genus suum omne uiuificet. Hoc urget apostolus dicens: Sicut per inobaudientiam unius peccatores constituti sunt multi; sic per dicto audientiam unius, iusti constituuntur multi. ac sicut regnauit delictum in mortem, similiter & gratia regnat per iustitiam, in uitam æternam.

Rom. 5

Ibidem

Dicet mihi aliquis. Sed peccatum Adæ merito transiit in posteros, quia ex ipso geniti erant. et numquid nos a Christo geniti sumus, ut propter ipsum salui esse possimus? Carnalia cogitare nolite: iam uidebitis, qualiter Christo parente generemur. Nouissimis temporibus animam utique cum carne accepit Christus ex Maria: hanc uenit saluam facere: hanc a peccato liberauit: hanc apud inferos non reliquit: hanc spiritui suo coniunxit, & suam fecit. Et hæc sunt nuptiæ domini uni carni coniunctæ: ut secundum illud magnum sacramentum fierent duo in carne una, Christus, & ecclesia. Ex his nuptiis Christiana plebs nascitur, ueniente de super spiritu domini, nostrarumq. animarum substantiæ superfuso & admisto, protinus sementi cælesti uisceribus matris inolefcimus; aluoq. eius effusi, uiuificamur in Christo. Vnde apostolus: Primus Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Sic generat Christus in ecclesia per suos sacerdotes, ut idem apostolus: In Christo autem ego uos genui. Atque ita Christi semen, id est, Dei spiritus nouum hominem, aluo matris agitatam, & partu fontis exceptum, manibus sacerdotis effundit, fide tamen pronuba. neque enim aut insertus in ecclesiam uidebitur, qui non credidit: aut genitus a Christo, qui spiritum ipsius non recepit. Credendum est igitur posse nos nasci. sic enim ait Philippus: Si credis, potes. Recipiendus est Christus, ut generet: quia sic Ioannes apostolus dicit: Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. hæc autem compleri alias nequeunt, nisi lauacri, & chrismatis, & antistitis sacramento. la-

Gen. 2

1. Cor. 15

Act. 8

Ioan. 1

uacro

uacro enim peccata purgantur: chrismate sanctus spiritus superfunditur: utraque uero ista manu & ore antistitis impetramus. Atque ita totus homo renascitur, & innouatur in Christo, ut, sicut resurrexit Christus a mortuis, sic & nos in nouitate uitæ ambulemus: id est, ut, depositis uitæ ueteris erroribus, idolorum seruitute, crudelitate, fornicatione, luxuria, ceterisque uitiis carnis & sanguinis, nouos per spiritum mores sequamur in Christo, fidem, pudicitiam, innocentiam, castitatem: ac sicut portauimus imaginem terreni hominis, portemus & eius, qui de cælo est: quia primus homo de terra, terrenus: secundus a cælo, cælestis. Quod agentes, dilectissimi, iam non moriemur amplius. etiam si in hoc corpore resoluamur; uiuemus in Christo, sicut ait ipse: Qui in me crediderit; licet moriatur, uiuet. Certi denique sumus, ipso teste domino, & Abraam, & Isaac, & Iacob, & omnes sanctos Deo uiuere. Denique de his ipsis ait dominus: Omnes autem illi uiuunt. Deus enim uiuorum est, non mortuorum. Et apostolus de se dicit. Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum: optarem dissolui, & cum Christo esse. Adhuc: Nos autem dum in corpore hoc sumus, peregrinamur a domino. per fidem enim ambulamus, non per speciem: hoc est, quod credimus, dilectissimi fratres. Ceterum si in hoc sæculo sperantes sumus; miserabiliores omnibus hominibus sumus. uita mundi, & pecudibus, & feris, & alitibus, ut uideatis ipsi, aut nobiscum est communis, aut longior. Est illud homini proprium, quod per spiritum suum dedit Christus, id est, uita perpetua; sed si iam non peccemus amplius: quia sicut mors scelere acquiritur, uirtute uitatur; ita uita sceleribus amittitur, uirtute retinetur. Stipendia ergo peccati, mors: donum autem Dei, uita æterna per Iesum Christum, dominum nostrum. Ante omnia uos retinete paruuli, omnes aliquando gentes, sicut supra diximus, principibus tenebrarum & potestatibus traditas, nunc per Iesum Christi domini nostri uictoriam liberatas. ille est, ille, qui redemit, donans nobis omnia peccata, sicut apostolus dicit, & delens quod aduersus nos erat chirographum inobauditionis: quia & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci; exuens se carnē, traduxit potestates; libere triumphans eos in semet ipso, soluit compeditos, & uincula nostra dirupit, sicut Dauid dixerat: Dominus erigit elisos: dominus soluit compeditos: dominus inluminat cæcos. Et iterum: Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Soluti itaque de uinculis, ubi per baptismi sacramentum ad signum domini cōuenimus, diabolo & omnibus angelis eius renunciamus, quibus ante seruiuimus, ne iam illis ulterius seruiamus, sanguine Christi & nomine liberati. Quod si quis post hac oblitus sui, & redemptionis ignarus, rursus ad angelorum seruitutes, & infirma illa, & egena mundi elementa tranferit: antiquis illis compedibus & catenis, id est, peccati uinculis alligabitur, & sicut nouissima eius deteriora prioribus: quia & diabolus eum, quasi per fugam uictum, uehementius inligabit: & Christus pro eo iam pati non poterit: quia qui resurrexit a mortuis, iam non morietur amplius. Igitur, dilectissimi, semel abluimur, semel liberamur, semel regnum immortale suscipimus: semel felices sunt, quorum remissa sunt facinora, & quorum tecta sunt peccata. Tenete fortiter, quod accepistis, seruate feliciter: amplius peccare nolite: puros uos ex eo, & immaculatos in diem domini reseruate. grandia, & infinita sunt præmia fidelibus præstituta: quæ nec oculus uidit, inquit, nec auris audiuit, nec super cor hominis ingressa sunt. hæc uti accipere possitis, iustitiæ laboribus & uotis spiritualibus obtinete. Amen.

Rom. 6

1. Cor. 15

Ioan. 15

Matth. 12

Phil. 1

Rom. 6

Col. 1

Psal. 145

Psal. 115

Luca. 17

Rom. 6

Psal. 31

1. Cor. 2

Epistola Paciani Episcopi ad Sympronianum Nouatianum,
de catholico nomine.

P Acianus Symproniano fratri. Si nō carnalis intentio, sed, ut ego arbitror, uocatio spiritalis est, domine, quod ex nobis fidē catholicā ueritatis examinas; tu potissimum, quā, uel quam diuersa sequereris, indicare debueras; qui a riuulo procul, in quantum apparet, exorsus, fontem atque originē principalis ecclesiā non tenebas, ut, quā uos causā potissimum de unitate corporis nostri soluisset, aperires. nudari enim eas partes oportet, quibus medicina deposcitur. nunc clauso, ut ita dixerim, litterarum sinu, quā membra nobis potissimum curanda sint, non uidemus. tantā enim a capite Christiano hareses extiterunt, ut nominum ipsorum sit uolumen immensum. Nam ut Iudæorum hæreticos prætermittam, Dosythcum Samaritanum, Saducæos, & Phariseos: quanti apostolorum temporibus emerferint, dinumerare perlongum est, Symon magus, & Menander, & Nicolaus, & ceteri, quos fama recondit obscura. quid posterioribus temporibus Ebion, & Appelles, & Marcion, & Valentinus, & Cerdon, nec longe post eos Cataphryges, & Nouatiani, ut examina nouella præteream. Quis ergo mihi primum per litteras refutandus est? ipsa, si uoles, nomina omnium charta non capiet, nisi quod, scriptis tuis pœnitentiam usquequaque damnantibus, secundum Phrygas te sensisse pronuncias. Verum his ipsis, domine carissime, tam multiplex, & diuersus est error, ut non hoc unum in illis, quod contra pœnitentiam sapiunt, sed quasi quædam capita Lernæa cædenda sint. Et primum hi pluribus nituntur auctoribus. Nā, puto, & Græcus, & Blasus ipsorum est: Theodorus quoque & Praxeas uestros aliquando docuere: ipsi illi Phryges nobiliores, qui se animatos mentiuntur a Leucio, institutos a Proculo gloriantur: Montanum, & Maximillam, & Priscillam secuti, quam multiplices controuersias excitarunt? de paschali die, de paraclito, de apostolis, de prophetis, multisque aliis: sicut & de catholico nomine, de uenia pœnitentiæ. Quare si omnia ista discutere uelimus, docilis præsentia necessaria est, si hæc sola, quæ scribis, non satis instruerem; tamen, quia quo quomodo admirantibus seruendum est, informandi tui gratia, summam ad ea, de quibus scribere dignatus es, conloquimur. Si quid scire plenius de nostro uoles, oportet ut de tuo profiteri simplicius; ne, obscurius consulendo, non scire nos facias, utrum interrogas, an laceffas. Interea, quod ad præsentem litteras pertinebit, ante omnia te rogatum uolo, ne ob hoc ipsum auctoritatē mutueris errori, quod, sicut ais, per orbem totum nullus inuentus sit, qui te reuinceret, aut persuadere tibi posset contra quam crederes. nam & si nos imperiti, peritissimus Dei spiritus: et si nos infideles, fidelis Deus, qui negare se non potest. Tum porro, quod obnitendo sacerdotibus Dei diu contendere non licebat. Nos, inquit apostolus, talem consuetudinem non habemus, nec ecclesiā Dei. Post unam correptionem, sicut scis ipse, contentiosus omittitur. persuadere autem quis aliquid possit inuito? Tua ergo, frater, non illorum, culpa est, si tibi, quod erat optimum, nemo persuasit. nam & hodie in potestate tua est, ut nostra etiam scripta contempnas, si ea mauis uincere, quam probare. Ceterum & ipsi domino, & apostolis eius plurimi restiterunt: nec persuaderi ueritas cuiquam potuit, nisi qui ei propria religione consensit. Itaque, domine, & nos non ea fiducia scripsimus, qua repugnanti aliquid persuadere possumus; sed ea fide, qua uolenti bonæ pacis aditum non negemus: quæ si animo tuo & cordi est, de catholico nomine nullum debet esse luctamen. si enim per Deum id

1. Cor. 11

id populus noster adipiscitur: nec interrogandum est, præcedente auctoritate diuina: si per hominem, quando usurpatum: detegendum. tunc, si bonum nomen est, non recipit odium: si malum, caret inuidia. Nouatianos, audio, de Nouato, aut Nouatiano uocari: sectam tamen in his, non nomen accuso. Nec Montano aliquis, aut Phrygibus nomen obiecit. Sed sub apostolis, inquires, nemo catholicus uocabatur. esto, sic fuerit, uel illud indulge. cum post apostolos hareses extitissent, diuersisque nominibus columbam Dei, atque reginam lacera-re per partes, & scindere niterentur; nonne cognomen suum plebs apostolica potulabat, quæ incorrupti populi distingueret unitatem, ne intemeratam Dei uirginem error aliquorum per membra laceraret? nonne appellatione propria decuit caput principale signari? Ego forte ingressus populosam urbem hodie, cum Marcionitas, cum Appollinariacos, Cathaphrygas, Nouatianos, & ceteros eiusmodi comperissem, qui se Christianos uocarent, quo cognomine congregationem meam plebs agnoscerem, nisi catholica diceretur? Age, quis ceteris plebibus nomina tanta largitus est? cur tot urbibus, tot nationibus, sua quæque descriptio est? ipse ille, qui catholicum nomen interrogat, causam sui nominis nesciet, si requiram, unde mihi traditum est. certe non est ab homine mutuatum, quod per sæcula tanta non cecidit. Catholicum istud nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum sonat, nec hæreticos sumit auctores. Multa nos spiritus sanctus edocuit: quem paraclitum apostolis & magistrum Deus misit e caelis: multa ratio, sicut dicit Paulus, & honestas, & ut ait, ipsa natura. Quid? parua nobis de apostolicis uiris, parua de primis sacerdotibus, parua de beatissimo Cypriano martyre, atque doctore currit auctoritas? An uolumus docere doctorem? an sapientiores illo sumus, & spiritu carnis inflamur aduersus eum, quem æterni Dei testem nobis cruor, & clarissimæ passionis corona produxit? Quid tot earum partium sacerdotes, quos per totum orbem cum eodem Cypriano pax una solidauit? Quid tot annosi episcopi, tot martyres, tot confessores? Age, si illi usurpando nomini huic auctores idonei non fuerunt; nos idonei erimus negando? & nostram potius auctoritatem patres sequentur, & emendanda sanctorum cedit antiquitas, & iam putrefcentia uitii tempora canos apostolicæ antiquitatis eradent? Nec tamen æstues, frater. Christianus mihi nomen est: catholicus uero cognomen. illud me nuncupat, istud ostendit: hoc probor, inde significor. Et si reddenda postremo catholici uocabuli ratio est, & exprimenda de græco interpretatione Romana: catholicus ubique unum, uel, ut doctiores putant, obedientia omnium nuncupatur, mandatorum scilicet Dei. unde Apostolus: Si in omnibus obedientes estis. Et iterum: Sicut enim per inobedientiam unius, peccatores constituti sunt multi: sic per dicto audientiam unius, iusti constituentur multi. Ergo qui catholicus, idem obediens: qui obediens, idem est Christianus: atque ita catholicus Christianus est. Quare ab hæretico nomine noster populus hac appellatione diuiditur, cum catholicus nuncupatur: sed & si catholicus ubique unum est, sicut superiores putant, id ipsum Dauid indicat dicens: Astitit regina ueste aurata, & uarietate; hoc est, una in omnibus. Et in Cantico canticorum sponsus hæc loquitur: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa est genitrici suæ. Et iterum: Adducentur regi uirgines post eam. Et adhuc: Adolescentulæ, quarum non est numerus. Ergo in omnibus una, & una super omnia. Si rationem nominis quæris: apparet. De pœnitentia uero, Deus præstet, ut nullis fidelibus necessaria sit, nemo post sacri fontis auxilium, foueam mortis incurrat; nec tarda solamina ingerere sacerdotes, aut docere cogantur; ne peccandi iter aperiant, dum peccanti remediis blandiuntur. Sed nos hanc indulgentiam Dei nostri miseris, non beatis,

Rom. 5

Psal. 44
Cant. 6

R nec

nec ante peccatum, sed post peccata detegimus: nec sanis medicinam, sed male habentibus nunciamus. Si nihil in baptizatos possunt nequitiae spirituales, nihil fraus illa serpentis, quae primum subuertit hominem, quae posteris eius tot titulos damnationis impressit; si recessit a mundo; si regnare iam coepimus; si nullum oculis, nullum manibus, nullum mentibus nostris crimen obrepit: abiiciatur hoc Dei donum; repellatur auxilium; nulla exomologesis, nulli gemitus audiantur; contemnat omne remedium superba iustitia. quod si haec homini suo dominus prouidit; si idem stantibus praemia, qui **tacentibus** remedia, largitus est: desinite diuinam accusare pietatem, aut tot caelestis clementiae titulos obiectu rigoris eradere, aut gratuita domini bona inobsecrabilis asperitate prohibere. Non largimur ista de nostro. Conuertimini ad me, dicit dominus, simulq. ieiunio, & fletu, & planctu scindite corda uestra. Et iterum: Relinquat impius uias suas, & uir facinorosus cogitationes suas: & conuertatur ad dominum: & misericordiam consequetur. Itemq. propheta in hunc modum clamat: Quoniam Deus pius, & mitis, & patiens est, & qui respiciat sententiam aduersus malitias inrogatam. Habet ne tam diuturnum serpens uenenum, Christus non habet medicinam? diabolus in mundo interficit: Christus hic non potest subuenire? Pigeat sane peccare, sed paenitere non pigeat. pudeat periclitari, sed non pudeat liberari. quis naufrago tabulam, ne euadat, eripiet? quis sanandis uulneribus inuidebit? An non Dauid dicit: Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lacrymis stratum meum rigabo. Et iterum: Peccatum meum ego agnosco, & facinus meum non texi. Et adhuc: Dixi, prosequere aduersum me delictum meum Deo meo; & tu remisisti impietatem cordis mei. Nonne illi post caedis & adulterii reatu pro Bethsabee paenitenti propheta respondit? Dominus abstulit a te peccatum tuum. Num Babylonium regem post tot idololatriae facinora damnatum exomologesis liberauit? Et quid est, quod ait dominus? Nonne qui ceciderit, resurget: & qui auersus fuerit, conuertetur? Quid illa tot similitudinum dominicarum argumenta respondent? Quod drachmam inuenit mulier, & gratulatur inuentam? Quod pastor ouem reportat erraticam? Quod filio reuertenti, post prodacta omnia bona, & cum meretricibus & fornicariis nepotata, pater blandus occurrit; & inuidum fratrem offensa ratione castigat? Filius, inquam, meus hic mortuus fuerat, & renixit: perierat, & inuentus est. Quid ille in uia uulneratus, a leuita & sacerdote praeteritus? nonne curatur? Reuolue, quae spiritus dicat ecclesiis, Ephesios desertae dilectionis accusat, stuprum Tiathyrenis imputat, Sardos in opere cessantes, Pergameno docentes diuersa reprehendit, Laodicenorum diuitias inurit, & tamen omnes ad paenitentiam satisfactionis inuitat. Quid apostolus ad Corinthios? cum ita dicit; Ne, cum uenero, lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt; & non egerunt paenitentiam ex his, quae ante gesserunt in fornicatione, & immunditiis suis. Quid, cum rursus ad Galatas? Si quis praenitens fuerit in aliquo delicto, id est, quocumque: uos, qui spirituales estis, instruite eiusmodi in spiritu mansuetudinis, cauens ne & tu tenteris. At numquid paterfamilias in magna domo, argentea tantum & aurea uasa custodit? nonne & fictilia, & lignea, & composita quaedam, & refecta dignatur? Nunc gaudeo, inquit apostolus, quia contristati estis ad paenitentiam. Et iterum: Quia secundum Deum tristitia, paenitentiam in salutem stabilem operatur. Sed paenitere non licuit, nemo sine fructu imperat laborem. Dignus est enim mercenarius mercede sua. Numquam Deus non paenitenti comminaretur, nisi ignosceret paenitenti. Solus hoc, inquit, Deus poterit. Verum est: sed & quod per sacerdotes suos facit, ipseus potestas est. Nam quid est illud, quod apostolis dicit: Quae ligaueritis

in

in terris, ligata erunt & in caelis: et quaecumque solueritis in terris, soluta erunt & in caelis? Cur hoc, si ligare hominibus ac soluere non licebat? an tantum hoc solis apostolis licet? Ergo & baptizare solis licet, & spiritum sanctum dare solis, & solis gentium peccata purgare: quia totum hoc non aliis, quam apostolis, imperatum est? Quod si uno in loco & resolutio uinculorum, & sacramenti potestas datur: aut totum ad nos ex apostolorum forma & potestate deductum est, aut nec illud ex decretis relaxatum est. Ego, inquit, fundamentum posui: alius autem superaedificat. Hoc ergo superaedificamus, quod apostolorum doctrina fundauit. Denique & Episcopi, apostoli nominantur: sicut de Epaphrodito Paulus edisserit. **10** Fratrem & commilitonem, inquit, meum, uestrum autem apostolum. Si ergo & lauacri, & chrismatis potestas, maiorum longe charismatum, ad episcopos inde descendit: & ligandi quoque ius adfuit, atque soluendi. Quod etsi nos id ob nostra peccata temerarie uindicamus; Deus tamen illud, ut sanctis & apostolorum cathedram tenentibus, non negabit, qui episcopis etiam unicus sui nomen indulsit. Plura scriberem, frater, ni & celeritate pueri reuertentis urgerer; uel praesenti tibi, uel de omni proposito confitenti, copiosiora seruarem. Nemo episcopum hominis contemplatione despiciat. Recordemur, quod Petrus apostolus dominum nostrum episcopum nominari: Sed conuersi, inquit, modo ad episcopum, & pastorem animarum uestrarum. Quid episcopo negabitur: in quo Dei nomen operatur? Reddet quidem ille rationem, si quid perperam fecerit, uel si corrupte & impie iudicari. Nec praedudicatur Deo, quo minus mali aedificatoris opera rescindat; interea, si pia illa administratio est, adiutor Dei operum perseuerat. **20** Ecce apostolus ad laicos scribit: Si cui quid donatis, & ego. nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter uos in persona Christi, ut non possideatur a Satana. non enim uersutias eius ignoramus. Si autem quod laici donant, apostolus donasse se dicit: quod episcopus fecerit, qualiter respuetur? Ergo nec chrisma, nec baptisma, nec criminum remissio, nec innouatio corporis sanctae potestati eius indulta est: quia nihil propria usurpatione mandatum est, totumq. id ex apostolico iure defluxit. Scio, frater, hanc ipsam paenitentiae ueniam non passim omnibus dari, nec, antequam aut interpretatio diuinae uoluntatis, aut forsitan uisitatio fuerit, relaxari magno pondere, magnoq. libramine post multos gemitus, effusionemq. lacrymarum, post totius ecclesiae preces: ita ueniam uerae paenitentiae non negari, ut iudicaturus Christo nemo praedudicet. Si apertius, quid tu sentias, scripseris frater; plenius instrueris.

Epistola secunda, ad Sympronianum.

Acianus episcopus Symproniano fratri salutem. In quaestione prolixa, quantum potero, breuitatem sequar. Neque tibi, frater, sub interrogationis bonae speciei occulta uerborum tela iaculanti, atque obiectanti, quae ipse machinare, aliquam uicem malitiae repensabo. orare pro persequentibus iubemur, maledicentibusq. benedicere. fraus enim quasi uulpeculae, uis autem leonis est: utrumque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. nam cum plus nocere te credas, quasi ignarus interrogas: cum docere te putes, simulas erudiri. Rabbi dominum uocabant ueteres Pharisei, cum aenigmata legis opponerent: magistrum appellabant, cum sibi omne magisterium uindicarent. Quidlibet agas, frater: totum ex me simpliciter recognosces. malo imperitus, quam malitiosus, intelligi: malo fatuus, quam callidus, iudicari. Quare priusquam rationem fidei nostrae, de qua moueris, assignem; accipe pauca de litteris

R 2 tuis

tuis, quas tractatui prætulisti. Refectum esse te dicis prioribus epistolis meis; & statim addis, me cum amaritudine respondisse, quæ scripserim. Si amara reficiunt; quid dulcia operentur, ignoro: nisi quia, ut in medicina poculum solet amarum magis, quam dulce, medicari, sed, quæso, litteras meas repetas, an aliquo felle resperæ sint; quid superbum, quid insuauè responderim. Plures me ais hærefes nominasse, de quibus nemo quæserit. Age, quid tua, si hæreticus non eras? qui cum de fide nostra moueres quæstionem, & doceri uelle te diceres; scripti ignorantia causas esse multiplices, quæ uos potissimum haberet, ut aperires; ne retexendis pluribus æstuares. De catholico nomine multa respondi placide. dixi enim, nihil alterius interesse, quid alius uocaretur; ac, si uim nominis potestulares, quodcumque illud esset, esse mirifici, seu unum in omnibus, seu unum super omnia, seu, quod ante non dixi, filius regis, id est, populus Christianus. adeo certe non inditum nobis, quod per sæcula tanta non caderet. Et sane gratulator, quod, licet alios anteposueris, etiam circa nos assentiare de nomine. Quid, si negares? Natura clamaret. aut, si adhuc dubitas, taceamus. ambo, quod uocabimur, hoc erimus, teste nominis uetustate. Ceterum, si pertinacius flagitaueris; uide, ne tibi uir ille uirtutis exclamet: Quid interrogas nomen meum? et ipsum est mirabile. Tunc addidi sane, unde catholici nomen hoc traheret, non esse reputandum: quia nec Valentinis, si a Valentino, nec Phrygibus, si a Phrygia, nec Nouatianis, si a Nouatiano uocarentur, imputari solere. Hic tu grauiter commoueris, & quasi aculeo fixus erigeris: nam sic iratus exclamas: Numquid Cypriano, sancto uiro, hoc obest, quod populus eius apostaticum nomen habet, uel Capitolinum, uel Syndreum? Conuiciaris, & ecce non moueor. Horum ne aliquid appellati sumus? Interroga sæculum, frater, totosque ex ordine annos; an nobis nomen hoc hæserit; an Cypriani populus aliud, quam catholicus nominatus sit. numquam nomen ullum ex his audiui. Iam uide, si uocari aliquis eo nomine potuit, quod sibi nescit impositum. Quid ergo? maledicta sunt ista, non nomina, & maledicta irascentium, maledicta petulantium. Quotuis & ego uos possum appellare nominibus, si liceat irasci: Cyprianum sanctum uocas, & populum eius apostaticum: quo modo? si initium sanctum, & farina: & si radix sancta, & rami. Ego ne apostaticus, an Nouatus? Nouatus, inquam, patre prodito, ecclesia derelicta, partu uxoris effuso. Ego ne apostaticus, an Nouatianus? quem absentem epistola Episcopum finxit: quem, consecrante nullo, linteata sedes accepit. Verum ista posterius: interim ipsi uos dicite, quid uocemini. Negatis ne Nouatianos a Nouatiano uocari? quodlibet nomen imponas, semper istud hærebit. scrutare totos, si uideretur, annales, & crede tot sæculis, respondebis Christianum: inquirente me genus sectæ, Nouatianum non inficiaberis. Nec tamen ego Nouatiani tui nomen accuso: quod toties requisitum circumloquentibus litteris, & opero quodam sinu claudis. Fatere, fatere simpliciter: nihil est sceleris in nomine. quid te, toties interrogatus, abscondis? quid causam nominis erubescis? cum primum scripseras, Cataphrygem putabam. tu ne secundis quidem litteris confiteris? meo inuides nomini, & tuum uitas? Vide, quid sit pudoris in causa: quæ refugit, quod uocatur. Quæ castigas, & agis? Quasi ad rhetorem uenerimus, aut ars sit tractanda, aut de uersibus Virgiliti disputandum. quid enim ego dixeram, aut quos Virgiliti uersus enarraram? Cum plures hæreticos nominassem, addidi: Et quos fama recondit obscura. Et unde tu hoc de Virgiliti uersu tractum putas, si Virgilium omnino non noueras? Atqui nego, non ex ordine uersum posui: dixi enim: Quos fama recondit obscura, ut loquentibus moris est ex copia sermonis humani dicere aliquid, quod ante dictum sit. tu uero

ro uersum suo ordine, sua compage reperisti, adeo Virgilium plus amasti, ut nefas fieri putares, si uersum eius infringeres? et tamen ego a paruulo didiceram. quid miri, si in ea incidi, quæ sciebam? In te, frater, tantus est labor, ut ea nunc demum legas, quæ lecta quondam ab aliis erubescas? Latinis institutum Latine loquentem tam accusare debebis, quam Græce Græcum, quam Parthice Parthum, quam Punice Pœnum: Medis, Aegyptiis, Hebræis sua lingua est secundum copiam domini, qui eam in centum uiginti ora modulatus est. Poeticum uersum episcopus dixit. Quid Paulus apostolus? Erubescit, cum Atheniensem illum uersum & dicit, & comprobatur? nam in actis apostolorum ita ponit, Sicut quidam etiam secundum uos dixerunt, *τὸ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*. Et rursus ad Titum dixit: Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta: *Κρίτες αἰεὶ ψεύσαται καὶ θηρία, γαστέρες ἀργαί*. Et addidit: Testimonium hoc uerum est. Sic peccamus exemplo, nec rhetores fumus: sed quamcumque uocem, copiam Dei credimus. Latium, Aegyptus, Athenæ, Thraces, Arabes, Hispani Deum confitentur: omnes linguas spiritus sanctus intelligit. tu ipse cur ais: Litteras tuas uiuaci cedro perlinā, propter cariosos hostes mularum? Quarum, oro, mularum? an quæ inuenerint litteras, & scripserint chartas, quas tineæ persequuntur? Dic, oro, frater: mularum litteras repererunt? Nonne per dominum omnia, & a Deo omnia? præter illas centum & uiginti linguas, fuit adhuc alia mularum? Hesiodus istud in Helicone mentitus est, sed Atheniensium studio: quibus, ut apostolus ait, nihil uacabat, nisi loqui. nos, teste apostolo, omnium uocum modos, omnium genera linguarum a Deo inspirata retinemus. Ignosco tamen, frater, si quid & tu de tuo auctore præsumis: & Nouatiani philosophiam, per quam ille in naufragium religionis incurrit, cum Hesiodi auctoritate coniungis. uerum tamen apostoli meminisse debueras, qui ait: Videte, ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanē seductionem. Iam quale illud est, quod catholicis imputandum putas, si quando uos reges, aut imperia persecuta sunt. Ergo e contrario uobis debuit imputari, quoties regum impietatem, & persecutiones catholicis pertulerunt, atque nostros pagani principes persecuti sunt: Vos Christianorum odia pertulistis? Sed nostri magis questi sunt. Viderit, qui hoc fecit, qua mente, quo spiritu, pacem ne, an discordiam procurarit. Verum etsi quidam eorum deliquerunt, inquit, numquid fidem Dei destruant? Nec tamen tu querelam putes fuisse nostrorum. sed cum per nostram fidem Christiani principes esse cœpissent, ipsi principes catholice, hoc est, suæ patri fauentes, proprio dolore commoti sunt: nisi forte Danielo imputabitur, quod a Dario uindicatus est: aut Hesteri, sanctissimæ feminæ, cum pro ea dux regis occiditur: aut tribus pueris, quod propter eos post experimenta flammarum, profanis & incredulis rex Babylonius comminatur. Nonne Symonem Petrus, iudice ad stipulante, confundit? Num Helymam, fauente Sergio, Paulus excæcat? Vindicatus esset & Hierosolymis, si quid fidei ligatus habuisset. Nescis seruire ipsas innocentibus potestates, & in bonum sanctis patribus ministrare? sicut apostolus dicit: Principes non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? bonum fac: & habebis laudem ex ea, per dominum. minister enim est tibi in bonum. Et tamen ego de nullo questus sum, de semine uindicatus. Nec impedire mihi Nouatianos puto: quorum paruitate, si uellem, atque defectu poteram gloriari. Ecce plebem tuā imperatori nullus accusat: & solus es. Oportet nos tamen omnes stare ante tribunal Dei: quod unum scio, quererentur Nouatiani, si causa eorum esset ullis grata principibus. Utilius esse ais, uincere, quam placere. At qui uincendi ardore ducuntur, contentione proficiunt. apostolus uero ait: Si quis autem uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem nō habemus, 1. Cor. II.

1. Cor. 10 nec ecclesia Dei. Contra, de studio placendi: Omnibus, inquit, per omnia placeo, non quærens quod mihi utile sit, sed quod multis, ut saluentur. Vos autem, dum uestra, non fratrum comoda cogitatis; uincendo mauultis elidere, quã placendo recreare. Malum bono uicisse, rationis est, ceterum in quacũque causa uelle superare presumptionis insana est, non de apostolico iure, sed de Græco, apud quos scriptum putatur, omnem morem Lacedæmoniorum inflammati esse cupiditate uincendi. Sus quoque ille lutulentus, & insana tygris, quid aliud uelint, nisi uincere, quam placere? Vacare tibi scribis, & ideo te contentiosa delectant. Mihi uero, catholicis negotiis occupato, post triginta ferme dies litterarũ tuarũ traditarũ sunt, post alios quadraginta repetita. Irasci me ais? absit. stimulari ut apem, credo: 10 quã interdum aculeo mella defendit. Verum recole utrimque litteras: iam uidebis, spiculisne, an floribus paginam conferamus. De similibus quidem apostolus, quos oportet indentari. Sed attende. Nos tecum, quasi columbarũ, ore potius, quam dente, configimus. Utinam uerum esset, quod doceri uelle te dicis: iam ipsa tibi manibus meis sancti spiritus unguenta suggererem. Amas me? non læsi, scio, sed tunc demum amares, si non diuersa sentires, atque operi meo blandus accederes. Cypriani epistolas mihi placere miraris? Quid ni, beati martyris, & catholici sacerdotis? Nouatianum mihi ingeris? philosophum sæculi fuisse audio, nec satis miror ab ecclesia Dei uiui degenerasse. Cognosco radicem legis antiquarũ, fontem ueteris populi reliquisse Cornelio inuidentem, Nouati insaniarũ comodatũ, sine consecratione legitima Episcopum factũ, ideoque nec factũ per 20 epistolam eorum, qui se confessores esse simularent, qui matris unius membra diuellerent. Hęc ego tibi, frater, confessione uestrorum, litteris approbabo. Ita tuus iste philosophus, sapientiam suam quærens statuere, sicut apostolus ait, sapientiarũ Dei non est subiectus, quoniam per sapientiam suam mundus non recognouit sapientiam Dei. Nam quod ante passum Nouatianum putas, & Cyprianum dixisse subiungis: Præcessit me aduersarius meus: uide quam manifesto respondeam. Nouatianus martyrium numquam tulit, nec ex uerbis beatissimi Cypriani auditum istud, aut lectum est. habes eius epistolas, quibus Cornelium urbis episcopum, cui tunc Nouatianus inuiderat, inimicis principibus resistentem, 30 sæpe confessum, sæpe uexatum refert, plurimis confessoribus, plurimis quoque martyribus ducem factum, & cũ plurimis gloriosissime coronatum, uiuente tunc Nouatiano, etiamque securo. nam & ideo ab ecclesia Christi recesserat; ne illum labor confessionis urgeret. qui primum stimulari inuidia, episcopatum Cornelii non ferebat: inde se Nouato, paucorum epistolis derisus, addixerat. Hęc te omnia de Nouatiano Cypriani litterarũ perdocebunt. Porro etiã si passus est aliquid Nouatianus, non tamen etiam occisus: etiam si occisus, non tamen coronatus. Quid ni? extra ecclesiarũ pacem, extra concordiam, extra eam matrem, cuius portio debet esse, qui martyr est. Audi apostolum: Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam; caritatem non habeam; nihil sum. Et si in cibos pauperum 40 diuifero omnem substantiam meam; & si tradidero corpus meum ad comburendum; caritatem autem non habeam; nihil mihi prodest. Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in confessorum grege passus est: & sæpe confensus iteratis persecutionibus, & multa laceratione uexatus, & nouissime salutari calice propinatus est. hoc sicut coronari. Quare sibi habeat Nouatianus epistolas suas, sibi tumorẽ, sibi superbiam: qua dum in altum leuatur, elisus est: dum nemini parcat, effusus. En qui salutis uia fratribus inexorabili religione præcludat: en qui se paleam auferre, & areã domini purgare confidat. Miserere tui, Symproniae frater; ne te Nouatianus sub hac frõte decipiat; ut ideo iustior putetur, quia reliquos

1. Cor. 1

Col. 13

reliquos sui comparatione despexit. SAEPE fiduciam mentitur audacia; & desperatis quibusque peccatoribus falsa bonarũ conscientiarũ imago blanditur. Contra uero, omnis humilitas innocentia est, etiam illa debitorum, etiam illa peccatrix, etiam illa, quæ animam suam cum peccatore blanditur. Dele me, inquit 10 Moyses, de libro, quem scripsisti; ne peccatores perirent. Optauerã, inquit apostolus, anathema esse ipse ego in Christo, pro fratribus meis cognatis secundum carnem. utique ambo pro peccatoribus deprecantur: & propter hoc Deum nec Moyses, nec Paulus offendit. Nouatianus his melior? emendator prophetarum? doctor apostolorum? iam cum Christo uidetur, ut idem Moyses? iam, ut Paulus, in tertium cælum sublimis euehitur? iam, neglectis omnibus, solus auditur? Hęc ad litteras tuas respondi suffecerit. Sed quia de pœnitentia non agenda, uel ante baptismum agenda, latius disputasti, multisque capitulis exemplorum tractatus ipse paginam referisti; respondebo ad singula ex abundantia. quæ fides uerior habeat, non tacebo. tu, ut auditui nostro largiter imperare dignatus es, benignam rursus uicem præbeto tractatui. Præstabit fortasse dominus, ut, qui nos tibi patienter obtulimus, fructum aliquem de tua etiam patientia reportemus. Dominus te in aeternum custodire, & protegere dignetur, & Christianum, atque catholicum uiuere faciat, & concordare nobiscum. Amen.

Exo. 32
Rom. 9

20

Pacianus ad eundem, contra Nouatianos.

Pacianus episcopus Symproniano fratri salutem. Tractatus omnis Nouatianorum, quem ad me confertis undique propositionibus destinaasti, Symproniane frater, hoc continet; quod post baptismum pœnitere non liceat; quod mortale peccatum ecclesia donare non possit; immo, quod ipsa pereat recipiendo peccantes. Præclarus honos, singularis auctoritas, magna constantia, reuicere nocentes, attractus peccantium fugere, innocentiarũ suarũ male confidere. quis hoc uindicat, frater? Moyses, an Paulus, an Christus? at Moyses deleri e libro pro blasphematoribus optat: & Paulus anathema esse pro fratribus, & ipse dominus pro iniustus pati mauult. Nullus horum, inquires, quis ergo? Nouatianus hoc præcepit. Immaculatus aliquis, & purus, qui Nouatum non audierit; qui numquam ecclesiam deseruerit; qui ab Episcopis Episcopus factus sit; qui iure ordinario consecratus; qui uacantem cathedram in ecclesia consecutus. Quid ad te? inquires: Nouatianus hoc docuit. At uel quando, frater, quibusue temporibus? statim post domini passionem? post Decii principatum, id est, post trecentos prope annos dominicarũ passionis. quid ergo tunc? prophetas secutus est, ut Cathaphryges, an Philomenem aliquam, ut appellas, an ipse tantum auctoritatis accepit? linguis locutus est? prophetauit? suscitare mortuos potuit? horum enim aliquid habere debuerat, ut euangelium noui iuris induceret. Et si contra clamet apostolus: Licet nos, aut angelus de cælo euangelizauerit, præterquam, quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Nouatianus sic intellexit, inquires: sed Christus hoc docuit. Ergo a Christo usque Decii principatum nullus intelligens. post Decium denique omnis episcopatus impatiens, omnes alii dissoluti: qui se miscere perditis mallent, qui perire cum miseris, qui alieno uulnere uulnerari. Nouatiano uindice, iustitia liberatur. Nouatiano auctore corrigitur, quidquid errauit. Age, inquires, certemus exemplis, & ratione pugnemus. At ego hucusque securus ipsa ecclesiarũ serie, congregationis antiquarũ pace contentus, nulla discordiarũ studia didici, nulla certaminum argumenta quæsiui: tu postquam a reliquo corpore segregatus es, & a matre diuisus, ut rationem facti tui redderes, toto librorum recessus assiduus scriptator

Rom. 9

Gal. 5

tator inquiris. Occulta quæque sollicitas: quidquid exinde securum est, inquietas: nostri nihil ultro disputauere maiores: nuda est apud nos ipsa securitas. quidquid attuleris de tua parte, munitum est. ego nescio, quid Nouatianus egerit, quid Nouatus admiserit, quid Euaristus tumuerit, quid Nicoftratus nunciari: arma uestra dum despicio, non noui. Vide si cum inermi ueritate confligis: expectemus tamen, quid obiicias, quid loquaris. poterit ne uel nuda ueritas, innocentia ue imperita subsistere? Proponis, & recte quidem, Ecclesiam esse populum ex aqua & spiritu sancto renatum, sine negatione nominis Christi, templum & domum Dei, columnam & stabilimentum ueritatis, uirginem sanctam castissimis sensibus, sponsam Christi ex ossibus eius, & carne, non habentem maculam, neque rugam, integra euangeliorum iura seruantem. Quis hoc nostrum negat? quinetiam addimus, Ecclesiam esse reginam in ueste aurata & uariiegata, secundam uitem in lateribus domus domini, matrem adolescentularum, quarum non est numerus, unam speciosam columbam, electam matris suæ, atque perfectam, ipsam omnium matrem ædificatam in fundamentis prophetarum, & apostolorum, & ipso angulari lapide Iesu Christo, domum magnam uasorum omnium diuersitate locupletem. Sed hæc nostra posterius: interim tua illa uideamus. Ecclesia est populus, ex aqua & spiritu sancto renatus. Age, quis mihi fontem Dei clauit? quis spiritum rapuit? quinimmo apud nos aqua uiua est, ipsa quæ salit a Christo: tu, a fonte perpetuo separatus, unde generaris? Spiritus quoque sanctus a principali matre non abiit: ad te unde peruenit? nisi forte discordantem secutus est; & tot sacerdotibus derelictis, non consecrata sede contentus, detritum lacum adulterini fontis adamauit. Vestræ plebi unde spiritum, quem non conformat unctus sacerdos? unde aquam, quæ a matrice discessit? unde inuouationem, quæ cunabula pronubæ pacis amisit? Ecclesia est populus sine negatione nominis Christi. Nulline apud nos confessores, martyres nulli, nulli immaculati atque integri sacerdotes, quos carceres quos catenæ, quos ignes, quos gladii probauerunt? Fuere, inquires, sed, negatores recipiendo, perierunt. Taceo: ne hæc quidem colligo, quod libellum de negatoribus, uel lapsis recipiendis Nouatianus uester, cum adhuc in ecclesia degeret, & scripsit, & suasit, & legit. interim, cui persuadere poteris, quod, lapsis receptis, ecclesia tota conciderit? quod, admissis penitentibus, admittentium populus negator effectus sit? quod, si & remissior plebs aliqua fuit, etiam ceteræ plebes, quæ non factum eius probarint, sed consuetudinem, & pacem secutæ sint: Christianum ne nomen amiserunt? accipe Hieremiæ uocem: In diebus illis non dicent: Patres manducauerunt uuam acerbam, & dentes filiorum stupuerunt: sed unusquisque in suo peccato morietur. Nec apud Ezechielem tacet dominus: Quo modo anima patris, ita & anima filii meæ sunt: unusquisque in suo peccato morietur. Item infra: Filius non accipiet facinus patris: neque pater accipiet facinus filii: iustitia iusti super eum erit. Ipse tu illud ponis exemplum: Et si fuerint tres hi in medio, Noe, Iob, & Daniel, non liberabunt filios, neque filias: ipsi soli salui erunt. Ecclesie salui sunt ipsi, qui in medio peccantium constituti sunt, qui alios liberare non possunt. tu totum orbem paucorum uinculis alligas: tu totam ecclesiam exiguæ portionis infirmitate condemnas. Quid apud te sancti omnes, quos Nouatus erudit, quos Euaristus elegit, quos Nicoftratus docuit, quos Nouatianus instituit? tu spinas, & tribulos refugisti: tu non habes in tua fruge zizania: tibi iam grana purgata sunt: ad te sine uentilabro purgator ille uenturus est: tu solus ex omnibus paleas non habebis? Age, dic: reliqua ecclesia est corpus Christi? corpus utique, non membrum: corpus multis in unum partibus, membrisque collectum, sicut ait apostolus. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Ergo ecclesia plenum

Hier. 31

Ezechi. 18

Ezechi. 14

num est corpus, & solidum, & toto iam orbe diffusum, sicut ciuitas, inquam, cuius partes in unum, non ut uos estis Nouatiani, quædam insolens portiuncula, tuberque collectum, & a reliquo corpore separatum. Ecclesia est templum Dei: templum certe amplificum: domus magna, habens quidem uasa aurea, & argentea, sed & lignea, & scitilia, quædam in honorem, multa uero magnifica, in multiplices usus uariorum operum destinata. Ecclesia est uirgo sancta, castissimis sensibus sponsa Christi. Virgo: uerum est, sed & mater. Sponsa: manifestum est, sed & uxor, & coniunx de uiro suo sumpta. ideoque eos de ossibus eius, & caro de carne. nam de hac David dicit: Vxor tua sicut uitis secunda in lateribus domus tuæ: filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Multus igitur huic uirgini partus, & proles innumera, qua totus orbis impletur, qua circumfluis semper aluearibus, populosum feruet examen: magna in filios cura matris istius, & mollis affectus: honorantur boni, castigantur superbi, curantur ægroti, nullus perit, nemo despicitur, securi foetus sub indulgentia matris retinentur. Ecclesia est non habens maculam, neque rugam, hoc est, hæreses non habens, non Valentinus, non Cataphrygas, non Nouatianos. in his sunt enim quidam sinus maculosi, atque rugosi, pretiosarum uestium ornatibus inuidentes. Ceterum peccator, & penitens non est ecclesiæ macula: quia quamdiu peccat, & non penitet, extra ecclesiam constitutus est. ubi desinit peccare, iam sanus est. Hæreticus uero uestem domini, ecclesiam Christi scindit, interceptit, uitiat, irrugat, cum enim schismata, inquit, & contentiones in uobis sint; nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Sed & sermo eorum quasi cancer serpit: hæc est macula unitatis, hæc ruga. Denique, ubi super his apostolus loquitur, de amore Christi & dilectione proponit. Sicut Christus, inquit, dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, ut hæreticos summoeret; quia diligere non nouerunt. Ceterum, cur hæc misero penitenti? quia & amare optat, & amari. Ecclesia est, integra euangeliorum iura custodiens. Integra utique, quia tota, quia plena, ubi præmium fidelibus datur; ubi miseris lacrymæ non negantur; ubi rogantium stertus auditur; ubi alligantur uulnerati; ubi curantur ægroti; ubi nihil sibi uindicat insolens sanitas, & superba iustitia; ubi sollicita in omnibus caritas perseverat omnia credens, omnia sperans, omnia sustinens. unde illud apostoli: Quis infirmus est, & non ego infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? ubi onera sua sustinet tota fraternitas, communiter dolens, mutua pietate securo. cuncti inuicem sustinentes in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. Hoc erit ecclesia, Sympronia ne frater, hoc erit populus ex aqua & spiritu sancto renatus in Christo. Nescio, ais, an remitti peccatum ab Episcopis possit, cum dixerit dominus: Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo, qui in cælis est. Cur igitur Nouatianus tuus, ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos, longe ante, quam Cornelius Romæ Episcopus fieret, ante, quam sacerdotio illius inuideret, hæc suafit? Habes Cypriani testimonium, Cypriani, quem nec uos umquam infamare potuistis. nam quodam in loco ad Antonianum hoc modo scripsit. Ad ditum est etiã, Nouatiano tunc scribente, & quod scripserat, sua uoce recitante, & Moyse, tunc confessore, nunc iam martyre, subscribente; ut lapsis infirmis, & in exitu constitutis pax daretur: quæ litteræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam ecclesiis omnibus perlatæ sunt. Quid ait, Symproniae frater? Nouatianus hæc scripsit; & ut obsequium meræ uoluntatis adiungeret, etiã scripta recitauit. testis est eius dextera; testis, quæ scripsit, manus; testis lingua, quæ legit. adhuc Cornelius, pro quo omnis hæc uestra erupit inuidia, episcopus non erat. longe posterius cum plurimis coepiscopis, cum plurimis confessoribus, statimque martyribus, ut idem Cypria-

Gen. 2
Psal. 127

1. Cor. 3

Eph. 5

1. Cor. 11

Matth. 10

Cyprianus scribit, assensus est senum consilio, licere dare pacem. Si pœnitentiæ negandus est aditus: Nouatianus in crimine est, qui hæc scripsit, & suasit, & legit. ubi tunc impatiens rigor? ubi ferox illa censura? Si nemo uobis Cornelium prætulisset; maneret illa Nouatiani scribentis auctoritas. nunc displicet tota sententia; nunc in nos tela iaciuntur, his ipsis subministrantibus, quorum auctoritate conualuit causa telorum. At in hanc ipsam hæresim Nouatiani quando cape-
runt? Audite, quæso; & totum ordinem uestri erroris aduertite. Cornelius, iam Romæ episcopus a sexdecim episcopis factus, locum cathedræ uacantis acceperat; & in illa, qua fuit præditus, castimonia uirginali crebras persecutiones irati principis sustinebat. tum forte quidam presbyter Nouatus ex Africa, fraudatis in Carthaginiensi ecclesia uiduis, spoliatis pupillis, pecunia ecclesiæ denegata, proiec-
to extra domum patre, & eodem fame mortuo, nec sepulto, uxoris grauidæ utero calce percusso, partuq. eius effuso, Romã uenit: et, cum apud Carthaginem, urgentibus in ecclesia fratribus, dies cognitionis ipsius immineret, & hic laritauit: nec multo post Nouatianum istum episcopatu Cornelii anxium, (nam sibi sperauerat) cum aliquantis, ut in tali re solet, ex sua parte fautoribus nutantem impellit, dubitantem fouet; ut magnū aliquid speret, hortatur. inuenit aliquos ex eorum numero, qui tempestatem persecutionis illius euaserunt, apud quos hanc ipsam de lapsis receptis Cornelio conflaret inuidiam: dat eorum epistolas ad Nouatianum. ille ex auctoritate epistolarum, sedente iam Romæ Episcopo, aduersum fas, sacerdotii singularis alterius episcopi sibi nomen assumit: Cornelium lapsis communicasse arguit: se uindicat innocentem. Contra hunc mihi reddenda ratio est: contra hunc asserendus pudor: contra hunc uita purganda. Sed & uos, inquis, episcopi talia cur probatis? Dicat hoc alius: tu Nouatianum defende. inexcusabilis uideatur hæc ceteris causa, tibi licet grata sit. tibi innocens sit, quisquis est pro te nocens. ne accusaueris alium eo crimine, quo tu non potes liberari. Age, iam totum pudorem nos episcopi debeamus: quia & apostolorum nomen accepimus, quia Christi appellatione signamur. Negantem, inquis, dominus negat: tu negantem, nolo, fatearis. Quis eum negantem confitetur, qui ad pœnitentiam cogit, obiurgat, crimen ostendit, uulnera aperit, supplicia æterna commemorat, interitu carnis emendat? hoc castigare est, non fateri. Ait nobis dominus: Vos estis sal terræ. Recte ergo psallimus ista dicendo: nec ad nihil ualebit, quisquis audierit. Vides nō inculcari a nobis sententiã domini, sed probari; nō abiici seueritatē, sed uoluntatē eius aperiri. Sed pœnitenti, inquis, peccata dimittis, cū tantū in baptisate tibi liceat relaxare peccatū. Non mihi plane, sed Deo soli: qui & in baptisate donat admissum, & pœnitentiū lacrymas nō repellit. Cæterū, quod ego facio, id non meo iure, sed domini. Dei sumus adiutores, inquit, Dei adificatio est. Et iterū: Ego plantauit: Apollo irrigauit: sed Deus incrementū dedit. Ergo neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quare siue baptizamus, siue ad pœnitentiã cogimus, seu ueniã pœnitentibus relaxemus: Christo id auctore tractamus. Tibi uidendū est, an Christus hoc possit, an Christus hoc fecerit. Si pœnitentibus remissio peccatorum dari potuit, ais, baptisate nō fuit necessarium: insulsißima comparatio. baptisatū enim sacramentum est dominicæ passionis, pœnitentium ueniã, meritum contentis. Illud omnes adipisci possunt, quia gratiæ Dei donum est, id est gratuita donatio. Labor uero iste paucorum est; qui post casum resurgunt; qui post uulnera conualescunt; qui lacrymosis nocibus adiuuantur; qui carnis interitu reuiuiscunt. Frustra me posuisse asseris illud exemplum, quod Deus dixerit: Malo pœnitentiam peccatoris, quam mortem. Quid si adiecissim illud Esaia: Cum conuersus

Matth. 5

1. Cor. 5

Ezech. 18

conuersus ingemueris: tunc saluaberis, & scies ubi fueris? Quid si id Apocalypsis: Memento unde cecideris, & age patientiam: & fac priora opera. Hæc, inquis, gen-
tibus dicta sunt ante baptisatum. Audi apostolum. Scimus autem, quoniam quæcunque lex dicit iis, qui in lege sunt, dicit, & loquitur. Ergo eos, qui sine lege uixerunt, pœnitendi condicio non tenebit. qui & si pœnituisent, libera id fide fecerant, non imposito per legem uinculo pœnitendi. Ergo & uel Iudæi, inquis, qui ante baptisatum pœnituerunt, post baptisatū pœnitere non possunt. Quis hoc te docuit, frater Symproniae? quis suasit, ut, qui ante pœnituerit, postea pœnitere non debeat? Sed posterius hoc uidebimus. Interim, si Iudæis post baptisatum præclusa est pœnitentia, quia illam ante persoluerint; cōcede, uel gentes, quæ pœnitentiã legem ante descierint, posterius pœnitere debere. Sed & de Iudæis nolo, fallaris. Illi enim propterea prius pœnituerunt, quia uetus baptisate corrumpant; & quasi post fidē fide prodita, pœnitentibus. Audi apostolum. Nolo enim ignorare uos, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes per mare transferunt: & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eundem cibum spiritalem ederunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali petra sequenti. Petra autem erat Christus. Hoc ergo baptisate uiolauerant, & ideo pœnitentibus. Videamus, deinde quid dicas. Si Deus sapius iubet hominem pœnitere, inquis, sapius peccare permittit. Quid ais? Ergo qui sapius remedium criminis monstrat, crimen ostendit: & medicus ille cum curat, assidue uulnerari docet. Deus nec peccare uult hominem semel, & tamen liberat a peccato: nec utique, cum liberat, peccatum docet: sicut nec, qui ab incendio liberat, incendium monstrat: nec, qui naufragium eripit scopulis, in saxa compellit. Aliud est, de periculo liberari; aliud, ad periculum cogi. Et fortasse paterer hoc credi, si pœnitentia delicia putarentur: cui labor tantus imponitur, cui carnis interitus imperatur, cui iuges lacrymæ, cui gemitus sempiterni. uolet ergo ille sanatus iterum se secari, rursum exuri? uolet peccare iterum, & iterum pœnitere? cum scriptum sit: Noli adicere peccatū, ne quid tibi deterius contingat. Et adhuc assidue peccanti non misereor. Quod si, ut ais, ad peccatum cogitur, cui pœnitentiã medicina monstratur: quid tandem ille facturus est, cui pœnitentia ipsa præcluditur; cui, desperato remedio, totum uulnus aperitur; cui prorsus ex integro uitæ aditus denegatur? In baptisate, inquis, semel morimur, sicut ait apostolus: An nescitis, quoniam quicumque baptizati estis in Christo Iesu, in morte eius baptizati estis? Consepulti ergo estis ei per baptisatum in mortem, ut, sicut Christus resurrexit ex mortuis, sic & uos in nouitate uitæ ambuletis. Quid mirum? docebat apostolus, quod essemus noui; ut nemo peccaret. sequebatur tamen, ut, qui peccauerat, pœniteret; hic integer, ille curatus uiueret; innocens coronam, pœnitens ueniam subiret; ille præmium, iste medicinam acciperet. Denique idem apostolus dicit: Nam si, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; multo magis iustificati nunc in sanguine eius, salui erimus per eum ab ira, ab ira utique, quæ peccantibus debebatur. quod si gentilem populum non passus est mori: multo magis redemptum non patietur extinguī. nec abiiciet, quos magno redemit: nec enim leuis illi est iactura famulorum. Non morietur quidem amplius, qui resurgit: ut scriptum est. Sed ipse est aduocatus apud patrem: sed ipse interpellat pro peccatis nostris, haud despicibilis miserorum patronus, parum uedoneus deprecator. Responde, frater, an famulos Dei diabolus possit opprimere, an non possit Christus absoluere? Petri pœnitentiam dicis ante domini passionem fuisse? hoc tibi nemo proposuit. et tamen Petrus iam baptizatus erat. huic enim dixerat dominus: Qui lotus est semel

Rom. 3

1. Cor. 10

Ioan. 6

Rom. 6

Rom. 5

Rom. 14

Ioan. 13

mel, non necesse habet iterum lauari. Accepit tamen postea remedium Christi: sed ante pœnituit: & ante sanctus est habitus, quam ad hoc remedium perueniret, nec pœnitentia eius in memoriam scriberetur, ni profuisset aliquid pœnitenti. Fleuit, inquit, amarissime. non uis facere fidelem, quod Petrus fecit? non uis professe nobis, quod Petro profuit? Age, Thomas meus nonne post domini resurrectionem de resurrectione dubitauit? Nonne perfidiæ reus notatur a domino, cum illi clauorum notæ, cum perfossæ manus, cum lateris uulnus ostenditur, cum sic ad eum ait dominus: Noli esse incredulus, sed fidelis? Quid ergo? erubuit pœnitere? nonne humiliatus est? nonne Deum & dominum suū illico confitetur? num quid non illum exomologesis ista commendat? Iam, quam argute caput illud ab-
 soluis, quod ego posui, datam Episcopis potestatem, ut, quæ ligasset in terra, ligata essent in cælis; et quæ soluisset in terra, soluta essent & in cælis. Dicis hoc nõ ad fideles, sed ad cathecumenos pertinere; ut baptizandis adhuc scilicet populis solui liceret crimina, uel teneri. Duorum denique euangelistarum capitula cõiungis, ut unum esse uideatur: et adiciis, quod Matthæus minus integre profecutus sit, compleffe Ioannem: ut, quia apud Matthæum dixerat dominus: Ite, & doce-
 te omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filii, & spiritu sancti: apud Ioannem impleuerit dicens: Si cuius dimiseritis peccata, dimittentur illi: cuius retinueritis, & tenebuntur. Ut hoc, dimittere, uel ligare, ad gentes, quæ baptizandæ erant, pertinuisse uideatur: quia prior euangelista de gentibus prælocutus sit, de soluendo autem, & ligando posterior impleuerit. Quid ais? euangelistæ duo dimidiatos inuicem sensus, & semintegros retulerunt? uerba his inuicem, ratione defuerat? aut non in omnibus totum spiritus sanctus implebat, propositos perferens sensus, & ad plenum dicta definiens? Homini confirmatum testamentum nemo superordinat: Dei tabulam tabula diuersa mutabit? Quænam in uobis hæc uincendi cupido est, ut tale aliquid audeatis? Quid, quod apud Matthæum ipsum ante passionem suam dixerat dominus: Quæcumque ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solueritis in terra, erunt soluta & in cælo. Apud Matthæum hoc prædixerat dominus, & nullam ibi gentium fecerat mentionem. Cur ergo illi capitulum Ioannis adiungis, ubi suum posuit, & ita posuit, ut a gen-
 tibus separaret, quod utique si ad gentes pertinere uoluisset, potuit ipse coniungere, quod ipse ponebat? Totum ergo, quod quæris apud Matthæum habes. Cur non uniuersa legisti, qui Episcopum doces? Primum præcepti istius caput repete. ipso referente Matthæo paulo superius ad Petrum locutus est dominus: ad unum ideo, ut unitatem fundaret ex uno, mox id ipsum in commune præcipiens qualiter tamen ad Petrum incipit: Et ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferorum non conualescent aduersus eam: & tibi dabo clauas cælorum: & quæcumque ligaueris super terram, ligata erunt & in cælis: & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Dic, frater, de solis gentibus hoc locutus est: Super hanc Petram ædificabo, inquit, ecclesiam meam? Ecclesiam, nõ baptizatas gentes uocat? homo nec dum renatus corpus est Christi? Quid soluo gentibus, quod nõ est ligatum? nam si nõ reputatum est: nec ligatum. Quid alligo, quod nullo iure constringo? Gentilis homo liber est legi. Vide nunc e contrario, an in baptizatum utraq; cõueniant. Soluitur uenia, quia peccato tenebatur: ligatur anathemate, quia solutus fuerat fide, & per gratiam liberatus. quod si ad gentes hanc soluendi licentiam uel ligandi spectasse cõcedam: multo magis ad baptizatos pertinuisse conuincam. nam si is solui potuit uel ligari, qui non habuit uinculum: quanto magis ille, quem fidei iura tenuerunt? Ais posuisse Matthæum: Si peccauerit in te frater tuus, uade, & cor-

& corripe eum solus cum solo: ac statim subiunxisse dominum: Quæcumque solueris in terra, soluta erunt & in cælis: ut ad fratris offensam pertinere uideatur. Age, non uides quod infra dicit: Si in te peccauerit frater tuus? hic uero addit: Amen dico uobis: quæcumque solueritis in terra, &c. Illud uni iussit, hoc pluribus relaxauit: illud ipse soluit, in quem admittitur, hoc uero ecclesia: illud sine sacerdote, sine fratribus, hoc ab omnibus impetratur. Quæcumque solueritis, inquit, omnino nihil excipit: Quæcumque, inquit, uel magna, uel modica. Attende, quid ad Petrum dicat inferius, id quod peccatur in hominem, septuagies & septies relaxandum; ut ostendat alias uel semel posse. Tamen qui in Petrum peccat, dominum lædit: sicut ad Samuel ipse significat: Non te nullius momenti fecerunt, sed me. Conceditur ergo uel semel ecclesiæ, quod nobis ipsis totiens imperatur. Nunc ad erraticam ouem, & drachmam illam, & adolescentiorem filium reuertamur: quæ ego exemplâ constrictim scripto priore tetigissem, tu plena reperisti, edocens, & ostendens, drachmam, & ouem, & filium minorem ad publicanos, & peccatores, hoc est, humilem populum, non ad Christianæ plebis imaginem, nec ad formam fidelium pertinere. Gratulor me doceri: intellectum uero non esse, moleste fero. Nam quid asseram? Ea, quæcumque lex dicat, his, qui sub lege sunt, dicere utique, & hoc principaliter ad priores dictum esse consentio: sed in forma fidelium, sed in imagine futurorum, sicut apostolus dicit: Hæc autem in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines sæculorum deueniunt. Et iterum: Quæ omnia illis umbræ erant futurorum bonorum. Certe ipse adnuit ad publicanos, & peccatores, hoc est, humilem populum, & ideo iuniorem illa dictata. Dic ergo, an populus Christianus ipse est iunior? an in radicem cohæserit? an illa membra compegerit? Aedificatus, ut scriptum est, in fundamentis apostolorum, & prophetarum, & ipso angulari lapide Christo Iesu. An Iudæorum Deus tantum? nonne & gentium? immo & gentium. siquidem unus Deus, qui iustificat impium ex fide, & per fidem. Certe ille humilis populus, quem Deus drachma, filio minori, & ouiculæ conferebat, ecclesia fuit: unde apostoli, unde omnis turba credentium, unde populus Christianus.
 Huic ergo corpori nostra etiam membra coniuncta sunt; & totæ credentium portiones, ut in bonam oliuam ex oleastro gentium conuenirent. Sicut apostolus dicit: Participes pinguedinis eius effectæ, atque ita unum omnes effemus in Christo, Iudæus, & Græcus, seruus, & liber. Si ergo cum illis humilibus unum corpus sumus, dicta sunt & ad nos, quæ ueterum humiles audierunt: atque ita omni corpori nunciatum est, quidquid de corporis parte prædicatum est. Dicam adhuc planius: ille posterior populus, ille pauper, ille mediocris, imago ecclesiæ fuit, anima humilis, & modesta, anima liberata per Christum. hanc uenit dominus saluam facere: hanc apud inferos non reliquit: hæc est ouis illa, quæ humeris reportatur, id est, nisu, & uigore patientiæ: hæc est drachma, quæ quæritur, & uicinis inuenta monstratur. Vides formam eius similitudini pœnitentium conuenire? uides misericordiam usque ad hoc tempus extendi? uides, quæcumque ecclesiæ nascenti dicta sunt, ad plenitudinem ecclesiæ pertinere? Inde ibi dominus adiecit: Sic erit gaudium in cælo super unum peccatorem pœnitentiam agentem, quam super nonaginta nouem iustis, quibus non fuit opus pœnitentia. nam si omnia illa ad commonendos nos scripta sunt; cui tandem populus ille peccator humilis comparabitur, nisi populo pœnitenti? ac si, figuris in ordinem recurrentibus, nonaginta nouem sani omnis ecclesia est: una uero erratica delinquentiū portiuncula est: at drachma, quæ periit, miser ille peccator est. Rediens post mala sua filius redempto illi similis æstimatur. Iam recte a me positū uides, cum de pœnitentium
 S curatione

Mar. 2 curatione tractarem, dixisse dominum: Non est opus sanis medico, sed male ha-
Luc. 5 bentibus. Recte & illud: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Quidquid
Matth. 5 de publicanis & peccatoribus dictum est, ad aegros omnes, & omnes miseros per-
Psal. 6. et tinebit. De solis, ais, scriptum esse martyribus: Beati lugentes. Nemo ergo præ-
101 ter illos peccata sua plangit? non David clamat? Lauabo per singulas noctes le-
2 Timoth. 1 ctum meum. Et iterum: Quoniam cinerem, sicut panem edi, & potum meum cum
 steru miscebam. Non Iacob dicit? Anni uitæ meæ durissimi. Non apostolus ad Ti-
 motheum? Desiderans te uidere, memor lacrymarum tuarum. Nec tamen hoc
 de martyre loquebatur. quid nunc miseri pœnitentes siccos habent oculos? & qui
 peccasse se dolent, flere non norunt, ipsi communicantes, ipsi fideles, lacrymas
 non habemus? quempiã nostrum gaudente mundo gaudere delectat, Vos, Noua-
 tiani, iam satiati estis, diuites facti estis, sine nobis regnare cœpistis. non ergo, ut
 quisque miserabilis est, ita incipit esse miserandus. Post hæc proponis, & dicis scri-
 ptum esse per dominum: Omne peccatum, & blasphemia remitteretur hominibus:
Matth. 12 qui autem in spiritum sanctum peccauerit, non dimittetur ei neque hic, neque in
 futurum. Aut ego fallor, aut istud exemplum contra te ualet. nam si omne pecca-
 tum, & blasphemia relaxabitur; uides ueniam pœnitentibus non negari. ergo om-
 ne peccatum; ergo ipsa quoque blasphemia. Habes aditum secundum Lucam:
Luc. 3 Et qui in filium hominis peccauerit, remitteretur ei. Quid hoc amplius de miseri-
 cordia Dei, de clementia iudicantis? an non inuidet oculus tuus, quia bonus est
Rom. 14 paterfamilias? non licet illi facere, quod uult? quinimmo tu quis es, qui iudicas
 seruum? domino suo stat, aut cadit. Potens est autem Deus statuere illum. Sed
 qui in spiritu sancto blasphemauerit, ait, non remitteretur ei. Soles totas percurre-
 re lectiones: cur hic non legisti, quid sit istud in spiritu? habes supra scriptum,
 cum dominus dæmonia uerbo fugaret, & uirtutes multas speciali uigore comple-
 ret, dixisse pharisæos: Hic non expellit dæmonia, nisi in Beelzebub, principe dæ-
 moniorum, hoc est in spiritum sanctum deliquisse, in ea blasphemasse, quæ per
 sanctum spiritum gerebantur. in ceteris quippe peccatis aut errore labimur, aut
 metu frangimur, aut carnis infirmitate superamur: hæc cæcitas est, non uidere,
 quod uideas; & sancti spiritus opera diabolo deputare; eamq; gloriam domini,
 qua diabolus ipse superatur, diaboli appellare uirtutem. Hoc est ergo, quod non
 dimittetur: reliqua bonis pœnitentibus, frater Symproniæ, donantur. Post hæc
 de sarmentis, & uite proponis. Sic ait dominus apud Ioannem: Ego sum uitis ue-
 ra, & pater meus agriculor est, omne sarmentum in me, quod non affert fructum,
Ioan. 15 tollet illud: & omne fructiferum, purgabit illud. Vides igitur in sarmentis fructum
 requiri, id est, bona opera pœnitentiæ, sicut Ioannes ait: Facite ergo fructum di-
 gnum pœnitentiæ. uides sarmenta purgari, quæ sunt detrimenta carnis, damna
 lætitiæ, damna patrimonii, uitæ labores: qui actus proprie pœnitentium est. ui-
 des etiam agricolorem domini, qui ipsa etiam sarmenta non perdat, sed purget &
 colligat, aliqua plane in ignem, aliqua nouellandis pastinandisq; uineis. Eli sa-
 cerdos, ais, loquitur & dicit: Si uir in uirum peccauerit, orabunt pro eo: si au-
 tem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Ioannes itidem: Si quis scit peccare
 fratrem suum peccatum non utique ad mortem; postulabit pro eo, & dabit illi ui-
 ram Deus. Est autem peccatum, quod ad mortem ducit: non pro illo dico, ut
 depreceris. Vides hoc totum ad peccata manentia pertinere, non ad eos, qui ali-
 quando peccauerint, & cœperint pœnitere, antequam quisquam pro illis roget.
 Longum est, ut exempla replicemus, attende uniuersa peccata, quibus dominus
 comminatur: iam uidebis esse præsentia. quod si non proderit iusto in tempore
 iniquitatis suæ præterita iustitia: non oberit impio in tempore iustitiæ suæ iniqui-
 tas

ras derelicta: cum scriptum sit: Relinquat impius uias suas, & uir facinorosus cogi-
 tationes suas; & conuertatur ad Deum: & misericordiam consequetur. quod si
 Deus etiam peccata præterita puniuit, de quo transactis & prætermisissis pœnã, sup-
 pliciumq; constituit: age, non habet in sua potestate mutare sententiã? nõ Raab,
 non Nabuchodonosor regem, non Gabaonitas, non Niniuitas, non Segor a præ-
 dicto interitu liberauit? non per ipsum Iohel uates hæc intulit: Conuertimini ad
 dominum, Deum uestrum, simulq; ieiunio, & fetu, & planctu: quia misericors
 est, & patiens, & magnanimus, & multæ miserationis, & pœnitens in malitiis? Et
 quis scit, si reuersus pœnitebitur, & relinquet post se benedictionem? Quare, sicu-
 bi constitutam peccantibus pœnam probaueris, hoc tenebis: aut peccatis perse-
 uerantibus constitutam, aut libertatem Deo relictam mutandã, si pœniteas, ad
 meliora sententiæ. Ais adhuc scriptum: Quod si manus tua, uel pes tuus scandali-
 zauerit te, abiice eum abs te. Quid sit hoc, Moyses Deuteronomio testificante
 prædixit. Si autem precatus fuerit te frater tuus, hi sunt enim oculi & manus no-
 stræ, aut filia tua, aut uxor tua, quæ est in sinu tuo, aut æqualis animæ tuæ dicens:
 Eamus, & seruiamus Diis, quos non noueras. Deinde adiecit inferius. Deferes
 eum, & manus tua erit, super ipsum ad occidendum eum. Vides ergo non de pœ-
 nitentibus dictum, sed de iis, qui non solum ipsi in facinore perseuerant, uerum
 etiã qui nos scandalizare nõ desinunt. hi quamlibet cari sint, relinquendi: quam-
 libet utiles, deferendi sunt. Proponis adhuc dixisse apostolum Paulum: Auferte
 malum ex uobis ipsis, malum utique perseuerans. Ceterum, pœnitentia malum
 non est: cum David dicat: Bonum est exomologesim facere Deo. Nec tamen me
 cum est ille, quem pœnitet; nec parte sanctorum, nec pace coniungitur. Sed di-
 cit apostolus: Si quis frater nominatur, & sit aut fornicator, aut simulacris ser-
 uens, aut auarus, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax; cum eiusmodi nec cibum
 sumere. Vides non sine causa esse positum, Et sit: id est, qui necdum pœniteat,
 qui necdum improbus esse deserit? Et certe de auaris, & ebriosis, & maledicis si-
 mul dictum est. Responde, frater, an nullus eiusmodi uestra pace teneatur? Ergo
 inde est, & quod per Esaiam Deus clamat: Simul iniqui, & peccatores peribunt.
 Non pœnitentes, non misericordiæ opera procurantes: quibus apud eundem rur-
 sus Esaiam Deus dicit: Et si fuerint peccata uestra, ut phœnicium, ut niuem deal-
 babo: et si ut coccum, ut lanam candidam ea efficiam. Attamen, ut ait, aposto-
 lus condemnauit errantem. nam ad Corinthios prima ita dicit: Ipse ego quidem
 absens corpore, præfens autem spiritu. Iam iudicaui eum, qui tale facinus admi-
 sit, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis omnibus in uirtute
 Dei tradere eiusmodi Satanæ, in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die do-
 mini. Nota, frater, primum, quod non damnat eos, cum quibus iste communi-
 cat. solus ipse, qui tale facinus admisit, Satanæ traditur: solus excluditur, sal-
 ua pace sanctorum. Vos omnes ecclesias pro uno peccatore damnatis? Deinde ui-
 des, quod hic ipse peccator incestus non morti traditur, sed Satanæ, ad emendan-
 dum, ad colaphizandum, ad pœnitendum. Denique ait: Ad interitum carnis,
 non tamen animæ, non etiam spiritus, sed ad solius carnis interitum, tentationes
 scilicet, carnis angustias, detrimenta membrorum, sicut alibi, de intemperanti-
 bus dicit. Tribulationem autem carnis patientur eiusmodi. Vis hoc scire? In secun-
 da Corinthiorum hunc ipsum idem Paulus absoluit: nam de ipso ait:
 Sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio ea, quæ fit a pluribus; ita ut e contrario
 magis donetis, & consolemini; ne forte maiore tristitia absorbeat, qui eiusmodi
 est. propter quod obsecro uos, ut constituatis in eum caritatem. Item infra:
 Si cui autem aliquid donastis, & ego. nam & ego quod donauit, propter uos in
 persona

persona Christi; ut non possideamur a Satana. Vides apostoli indulgentiam proprias etiam sententias temperantem? uides mitissimam lenitatem longe a uestro supercilio seperatam? longe a Nouatiani fronte dissimilem, communi uero uita ac saluti omnium consulentem? At etiam in nos seuerus censor inueheris. Dicis, ex lege caelesti unum ex mandatis soluere non licere, nec communicare lupis agnos, & quod omnis consensus in crimine sit. Ideo qui picem tetigerit, inquinetur; nec sit ulla societas lucis ad tenebras, aut templo Dei cum idolis, aut conuentio Christi ad Belial, Ideoq. Dauid dicit, Furem uidebas, & concurrebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Ain tandem: quia nos domini mandata rescindimus, nos unum apicem legis inflectimus Nouatiani; quia tota ecclesiae, tota concordiae, an potius iura uiolarunt; qui post tot pacis annos, tot foedera sanctitatis, nouas tibi leges, noua instituta, nouos ritus pepererunt, arcanum iustitiae inexorabili fronte simulantes? Nos in ecclesiam lupos recipimus, qui haereticorum ora uitamus, an potius Nouatiani, qui cum ipsi sint rapaces lupi, paulo inferiores ouiculas reformidant? Nos consentimus malis, nos picem tangimus, nos tenebris cohoremus, nos idolo & Belial iungimur; aut illi, qui Euaristum, qui Nicostratum receperunt, ceterosq. ab ecclesia recedentes, lingua, manu, moribus inquinatos? Nos cum adulteris & furibus conuenimus; an illi, qui Nouatum uitae suae, & capiti praetulerunt, post interceptam pecuniam pupillorum, atque uiduarum, miserum parentis & partus uxoris parricidam non modo non paenitentem, uerum etiam gloriantem? Verum Paulus apostolus dixit: Manus cito nemini imponas. Docet idem uel tarde, uel post paenitentiam non negandas. Sed perdita Hierico Achan filius Carini propter furtum uestis occisus est. Age, uos totos fures interficite pecuniarumstrarum atque librorum, & in Nouati ossa sauite: iugum illud rursus accipite, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt. Quid cessatis Nouatiani oculum pro oculo, dentem pro dente deposcere, animam postulare, circumcissionis & sabbati redintegrare commercium? Necate fures, lapidate petulantes. Nolite in euangelio legere, quod pepercerit dominus etiam adulterae confitenti, quam nemo damnarat: quod peccatricem, quae lacrymis pedes eius lauabat, absoluerit: quod Raab apud ipsam Hierico urbem Phoenicum liberauit: quod Thamarem a sententia patriarchae absoluerit; quod Sodomis quoque percuntibus, Lothi filias non extinxerit, liberaturus & generos, si futurum excidium credidissent, Age, non tenes dicere apud Dauid dominum: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: Salomonis quoque sententiam non tacere, Frater fratrem adiuuans exaltabitur? Quid apostolus? fratres, & si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerantes uosmet ipsos ne tentemini. inuicem onera uestra portate; & sic adimplebitis legem Christi. Et illud, quod ante iam retuli: Opto enim anathema esse in Christo pro fratribus meis cognatis secundum carnem. Et iterum: Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrificerem, hoc est, cum uilneratis gemitus, cum aegrotantibus laborem, mortem cum moriente partiri, casum fratrum cum statu suo posse miscere, aliquid de sua sanitate decidere, & deficientibus adhibere medicinam. Quid uobis prodest, superba, & aspera fronte durari, altis rigere ceruicibus, uultus torquere, & miseris auditis oculosq. pracludere? numquam, uos oro, cecidistis? nulla in uestris mentibus macula est? nulla in oculis, oro, festuca? Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse a peccatis? credo, uos iusti, beneuoli, temperantes, quibus membra omnia sana sunt, quibus omne corpus intactum, quibus medicus necessarius non est, nec medicina languorum. Intrate iam caelum, paradisi aditus romphæa cedente penetrare:

Psal. 49

1. Timoth. 5

Ioan. 8

Ioan. 12

Psal. 119

Gal. 6

1 Cor. 9

Prover. 20

trate: tot nostrorum populis Deum unicum confitentibus, dona uestra pracludite. Quae si se longe aliter habent, quam implacabilis rigor rerum, & immanitas uestra mentitur: iam intelligitis, Nouatiani, Deum posse misereri, iam miseris fratribus de praeterito confitentibus uel seram patere medicinam, iam uulneratum illum a leuita & sacerdote praeteritum per Christum posse curari, iam ecclesiae preces humilibus non negandas, iam manus sacerdotum miserendis fratribus exhibendas. Nos autem intelligimus, ut exprobras, Ecclesiam Dei, columbam non felle amaram, non unguium laceratione uiolentam, paruulis quoque plumis, exiguisque candentem. Scimus etiam eum aquae uiuae, fontemq. signatum, nulla haereticis gurgitis labe fordere, hortumq. conclusum, plenum holeribus magnis pariter & paruulis, uilibus, atque pretiosis: octo quoque animas ex arca, sed inter quas & Cham fuerit, & millia illa uolucrum, atque ferarum bina, atque septena, munda pariter, & immunda: fontes uero siccos, & nebulas turbidibus excitatas, haereticorum sterilitatem, & insanarum uocum impetus arbitramur. Nec promittimus libertatem, cum ipsi serui simus poenae: sed crimina nostra confessi, reliquos etiam, ut fateantur, hortamur, credantq. in eum, qui iustificat impium ex fide, qui reflexit sententiam aduersus malitiam irrogatam. Attendimus quoque a falsis prophetis, & lupis rapacibus, cum cauemus a uobis. Iamnem uero, & Mambrem sic restitisse Moyse, sicut uos catholicis, arbitramur. Inde sic ponit apostolus:

20 Quia sicut Iamnes, & Mambres resistunt Moyse, ita & hi resistunt ueritati, homines mente corrupti, & a Deo reprobi, sed ultra non proficiunt. insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Quod in uos dictum esse, manifestum est: qui neque proficere amplius, neque insipientiam uestram celare potuistis. Qui baptizatur a mortuo, nihil proficit, utique qui haeretico fonte dilutus: sic & qui peccatoris oleo ungitur, id est, qui spiritu satiatur immundo. Ergo & filii sanguinum uos eritis. non enim pacem fratrum, sed sanguinem concupiscitis. Fides falsa, est uestra crudelitas. adultera mulier, haeretica congregatio est. catholica enim ab initio de uiri sui thoro, & thalamo non recessit, nec alienos amatores, aut extraneos concupiuit. Vos exulem formam nouo colore pinxistis: uos thorum uestrum a coniugio separastis antiquo: uos a matris unicubae corpore recessistis, nouo placendi genere, nouis corruptelarum illecebris expoliti. Nam quod Cyprianum beatissimum mihi pro contrario teste proponis: quia in epistola, quae de lapsis est, Mosen, & Danielelem, & Iob orasse pro peccatoribus dicat, nec impetrasse, dicente domino: Et si tres in medio eorum fuerint, Noe, Iob, & Daniel non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli salui erunt. Utinam, utinam Cypriano teste nitaris: utinam tam salubribus sententiis acquiescas. ille enim cum lapsos ad paenitentiam cogeret, qui paenitere nolebant dicentes a confessoribus siue martyribus accepisse se pacem, docuit, & ostendit, quod nec patriarchae illi pro non paenitentibus impetrarent. etenim, quis liberare possit inuitum? quis pro superbis humiliari? quis pro non paenitentibus impetrare? quod utique cum diceret, ad paenitentiam cogebat remedia. Nec contra se locutus est aliquid uir illius grauitatis, & meriti: sed fundendas a peccatoribus preces docuit, & exomologesim diligendam. Ipsa tamen Cypriani exempla te permouent, quibus & Moysen, & ceteros sanctos non impetrasse commemorat, qui pro peccatoribus postulabant. Ain? non uides Moysen, pro quibus non impetrauerit? reuersus ad populum, quid audit in castris? Voces ebriorum & cantus idolothyti personabant. adhuc perseuerabat in nequitia populus, adhuc in ipso crimine permanebat; ac paenitere non nouerat. Attamen quis tibi nostrum dixit, quod Moyses non impetrauerit? dixerat quidem illi Deus: Si quis deliquit ante me, delebo eum de libro. dixerat tamen auctoritate iudicis, & do-

10

20

30

40

Cant. 4.

2. Timoth. 3

Ezech. 14

mini potestate . sed uide , quam cito reflexerit sententiam aduersus populi mali-
tiam irrogatam : ausculta . Propheta statim ibidem , Et precatus est , inquit , Moy-
ses in conspectu domini Dei sui . Quare domine irasceris ita in populum tuum ? &
reliqua . Item infra : Et propitius factus est dominus de malignitate , quam dixe-
rat facere populo suo . Vides lenitam esse iram Dei ? uides offensam esse placatam ?
Et pro populo nõ rogauit , nec quod fecerat pæniteni . Sed Noe , inquis , & Daniel
& Iob filios & filias liberare non potuerunt . Et hoc tale est : Si pro non roganti-
bus petant : si pro perseueranti in crimine deprecantur : si non singulos , si non pau-
cos , sed millia multa defendant . Ceterum Noe domum suam a ruina publica li-
berauit : & Iob recepit cuncta , quæ perdidit : & Daniel instantem illum sapienti-
bus Babylonæ gladium oratione decussit . Loth certe pro salute opidi , Paulus
pro uectoribus nauis orat . Sic abfoluuntur a iustis , qui pænitere nouerunt . Po-
stremo uel illud aspicio , quod scriptum ais : Ipsi soli salui erunt . qui illi ? ipsi uti-
que pro peccatoribus deprecantur , impune pro talibus postulabunt . Et cur ec-
clesiam damnas ? cur pro pænitentibus prohibes deprecari , si etiam pro his petere
licet , pro quibus non licet imperare ? Lege igitur diligentius Cyprianum meum ,
lege totam de lapsis epistolam , lege aliam , quæ ad Antonianum dedit ; ubi exemplis
omnibus Nouatianus urgetur : iam scies , quid de pænitentium curatione pronun-
ciet . Cyprianum loquor uestra oppugnatem , & catholica iura retinentem . Terrullia-
nus post hæresim , nã multa inde sumpsistis , ipsum epistola sua , & ea ipsa , quam ca-
tholicus edidit , audies confitentem posse ecclesiam peccata dimittere . Vides ergo
Ecclesiam esse reginam in ueste aurata , & uariiegata , multorum utique corporum mul-
torumque populorum uarietate compositam . Non est coloris unius ista pictura : nec
in uno habitu emicat tanta diuersitas . pars illa indumenti tegit , ista componit :
non nulla pectori adhæret : aliqua ultimo sinu trahitur , & inter uestigia ipsa sorde-
scit . quædam purpuræ martyrum comparatur , aliqua serico uirginali : nonnulla
sinu plicante subsuitur , aut acu inserente reparatur . alius enim sic , alius autem sic ,
& tamen una in omnibus regina componitur . Ergo eadem secunda uitis , & lo-
cuples , plures habens ramos , multo palmitum crine distentior ? nihil ne ex istis
hiberno frigore laborauit ? nihil asperas grandines pertulit ? nihil torridas incusa
uit ætates ? asperior est hæc gemma palmitibus , ista fortior , illa sincerior : hæc se
diffundit in fructus , hæc in folas exuberat frondes . Vitis tamen ubique formosa .
mater hæc adolescentularum , quarum non est numerus . Calculare denique , si
potes , catholicos greges , & duc in digitos nostræ plebis examina , nec illa modo ,
quæ toto orbe diffusa sunt , cunctis plena regionibus : sed hæc , frater Sympronia-
ne , quæ tecum in proximis finibus & uicina urbe consistunt . Contemplare , quot
nostros unus aspicias , quot meorum populis solus occurras . nonne ut stillicidia
fontibus magnis , nonne ut ab Oceano quædam gutta sorberis ? Dic , dic an
istæ adolescentulæ ex uestra plebe generentur , an tu solus hoc parias . Nostra
est , inquam , ista regina , electa matri suæ , atque perfecta . Nihil quippe electum ,
nisi melius , & maius ex alio , nihil perfectum potest esse , nisi plenum . Iam & il-
lud attendite , an hæc potissimum ædificata sit in fundamentis prophetarum , &
apostolorum , ex ipso angulari lapide Iesu Christo ? si ante te coepit ; si ante te
credidit ; si a fundamentis prioribus non recessit ; si non illa migravit ; si non a re-
liquo corpore separata , suos sibi magistros , & propria instrumenta constituit ; si quid
inolitum argumentata est ; si quid noui iuris inuenit ; si corpori suo repudium pa-
cis indixit : plane tunc a Christo recessisse uideatur , tunc extra prophetas & apo-
stolos constitisse . Hæc igitur erit domus magna , locuples omnium diuersitate ua-
forum ; in qua purum refulget aurum ; in qua ductile lucet argentum ; uerum quæ
etiam

Iob. 42

10

20

30

40

etiam lignea , sicut scriptum est , & fictilia uasa dignatur . magna enim domus mul-
tos mouet usus , opera diuersa sollicitat . non solum quærit argentum , nec aureo
tantum delectatur ornatu . subinde plus decet magna contemptus : & inter nobiles
ambitus exigua quoque iucunda sunt . Nullus artifex opera sua despicit ; nec uilia
sibi putat esse , quæ fecit . & unde pro peccatoribus passum putas Christum , nisi
quod perdere noluit , quidquid ipse formauit ? unde illum putas hodieque patrem
interpellare pro miseris , nisi quod modicum quemque , & despectissimum non re-
pellit ? neminem ex his , quos acceperit , perditurus , ligneo licet , ac fictili compa-
rentur : atque ita in domo sua omnia uasa componit . Tandem , frater Sympronia-
ne , non pigeat esse cum multis : tandem libeat reduuias Nouatianorum , & præse-
gmina uestra contemnere : tandem catholicos greges , & tam late patentes ecclesiæ
populos intueri . Vbi unus , inquires , ibi & ego : & ubi duo , ibi ecclesia : ubi unus ta-
men concors , ubi duo pacifici , ubi unus & ecclesia ; quanto magis , ubi plures ?
Meliores , inquit , duo , quam unus , & spartum triplex non rumpitur . Audi Da-
uid : Psallam nomini tuo in ecclesia multa . Et iterum : In populo graui laudabo te .
Et Deus deorum locutus est , & uocauit terram ab ortu solis usque ad occasum .
Quid semen Abraham , secundum stellarum modos & numeros arenarum , uestra pau-
pertate contentum ? Benedicentur in te , inquit , omnes tribus terræ . Dic , Noua-
titanus has impleat ? non tam parum sanguine suo redemit Deus , nec tam pauper
est Christus . Cognosce iam , frater , ecclesiam Dei dilatantem tabernacula sua , &
aulæorum palos dextra sinistraque figentem : intellige ab ortu solis usque ad occa-
sum laudabile nomen domini . uide , uide quæso , Nouatianis in uerba luctantibus
catholicas agi toto orbe diuitias . Super omnibus , quibus a te sum consultus , in-
struxi : nullum ex propositis caput sententiamue præterii : ad ipsos apices , & uer-
ba respondi . si consulentis animo requisisti , amanter ostensum est : si laceffentis ,
haud segniter disputatum . subiungam , cum uacuum erit , & aliam epistolam ; in
qua non uestra redarguam , sed nostra proponam . quam si benigne , & sine fastidio
legeris ; fortasse non lædet . interim in ista , peto , ut singula quæque percenseas . o-
mnia cito lecta prætereunt . si charismata meliora desideras ; & bonæ eruditionis
animum geris : non facile tam uera contemnis . Dominus te in æternum custodi-
re , & protegere dignetur , & Christianum uiuere faciat ad concordiam spiritua-
lem . Amen .

Timoth. 2

Eccl. 4

Psal. 49

Gen. 12


Psal. 112

F I N I S .

213

SVLPICII SEVERI
SACRA HISTORIA

PRAEFATIO.



10

ES a mundi exordio, sacris litteris editas, breuiter constringere, & cum distinctione temporum usque ad nostram memoriã carptim dicere aggressus sum, multis id a me studiose efflagitantibus, qui diuina, cõpendiosa lectiõne, cognoscere properabant. quorum ego uoluntatem secutus, non peperi labori meo, quin ea, quæ permultis uoluminibus perscripta continebantur, duobus libellis concluderem, ita breuitati studens, ut pæne nihil gestis subdixerim. Visum autem mihi est non absurdum, cum usque ad Christi crucem, apostolorumq. actus per sacram historiam cucurrissem, etiam post gesta conuertere, excidium Hierosolymæ, uexationesq. populi Christiani, & mox pacis tempora, ac
20 rursus ecclesiarum intestinis periculis turbata omnia locuturus. Ceterum illud non pigebit fateri, me, sicubi ratio exegit, ad distinguenda tempora, continuandamq. seriem, usum esse historicis ethnicis, atque ex iis, quæ ad supplementum cognitionis deerant, usurpasse; ut & imperitos docerem, & litteratos conuincere. ueruntamen ea, quæ de sacris uoluminibus breuiata digessimus, nõ ita legentibus auctor accesserim, ut, prætermisissis illis, unde hæc deriuata sunt, appetantur; nisi, cum illa quis familiariter nouerit, hic recognoscat, quæ ibi legerit. etenim uniuersa diuinarum rerum mysteria non nisi ex ipsis fontibus hauriri queunt. Nunc initium narrandi faciam.

30

SVLPICII SEVERI SACRAE
HISTORIAE

LIBER PRIMVS.

Vndus a domino constitutus est, abhinc annos iam pæne sex millia, sicut
M processu uoluminis istius digeremus: quamquam inter se parum consentiant, qui rationem temporum inuestigatam ediderunt. quod cum uel
40 Dei nutu, uel uitio uerustatis eueniat, calumnia carere debet. Mundo autem condito, homo factus est: uiro Adam, mulieri Eua nomen fuit. sed constituti in
paradiso, cum interdictam sibi arborem degustassent; in nostram, uelut exules, Gen. I. 2. 3
terram eieciti sunt. Deinde ex his Cain atque Abel nascuntur. sed Cain impius fratrem
interemit. filium Enoch habuit, a quo primum ciuitas condita est, auctoris
nomine uocitata. ex hoc Irad, atque ex eo Mamahel nascitur. hic Mathusalem
4 filium habuit: isq. Lamech genuit, a quo iuuenis quidam occisus traditur, nec
tamen nomen refertur occisi. quod quidem futuro mysterio fuisse præmissum, a
prudentibus æstimatur. Igitur Adam, post necem filii minoris, Seth filium
5 creauit, cum iam trigessimum & ducentessimũ annum ætatis impleisset. uixit autem
annos

annos DCCCCXXX, Seth uero Enos, Enos Nainan, Nainā Malaēl, Malaēl Ia red, Jared Enoch genuit: qui ob iustitiā translatus a Deo traditur. Huius filius Mathusalem dicitur esse, qui Lamech genuit: ex quo Noe natus, iustitia egregius, & prae ceteris mortalibus domino carus, acceptusque. Quae tempestate cum iam humanum genus abundaret; angeli, quibus caelum sedes erat, speciosarum forma uirginum capiti illicitas cupiditates appetierunt; ac naturam suam; originemque degeneres, relicti superioribus, quorum incolae erant, matrimoniis se mortalibus miscuerunt. hi paulatim mores noxios conferentes, humanam corrumpere progeniem, ex quorum coitu gigantes editi esse dicuntur, cum diuersae inter se naturae permixtio monstruosa gigneret. Quibus rebus offensus Deus, maximeque malitia hominum, quae ultra modum processerat, delere penitus humanum genus decreuerat: sed Noe, uirum iustum, uita innocens destinatae exempti sententiae. Idem admonitus a domino, diluuium terris imminere, arcam immensae magnitudinis ex lignis coetexit: ac bitumine illitam, impenetrabilem aquis reddidit. qua ille cum uxore, ac filiis tribus, & totidem uiribus est clausus: uolucrum etiam parua, itidemque diuersi generis bestiarum, eodem clastro recepta: reliqua omnia diluuium absumpta.

8 Igitur Noe, cum iam imbrem destitisse, ac quieto in salo arcam circumferri intellexeret, ratus id quod erat, aquas decedere, corum primum explorandae rei gratia, eoque non reuertente, (ut ego conuicio, cadaveribus detento) emisit columbam: quae cum consistendi locum non reperiisset, reuersa est. rursus remissa, folium oliuae retulit: manifestum indicium, nudari cacumina arborum: tertio demum emissa, non rediit: unde animaduersum, aquas destituisse. ita Noe arcam egressus est. id gestum a mundi exordio, post annos, ut ego comperio, MMCCXLII. Ac primum Noe aram domino statuit, hostiasque ex uolucris immolauit. mox a domino cum filiis benedicitur. praecipitque accepit, ne sanguine uesceretur, aut sanguinem hominis effunderet: quia mundi primordia, mandati istius liber Cain maculauerat. Igitur, uacuo tum saeculo, ex filiis Noe Sem fuit. tres enim habuit Sem, Cham, Iaphet. sed Cham, quod sopitum uino patrem raserat, maledictum a patre meruit. Huius filius, Chus nomine, Nembrod gigantem genuit: a quo Babylon ciuitas constructa traditur. Pleuraque etiam opida ea tempestate condita memorantur; quae nominatum persequi animus non fuit, sed cum multiplicaretur humanum genus; diuersaque loca, atque insulas mortales haberent; una tantum omnes lingua utebatur; donec se in unum dispergenda per totum orbem multitudo contraxit. his more humani ingenii consilium fuit, insigni aliquo opere famam quaerere, priusquam a se inuicem deducerentur. Ita turrim facere aggressi, quae caelo accederet, nutu Dei, ut officia operantium praepedirentur, inassueto sermonis genere, multa diuerso, neque ulli inuicem intellectu linguarum ritu loquebantur: quo promptius dispersi sunt, cum alter alterum uelut alienigenam facile relinquebat. Sed filiis Noe ita diuisus orbis fuit, ut Sem intra orientem, Iaphet occidentem, Cham mediis contineretur. ita usque ad Abraham ducta successio, nihil sane insigne, aut memorabile in se habuit. Abraham autem patre Thara natus est, post diluuium anno millesimo & septuagesimo. Abraham uxor Sara dicta est, primaque eis in regione Chaldaeorum habitatio fuit. Inde apud Charras una cum patre diuersatus est. Quae tempestate admonitus a domino, domum, patriam, ac patrem relinquens, assumpto Loth, fratris filio, in terram Chanaanorum profectus, in loco, cui Sychem nomen est, coesedit. mox annonae inopia Aegyptum concessit. ac rursus reuersus Loth, praee multitudine familiae a patruo digressus, ut laxioribus uacuae tum regionis spatiis uterentur, in Sodomis coesedit. id opidum infame incolis, uiris in uiros irruentibus, atque

Gen. 6.
Falsa, & iam
pridem explorata
sententia
non solum a
Graecis & Latinis
patribus,
sed ab Hebraeis
etiam, &
Chaldaeis au-
thoribus, ut in
notacionibus
ostendimus.

Gen. 7

8

9

10

11

12

13

10

20

30

40

ob id inuisum domino fuisse traditur. Ea tempestate reges uicinarum gentium in armis erant; cum antea nullum inter mortales certamen fuisset. sed aduersum hos, qui bello uicina tentabant, reges Sodomorum, Gomorreorum, uicinarumque regionum in praellium erumpunt; primoque impetu fusi, uictoriam concessere. tum a uictoribus Sodoma direpta, praeda hostibus fuit, ductusque Loth in captiuitatem. quod cum Abraham comperisset, prope armatis seruis suis, numero trecentis decem & octo, reges uictoria feroces, exutos praeda armisque, in fugam compulsi. tum a Melchisedech sacerdote benedictus est, eidemque decimas praedae dedit. Reliqua iis, quibus erepta erant, reddidit. Per idem tempus Abraham dominus locus 15
10
10
17
16
17
19
20
Ibidem et Sap. 19
Ibidem et Sap. 10
Ibid. et Esa. 13
Gen. 22
30
23
24
40
25
Paralip. 2.
ita

tus est, multiplicandumque semen eius, sicut arenas maris, stellasque caeli spondit; peregrinumque eius semen praedictum futurum, ac posteros in hostili solo per quadringentos annos laturos seruitium, postea libertati restituendos. Tunc ei, atque uxori eius, adiectione unius litterae nomen immutatum: ita nunc ex Abram Abraham, ex Sarai Sara dicitur. cuius quidem rei non inane mysterium non est huius operis exponere. Eodem tempore Abraham lex circumcisionis imposita est. Erat ei autem ex ancilla filius Ismael: & cum ipse esset annorum centum, uxor autem eius nonaginta, futurum eis filium Isaac, dominus pollicetur, qui cum duobus angelis ad eum uenerat. inde Sodomam missi angeli, Loth in porta sedentem reperierunt. quos cum ille, homines existimans, hospitio receptos, cenatosque domi haberet: iuuentus improba ex opido, nouos hospites ad stuprum flagitabant. Loth pro hospitibus filias offerens, non acquiescentibus, quibus illicita potius desiderio erant, ipse ad stuprum trahebatur. quem angeli prope ab iniuria uindictantes, luminibus impudicorum caecitatem offuderunt. Tum Loth ab hospitibus edoctus, perdendum opidum, prope cum uxore & filiabus est egressus: interdicitum tamen eis est, ne retrorsum conspicerent. Sed mulier parum dicto audiens, (humano malo, quo aegrius uetitis abstinetur) reflexit oculos, statimque in molem conuersa traditur. at Sodoma diuinis ignibus conflagrauit. Loth autem filiae exstantes humanum genus interuisse, concubitu inebriati patris appetuerunt: unde Moab, & Ammon nati sunt. Per idem tempus fere, cum Abraham esset etiam centum annorum, Isaac filius natus est. tum ancillam, de qua Abraham filium suscepserat, Sara expulsi: quae habitasse in deserto una cum filio, & praesidio domini defensa traditur. Non multum post, dominus Abraham fidem tentans, immolandum sibi a patre filium Isaac poscit. quem ille non cunctatus offerre, cum arae puerum superposuisset, gladiumque educeret, uox missa de caelo est, puero ut parceret. uictimae aries praesto fuit. consummatoque sacrificio, Abraham dominus locus 23
24
40
25
Paralip. 2.
ita

Gen. 25 ita ab Isaac separati sunt. Abraham diem functus est, impletis annis centum & quinque & septuaginta: corpus sepulcro Saræ uxoris appositum. At Rebecca diu sterilis, assiduis mariti ad dominum precibus; a die matrimonii uigesimo fere geminos edidit: qui in matris aluo exultasse sæpius traduntur. dictumque responso domini est, duos in his populos prænunciari, & maiorem minori subdendum esse principio. sed prius editus, asper setis, Esau uocatus: minori Jacob nomen fuit.

Ibidem & Rom. 9

Gen. 26 Ea tempestate grauis annonæ inopia terras inceserat. Qua necessitate Isaac in Genesari ad regem Abimelech cessit, admonitus a domino, ne in Aegyptum descenderet: eidemque uniuersæ terræ illius possessio promittitur, ibique benedicitur. multiplicatusque pecore, atque omni substantia a gente, inuidia ab incolis pellitur: pulsus, apud puteum iuramenti confedit. Igitur annis grauior, luminibus obductis, cum Esau filium benedicere pararet, consilio Rebeckæ matris, Jacob se benedicendum pro fratre obtulit. ita Jacob adorandus principibus & gentibus fratri præponitur: queis rebus Esau accensus, fratri necem moliebatur. quo metu Jacob, hortante matre, in Mesopotamiam confugit, admonitus a patre, ut ex domo Laban, fratris Rebeckæ, uxorem acciperet. tanta illis cura fuit, cum in alienis terris consisterent, genus tamen intra familiam suam ducere. ita Jacob profectus in Mesopotamiam, per soporem dominum uidisse traditur: atque ob id locum somnii sacratum habens, lapidem ex eo sumpsit, uouitque, si rebus prosperis reuertisset, titulum sibi domus domini futurum, decimasque omnium, quæ acquisita sibi forent, domino daturum. inde se ad Laban fratrem matris contulit: que ille sororis filium agnitum, in hospitium benigne recepit. Erant Laban duæ filiæ, Lia & Rachel: sed Lia oculis deformior, Rachel pulchra fuisse traditur. cuius speciem Jacob captus, amore uirginis conflagrabat: eamque sibi in matrimonio a patre postulans, septem annorum seruitio se mancipauit. sed impleto tempore, Lia ei supponitur: ac rursum septem in seruitio subditur, atque ei Rachel traditur. sed hanc diu sterilem, Liam fecundam fuisse accepimus. filiorum, quos ex Lia Jacob habuit, hæc sunt nomina: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Zabulon, Dina. ex ancilla uero hæc: Gad & Aser. ex ancilla Rachel, Dan & Neptalin nati sunt. At Rachel, desperatam partu, Ioseph edidit. Tum Jacob redire ad patrem cupiens, cum ei Laban offerret partem pecorum mercedem seruitii dedisset, ob quæ parum sibi eum æquum generi Jacob ratus, dolum ab eo suspectans, clam profectus est, uigesimo primo fere anno quam aduenerat. Rachel, uiro incio, patris idola furto abstulit. qua iniuria Laban generum persecutus, non repertis idolis, pace facta regressus est; multum obrestatus generum, ne uxores filiabus suis superinduceret. Inde digressus Jacob, uidisse angelos, & castra domini, traditur. sed cum præter regionem Edom, quam Esau frater incolebat, iter destinaret, missis prius legatis, et muneribus, suspectum sibi fratrem explorauit, tum ille obuiam fratri processit; nec tamen se ultra fratri credidit. Sed pridie, quam inter se fratres conuenirent, dominus, humana specie assumpta, colluctatus cum Jacob refertur. et cum aduersus dominum præuoluisse, tamen non esse mortalem, non ignorauit: benedici sibi ab eo flagitabat. tum a Deo illi immutatū nomen est, ut ex Jacob Israel diceretur: sed cum ille uicissim a domino nomen domini quæreret; Non esse quærendum, quia admirabile esset, responsum est. Ex colluctatione autem neruus femoris Jacob obtorpuit. Igitur Israel declinans fratris domum, promouit agmen in Salem, Siciniorum opidum: atque ibi, loco pretio accepto, tabernaculum statuit sibi. huic opido Emor, Chemoreus princeps, præerat. huius filius Sichem Dinam, filiam Jacob, ex Lia genitam, stupro subdidit. quo comperto, Simeon, & Leui, Dinæ fratres, omnes in opido sexus uirilii dolo peremerunt, ac impigre sororis ulti sunt iniuriam: opidum

dum a filiis Jacob direptum, prædaque omnis est abducta. id factum ægre admodum tulisse Jacob traditur, mox a domino monitus, Bethleem petiit, ibique altare domino statuit. inde in parte turris Gader tabernaculum fixit. Rachel ex partu obiit: puer Benjamin uocatus est. Isaac decessit annos natus centum & octoginta. At Esau potens diuitiis erat, uxoribus sibi etiam e Chananæorum gente assumptis: cuius progeniem in hoc tam præciso opere inferendam non putauit. si quis studiosior erit, ad origines reuertatur. Post excessum patris, Jacob in solo eo, in quo Isaac uiixerat, commorabatur. filii eius aliquantum ab eo, pasculi gratia, cum gregibus secesserant: Ioseph tamen, ac Benjamin paruus, domi resederant. Carus admodum Ioseph patri, obque id inuisus fratribus: simul, quia frequentibus eius somniis maiorem eum omnibus futurum portendi uidebatur. igitur ad inspiciendos greges, reuiscendosque fratres a patre missus, opportunus iniuriæ fuit. namque, uiso fratre, consilium necis eius ceperunt. sed, obsistente Ruben, cui a tanto facinore abhorrebat animus, in lacum demissus: mox, suadente Iuda, deducti ad mitius consilium, negotiatoribus eum, qui tum Aegyptum petebant, uendiderunt, atque ab his Phuriphari, præposito Pharaonis, traditus est. Per idem tempus Iudas, Jacob filius, suam Chananæam in matrimonium assumpsit: ex qua tres filios sustulit, Her, Onan, Selam, sed Her, Thamar connubio sociatur: quo mortuo, Onan, fratris uxorem, accepit, qui, quia spermata in terram effunderet, extinctus a domino refertur. Tum Thamar, meretricio habitu assumpto, focero mixta est, exque eo geminos edidit. In partu autem illo mirabile fuit, quod cum prodeunti puero ad dignoscendum, qui prius nasceretur, obstetrix manum eius cocco illigasset, reductus in aluum matris puer, postero die editus est. nomen infantibus Phares & Zara inditum. At Ioseph, cum benigne a curatore regio, qui eum pretio acceperat, haberetur, domumque eius, & familiam procuraret, decorus ipse insigni specie, uxoris domini oculos in se conuerterat. Cumque amore ipsius deperiret, appetitum sapius, nec acquiescentem sibi, falso scelere infamat: ac uiro queritur, stuprum sibi intentatum. ita Ioseph in carcerem est coniectus. Erant in eadem custodia ministri regis duo: qui cum somnia ad Ioseph retulissent, futura ex somnio coniectans, unum eorum pœnas capite luiturum, alium absoluentum pronunciauit: atque ita accidit. igitur post biennium, somnium regi obiectum est. quod cum a prudentibus Aegyptiorum non posset absolui, minister regis ille, carcere exemptus, regem admonet, Ioseph esse mirum somniorum interpretem. ita Ioseph soluitur, interpretatusque est regi somnium; septem annis proximis maximam frugum ubertatem futuram, consequentibus inopiam. quo metu rex percussus, uidens diuinum in Ioseph spiritum, rei eum annonariæ præfecit, æquato secum imperio. tum Ioseph, abundantibus per totam Aegyptum frumentis, magnam copiam congeffit: multiplicatisque horreis, aduersus futuram famem consuluerat. ea tempestate spes, atque salus Aegypti in illo sita erat. Per idem tempus uero duos ex Aenec filios genuit, Manasse, & Ephraim. ipse autem, cum summam a rege potestatem accepit, erat annorum XXX. nam a fratribus, septemdecim annos natus, uenundatus est. Interea, rebus in Aegypto aduersus famem bene compositis, orbem terræ grauis frumenti inopia quatiebat. qua necessitate compulsus Jacob, filios in Aegyptum misit, Benjamin tantum secum domi retento. Igitur Ioseph rerum potentem, penes quem annonæ arbitrium erat, fratres adeunt, & more regio adorant. quibus ille uisis, callide agnitionem dissimulans, hostiliter eos uenisse, & subdole loca explorare, arguebat. angebatur autem, quod Benjamin fratrem non uidebat. res ergo in id deducta, ut præsentiam eius pollicerentur; nimirum ut ex eo quæreretur, an isti explorandi causa Aegyptum in-

ptum intrassent. ad promissi autem fidem Simeon obses traditur: ipsis frumentum gratis datum. rursus igitur reuertentes, Benjamin, ut conuenerat, deduxerunt.

Gen. 45 tum se cognoscendum Ioseph fratribus praeiuit, non sine pudore male merentium. ita eos, oneratos frumento, multisq. donatos, domum remisit, praemonens, quinque adhuc annos famem futuram: cum patre, atque omni progenie, ac familia ad se comigrarent. Igitur Iacob in Aegyptum descendit, Aegyptiis admodum latantibus, gaudente rege, benigne a filio susceptus. id gestum anno aetatis Iacob centesimo & trigesimo; a diluuiio autem, anno MCCC. & XL. Ceterum ab eo tempore, quo Abraham in terra Chanaanorum confedit, in id, quod Iacob Aegyptum ingressus est, referuntur anni CCXV. Igitur Iacob septimo & decimo

47 anno, quam in Aegypti aduenerat, urgente morbo, Ioseph filium obtestatur, corpus sepulcro suo redderet. tum Ioseph patri benedicendos filios suos obtulit: quibus benedictis, cum tamen benedictionis merito maiori minorem praeposisset, *48* filios omnes benedictione lustrauit. decessit autem annos natus CXLVII. funus *49* magnifice curatum: corpus in sepulcro maiorum Ioseph condidit. Fratres post *50* tris obitum, pro conscientia pauentes, benigne habuit. Decessit autem Ioseph *51* ipse, aetatis anno decimo & centesimo. Hebraei igitur, qui in Aegyptum deuenerant, incredibile memoratu est, quam cito numero aucti sint, multiplicataq. progenie Aegyptum repleuerint. sed, defuncto rege, qui eos ob meritum Ioseph benigne fouebat, succedentium regum imperio deprimebantur. nam & opus durum *20* aedificandarum ciuitatum eis impositum: & quia iam multitudo abundans metuebatur, ne quandoque libertatem armis uindicarent, paruulos recens editos aquis mergere edicto regio cogeabantur. nec dissimulari cruentum imperium licebat.

2 qua tempestate filia Pharaonis infantem, in flumine repertum, nutriendum pro *Num. 23* filio curauit: nomen puero Moyses dedit. Moyses hic, cum uiriles annos ageret, conspicatus Hebraeum ab Aegyptio pulsari, permotus dolore, fratrem ab iniuria uindicans, Aegyptium calce percussum interemit. mox supplicium e facto metuens, in terram Madian profugit: & apud Iethor, sacerdotem regionis illius, diuersatus, filiam eius Sephoram in matrimonium accepit, exq. ea duos filios, Gersom, & Eliezer sustulit. Hoc tractu temporum Iob fuit, legem naturae, & agnitionem Dei, & omnem iustitiam complexus, praediues opibus, atque eo illustrior, *30* quod his neque integris corruptus, neque amissis deprauatus est. nam cum per diabolum exutus bonis, filiis etiam esset orbatas, ad extremum diris ulceribus affectus, non potuit uinci, ut praedoloris impatientia aliqua in parte peccaret. mercedem denique diuini testimonii consecutus, sanitati redditus, omnia, quae amiserat, in duplum recepit. At Hebraei, multiplicato seruitutis malo pressi, querelis in caelum conuersi, spem auxilii a Deo expectabant. tum Moyse, pascenti oues, repente rubus ardere uisa, flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxii. qua nouitate obstupescens, rubo propius accessit, statimq. ad eum istiusmodi fere uerbis Deus locutus est, dominum se esse Abraham, Isaac, & Iacob; quorum progeniem, *40* Aegyptiorum dominatione depressam, ereptam malis cupiat: iter ergo susciperet ad regem Aegypti, ducemq. se populi in libertatem restituendi praestaret. cunctan

4 tem potestate confirmat, uirtutem ei signorum faciendorum impertiens. Ita Moyses in Aegyptum profectus, signis prius apud suos editis, assumpto fratre Aaron, regem adiit: missum se a Deo prodit, uerbisq. se Dei dicere, populum Hebraeum uti dimitteret. At ille, negas se dominum nosse, parere imperio abnuebat. Cumq. Moyses in testimonium mandatorum Dei ex uirga draconem fecisset, mox aquas omnes in sanguinem conuertisset, totamq. terram ranis opplesset: facientibus similia Chaldaeis, magicas esse artes, quaecumque per Moysen fierent, potius quam

Dei

Dei uirtutem, pronunciabat, donec superductis cyniphibus terra oppleta est, *Exod. 8* Chaldaeis fatentibus maiestate diuina ista fieri. Tum rex malo coactus, aduocato *9* ad se Moyse, & Aaron, dat populo discedendi potestatem, modo ut superductam cladem auerterent. Sed ubi clades exempta est, impotens sui animus, in se reuertens, *10* exire, ut conuenerat, Israelitas non patiebatur. ad extremum, decem plagis corporis & regni sui contusus, & euictus est. Sed prius quam Aegypto populus egressus, *11* mandatis domini instruitur, rudis adhuc temporum, mensum illum, qui tunc erat, primum omnium mensum esse cognosceret: sacrificium autem diei illius in sollempnitatem consequentium saeculorum ita esse celebrandum, ut quarta *12* decima die mensis agnus immaculatus, anniculus, uictima caederetur, eiusdem sanguine postes illinerentur: carnem penitus exedendam, os autem non conterendum: *13* septem diebus fermentum abstinerent, azymis uterentur, ritumq. hunc posteris traderent. Ita populus egressus, diues suis copiis, & Aegypti spoliis cumulator: *14* cuius numerus, ex quinque & septuaginta Hebraeis, qui primum Aegyptum descenderant, ad millia uirorum sexcenta peruenerat: ab eo autem, quo primum Abraham terram Chanaanorum accesserat, anno trigesimo & quadringentesimo, a diluuiio autem, mille quingentis quinque & septuaginta. Igitur propere egressis, *15* columna nubis interdum, noctu columna ignis praeferebatur. Sed cum, ob interiectum sinum Rubri maris, praeter terram Philistim uia duceret, ne postea Hebraeis *16* heremum aspernantibus, redeundi in Aegyptum continentibus terris noto itinere facultas panderetur, nutu Dei auersi, in Rubrum mare illati sunt, castraq. ibi *17* cunctantes constituerunt. Quod ubi regi nunciatum est, Hebraeum populum uiae errore in obiectum mare deuenisse, nullum ei esse exitum obfistente elemento, *18* furens animi, quo angebatur, tot hominum millia regno suo & potestati decedere; exercitum propere educit. iamq. eminus arma, signaq., & protenta patentibus *19* late campis acies uisebantur: cum Hebraeis, metu trepidis, & caelum aspectantibus; Moyses a Deo monitus, percussus uirga mare discidit. ita populo, cedentibus in *20* latera aquis, uelut in continenti, iter peruium fuit. Nec cunctatus rex Aegyptius cedentes insequi, mare, qua patebat, ingressus, mox coeuntibus aquis, cum omnino *21* exercitu deletus est. Tunc Moyses incolumitate suorum, exitio hostium, uirtuteq. exultans, canticum domino cecinit: idemq. omnis turba uirilium ac muliebris sexus fecit. Sed ingressus heremum, cum iam per triduum iter agerent, aquae penuria urgebat, repertaq. ob amaritudinem usui non erat. Ac tum primum impotentis *22* populi contumacia apparuit, iamq. in Moysen ferebatur: cum edoctus a Deo, lignum aquis intulit, cuius haec uis fuit, ut dulcem saporem fluentis redderet. Exin *23* promotum agmen, apud Elim, duodecim fontibus aquarum & septuaginta arboribus palmarum repertis, confedit. Rursus populus famem conquerens, Moysen increpabat, Aegyptii seruitium cum saturitate uentris desiderans: tum grex *24* cornicum, superne missus, castra oppleuit. Postero autem die animaduertunt, qui *25* extra castra procefferant, paruis quibusdam siliquis oppletum solum: quarum species in modum coriandri seminis, glaciali albedine erat, ut crebro hibernis mensibus *26* superductis pruinis tegi terram uidemus. Tum per Moysen populus admonetur, panem hunc eis munere missum Dei: unumquemque in id paratis uasculis, tantum *27* usurpare debere, quantum in diem unum pro numero singulis satis esset: sexto tamen die, quia sabbato colligi non liceret, duplum praesumerent. Verum *28* populus, ut semper parum dicto audiens, more humani ingenii, non refrinauit cupiditatem, ex reconditis in posterum quoque diem consulens. sed reposita, *29* foetore diro in uermes efferuescebant: cum die sexto in sabbatum reseruata, integra permanerent. Hoc Hebraei per XL annos cibo sunt usi: cuius sapor melli pro-

ximus,

Exod. 17 ximus, nomen Manna traditur. In testimonium autem diuini muneris, referuasse
 17 Moyses gomor plenum. in uase aureo dicitur. Inde progressus populus, cum aquæ
 penuria tentaretur, ægre ab exitio ducis temperabat. tum Moyses, mandante do-
 mino, apud locum, cui Oreb nomen est, uirga petram percuciens, large aquæ
 copiam fecit. sed ubi Raphidim peruentum, Amalechitæ populum incurfionibus ua-
 stabant. Moyses, suis in prælium eductis, cum Iosue bellantibus præfecisset, assum-
 pro Aaron, & ut spectator pugnæ futurus, simul precandi dominum gratia mon-
 tem conscendit. sed cum dubio euentu acies concurrissent, Moyfi precibus uictor
 Iosue hostes in noctem cecidit. Per idem tempus, Iethro, Moyfi focer, cum filia Se-
 phora, quæ Moyfi nupta, proficiscēte in Aegyptum uiro, domi refederat, liberisq. 10
 18 eius, cognitis rebus quæ per Moysen gerebantur, ad eum uenit. huius consilio
 Moyses ordines populi distribuit, tribunos centurionefq. & decuriones præfi-
 ciens, necessarium disciplinæ ritum posteris tradidit: Iethro in patriam regressus.
 19 Exin ad Sinam montem peruentum. ibi Moyses a domino monetur, populus ut
 sanctificaretur, auditorus Dei uoces: idq. sollicitè curatum. Sed ubi Deus monti
 insitit, ualidis turbarum clangoribus aer quatiebatur, crassæq. nubes crebris cum
 fulminibus aduoluebantur. sed Moyses & Aaron in montis cacumine dominum
 propter, populus circa ima montis constitit. ita lex lata, multiplex, & copiosa,
 Dei uerbis, & sæpe repetita: cuius si quis erit curiosior, fontem ipsum adeat, nos
 20 eam breuiter perstringimus. Non erunt, inquit, tibi Dei alieni præter me: Non fa-
 20 cies tibi idolum: Non fumes nomen Dei tui in uanum; Sabbato nullum opus fa-
 cies: Honorifica patrem tuum, & matrem tuam: Non occides: Non mœchaberis:
 Non furtum facies: Non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum: Non
 concupisces quidquam proximi tui.
 His a Deo dictis, cum tubæ circumstreperent, lampades inardescerent, mon-
 tem fumus obtegeret, populus præ timore inhorruit, uerba Dei non sustinens; po-
 poscitq. a Moysē, ut ipsi tantum loqueretur dominus, atque ita audita ad po-
 21 pulum referret. Edicta autem Dei ad Moysen istiusmodi sunt. Hebræus puer pe-
 cunia emprus, sex annis seruiet: post hæc liber erit. sponte autem permanenti in
 seruitute, auris forabitur. Qui hominem occiderit, capite pœnas luet: qui im-
 30 prudens, rite exul erit. Qui patrem matremue pulsauerit, conuiciumq. eis dixe-
 rit, capitali supplicio afficitur. Si quis Hebræum subreptum uendiderit, morti da-
 bitur. Si quis seruum proprium, seruamue percusserit, exq. eo ictu obierit, reus iu-
 dicio fiet. Si quis partum nõ deformatum mulieri excusserit, neci dabitur. Si quis
 seruo oculum aut dentem extorserit, seruus uindicta liberabitur. Taurus si homi-
 nem occiderit, lapidabitur. Si dominus sciens bestię uitium, non consuluerit, &
 ipse lapidabitur, aut pretio se redimat, in quantum accusator poposcerit. Si ser-
 uum taurus occiderit, in triginta drachmis pecunia domino numerabitur. Si quis
 defossū lacum non cooperuerit, pecusq. in lacum ceciderit, pretium pecudis do-
 40 mino dabit. Si taurus alterius taurum occiderit, pecus uenundabitur, pretiumq.
 domini partietur: peremptum. etiam diuidet. Quod si dominus uitium tauri
 sciens, non consuluerit; taurum dabit. Si quis uitulum subriperit, quinque re-
 22 stituet. Si ouem subriperit, quadrupli pœna erit. Si uiua penes abactorem pe-
 cora reperientur, dupla restituet. Nocturnum furem occidi licet, diurnum non
 licet. Si cuius pecora alterius fata depauerint, dominus pecoris euerfa restituet. Si
 depositum perierit, is, penes quem depositum fuit, iurabit nihil se dolo egisse. Fur
 inuentus duplum dabit. Commendatum pecus, a bestia interceptum, non restitue-
 tur. Si quis uirginem nondū desponsatam corruerit, dotabit puellam, & ita eam
 uxorem accipiet. Si patet puellæ nuptias recusauerit, dotem raptor dabit. Si quis
 se pecudi

Exod. 22 se pecudi miscuerit, morti dabitur. Sacrificans idolis, pereat. Viduam & Orpha-
 num non premendos: Pauperem debitorem non perurgendum: Nec usuram po-
 scendam: Vestimentum pauperis pro pignore non accipiendum: Principem po-
 puli non increpandum: Primogenita omnia domino offerenda: Carnem a fera ca-
 ptam non edendam. Coitiones in testimonium falsum, aut in quacunq. malitia,
 non esse faciendas. Inimici pecus errans non præteribis, sed reduces. Si animal ini-
 mici succubuisse oneri inueneris, erigere debebis. Innocentem, & iustum non oc-
 23 cides. Non iustificabis impium pro muneribus. Munera non accipienda. Adue-
 nam benigne habendum. Sex diebus opus faciendum: Sabbato requiescendum:
 10 Fructus septimi anni non metendos, sed pauperibus & egenis relinquendos.
 Hæc fere Moyses ad populum uerba Dei retulit, altareumq. ex duodecim lapidi-
 bus sub monte constituit. Ac rursus montem, in quo dominus consistebat, con-
 24 descendit, adhibito secum Aaron, Nabad, & Abiud, maioribusq. natu septuaginta.
 sed hi non ualentes dominum intueri, locum tamen, in quo dominus stabat,
 uiderunt. cuius mirabilis forma, & claritudo eximia refertur. Moyses autem, accer-
 situs a domino, interioremq. nubem, quæ circum dominum steterat, ingressus, qua-
 draginta diebus, totidemq. noctibus ibi fuisse traditur. Quo tempore super ædifi-
 25. 26. 27 cando tabernaculo, atque arca, ritusq. sacrificandi edoctus uerbis Dei est: quæ ego,
 28. 29. 30 quia proluxa admodum uidebantur, inferenda huic tam præciso operi non puta-
 20 ui. Sed, immorante diutius Moysē, quippe qui XL. dies apud dominum duceret,
 populus, desperato eius reditu, Aaron compulit simulacra facere. tunc ex metal-
 32 lis conflatis uituli caput extitit. cui cum populus, domini immemor, hostias ob-
 tulisset, uinoq. se & uentri dedisset, despectans hæc iusto dolore Deus, improbum
 populum, nisi a Moysē fuisset exoratus, delessset. sed regressus Moyses, cum duas ex
 lapide tabulas manu domini scriptas detulisset, populumq. luxui & sacrilegio
 deditum deprehendisset, tabulas confregit, indignam esse gentem existimans, cui
 lex domini traderetur. multis tamen increpitis, Leuitas ad se aggregauit; eisdemq.
 præcepit, ut, districtis gladiis, populum cæderent. quo impetu XXXIII mil-
 33 lia uirorum perempta traduntur. Tum Moyses tabernaculum extra castra consti-
 30 tuit, quo quotiens fuisset ingressus, columna nubis astare pro foribus uisebatur,
 coramq. ad Moysen dominus loquebatur. Poscente autem Moysē, ut dominum in
 maiestate propria uideret, responsum, formam Dei mortalibus oculis perspicere non
 34 posse; posteriora tamen eius uidere concessum: tabulæq., quas Moyses prius con-
 fregerat, refecit. Sed in hoc colloquio Dei XL. diebus diuersatus apud dominum
 Moyses traditur. cumq. de monte descenderet, tabulas præferens, tanta claritu-
 35 dine facies eius renitebat, ut intueri eum populus non ualere. sed cum mandata
 Dei relaturus esset, uultum uelamento obtexit, atque ita ad populum uerbis do-
 36 mini locutus est. Hoc in loco, tabernaculi, interiorumq. eius ædificatio refertur.
 quo consummato, nubes superne decidit, atque ita tabernaculum obumbravit, ut
 40 ipsum Moysen aditu excluderet. Hæc fere duobus libris, Genesi, atque Exodo, con-
 tinentur. Exin Leuiticus liber sequitur, in quo litandi præcepta traduntur, man-
 data etiã lætæ superioris legis adduntur, plena omnia sacerdotalibus institutis. quæ
 si quis cognoscere uolet, perfectius inde capiet. nos enim, suscepti operis modum
 custodientes, solam historiam persequimur. Igitur, Leui tribu in sacerdotium
 Num. 1. 2 segregata, reliquæ tribus dinumeratæ, repertaq. hominum DC&IIIM. Cum er-
 3 go populus mannæ cibo, ut supra retulimus, uteretur, tot, tantisq. beneficiis Dei,
 ut semper, ingratus, uiles, quibus in Aegypto assueuerat, dapes desiderabat. tum
 11 dominus immensam copiam coturnicum castris intulit: quas cum auide diripe-
 rent, primoribus labiis admotis carnibus, interibant. magnaq. eo die clades in
 T 3 castris

Num. 11 castris fuit, adeo ut XX & III uirorum millia periisse tradantur. ita populus eo,
 13 quem desiderabat, cibo punitus est. Inde promotum agmen, & in Pharan uentum
 est: edocuique a domino Moyses, uicinam esse terram, cuius possessionem eis pro-
 miserat dominus; exploratoribus in eam missis, renunciatur, felicem omni co-
 pia esse regionem, sed gentes ualidas, & munita ingentibus muris opida. quod
 14 ubi populo compertum, magna mentes omnium formido inceperat: eoque mali uen-
 tum, ut, spreto Moyse imperio, ducem sibi constituere pararent, cuius ductu in Ae-
 gyptum reuerterentur. tunc Iosue, & Chaleb, qui inter exploratores terrae fue-
 rant, conscissis uestibus flentes, populum obtestantur, ne exploratoribus credant,
 formidolosa referentibus: se quoque una cum his fuisse, nihil metuendum in so-
 10 lo illo reperisse: promissis illos Dei confidere oportere, hostes praedae potius, quam
 exitio fore. Sed gens indomita, sanis consiliis male renitens, in perniciem eorum
 ferebatur. Quibus rebus commotus dominus, partem populi hostibus cadendam
 obiecit. Exploratoribus interfectis ad uulgi formidinem, secuta est eorum contu-
 16 macia, qui se Dathan & Abiron ducibus aduersum Moysen & Aaron erigere co-
 nati sunt. sed eos uiuos hiatu suo terra absorbit. nec multo post, totius populi in
 Moysen & Aaron orta seditio est, adeo ut tabernaculum, quod erat nefas, nisi sa-
 cerdotibus, introire, irrumperent. Tum uero cateruatim in eos grassata mors est:
 momentoque omnes interissent, nisi Moyse precibus placatus dominus cladē auer-
 tisset. numerus tamen peremptorum, septingenti & XIII millia, fuit. Nec multo
 20 post, ob aquae penuriam, ut iam saepius, populi exorta seditio est. Tunc Moyses a
 domino monitus, ut petram uirga feriret, familiari sibi experimento, (siquidem id
 iam ante fecisset) semel atque iterum petram percussit, atque ita aqua effluxit. in
 quo quidem notatus a domino Moyses refertur, quod per dissidentiam non nisi
 iterato ictu aquam eduxerit. denique, ob hoc peccatum, promissam sibi terram
 non ingressus est, sicut inferius ostendam. Igitur Moyses ex eo loco promouens,
 cum praeter Edom agmen educere pararet, missis ad regem legatis, transeundi co-
 30 piam poposcit, ob ius sanguinis bello abstinendum ratus. etenim gens illa Esau
 progenies erat. sed rex supplices aspernatus, transitum negauit, paratus armis con-
 tendere. Tum Moyses in Hor montem iter conuertit, uerita uia abstinens, ne quam
 inter consanguineos causam belli praerberet. In eo quoque cursu regem gentis Cha-
 21 nanæorum deleuit: Seon quoque, regem Amorreorum, perculit, omniumque eo-
 rum opidis potius est: Bafan etiam, & Balaac, reges, deuicit, & castra super Iorda-
 22 nem haud longe ab Hierico molitus est. Tunc aduersus Madianitas certatum, ui-
 ctique, & subacti sunt. Moyses mortuus est, cum XL in deserto annos populo pra-
 fuisset. Ceterum Hebraei ob hanc causam tanto tempore in heremo fuisse tra-
 duntur, donec omnes, qui uerbis Dei non crediderant, interirent. excepto enim
 Iosue, & Chaleb, nemo ultra XX annos natus, Aegypto profectus, Iordanem tran-
 27 sit. Ipse Moyses, ut terram promissam uideret tantum, nec contingeret, peccato eius
 adscribitur: quod eo tempore, quo saxum ferire & aquam producere praecipus
 40 est, post tot uirtutum suarum experimenta, dubitauerit. Decessit autem anno ætatis
 28 XX & C. de sepulcri loco parum compertum. Moysen mortuo, summa rerum penes
 29 Iosue Naue filium erat. etenim illum sibi Moyses successore constituerat, uirum
 uirtutibus suis simillimum. Principio autem suscepti imperii, dimissis per castra
 30 nunciis, populum certiore facit, frumentum uti pararent: triduoque proximo iter
 31 pronunciat. sed Iordanis flumen ualidissimum, transitum prohibebat: quia neque
 nauium copia pro tempore erat, neque uadari fluuius poterat, qui tum pleno alueo
 3 ferebatur. igitur arcam praeferi a sacerdotibus, eosdemque aduerso flumine consiste-
 re iubet. quo facto, incisus Iordanis traditur: ita per siccum copiam traducta. Erat
 in his

in his locis opidum nomine Hierico, muris ualidissimis munitum, neque expu-
 gnationi, neque obsidioni facile. sed Iosue domino fretus, non armis, aut uiri-
 6 bus urbem aggressus, ferri arcam Dei circa muros iubet, sacerdotesque praere ar-
 cam, & tuba canere. sed cum arca septies circumlata esset, muri ac turres concide-
 runt, direptum opidum, atque incensum. Tum Iosue dominum traditur. * *
 Inde aduersus Geth ductus exercitus: locatisque a tergo urbis insidiis, Iosue, metum
 simulans, terga hosti dedit. quo uiso, qui in opido erant, patentibus portis ceden-
 tibus instare. ita ii, qui in insidiis fuerant, uacuum urbem cepere: caesi que omnes
 absque ullius effugio: rex captus, summoque supplicio affectus. Quod ubi uicina-
 10 rum gentium regibus compertum est, in bellum conspirant, Hebraeos armis de-
 pellere. uerum Gabaonitae, gens ualida, ex urbe opulenta, ultro se Hebraeis dedi-
 derunt, iussa facturum pollicentes: receptisque in fidem, ut ligna & aquam conue-
 herent, imperatum. Sed regibus proximarum urbium deditio eorum iras concita-
 10 uerat. itaque, admotis copiis, opidum eorum, Gabaon nomine, obsidione cir-
 cumstant. igitur opidani, arcis rebus suis, nuncios ad Iosue mittunt, obsessis uti
 succurreret. ita ille maturato itinere inopinantibus superuenit: caesaque ad interne-
 cionem multa hostium millia: cum dies cadentes deficeret, noxque uictis futura
 praesidio uideretur, merito fidei dux Hebraeus noctem auertit: dies perseverauit:
 ita nullum hostibus effugium fuit. quinque reges capti interfecti sunt. Eodem im-
 11 petu uicinae quoque urbes imperio adiectae, regesque earum perempti. Verum quia
 omnia haec in ordinem persequi non fuit consilium, dum breuitati studemus, id
 modo tantum curauimus, XX & IX regna imperio Hebraeorum subiecta: quo-
 12 rum terra per undecim tribus uirum distributa est. Leuitis enim in sacerdo-
 13 tium assumptis, nulla portio data, quo liberius seruirent Deo. Equidem hoc
 exemplum non tacitus praeterierim, legendumque. ministris ecclesiarum libenter
 ingesserim. etenim praecipit huius non solum immemores, sed etiam ignari mihi
 uidentur: tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido ueluti tabes incessit,
 inhiant possessionibus, praedia excolunt, auro incubant, emunt uenduntque. qua-
 30 stui per omnia student. at si qui melioris propositi uidentur, neque possidentes,
 neque negotiantes, quod est multo turpius, sedentes munera expectant, atque
 omne uitae decus mercede corruptum habent, dum quasi uenalem praeserunt san-
 ctitatem. Sed longius, quam uolui, egressus sum, dum me temporum nostrorum
 piget, toedetque. Ad inceptum redeo. Igitur, ut supra dixi, diuiso per tribus cap-
 30 ptiuo solo, pace summa Hebraei perfruebantur, finitimis bello territis, tot uictori-
 riis nobiles, armis nemine audente tentare. Eodem tractu Iosue mortuus est; an-
 24 no ætatis decimo & centesimo. de imperii autem eius tempore parum definitio. fre-
 quens tamen opinio est, XX & VII annis eum Hebraeis praesuisse: quod si ita est;
 a mundi exordio in excessum eius anni sunt M. DCCCLXXX, & IIII. Iosue
 mortuo, populus sine duce agebat. sed cum aduersus Chanaanos bellandum es-
 40 set, dux belli Iudas assumptus est, huius ductu res prospere gesta domi militiaeque. Ind. 1
 summum ortum: populus, aut subactis, aut per deditioem acceptis gentibus, im-
 peritabat. inde, ut semper fieri secundis rebus solet, morum disciplinaeque. imme-
 mor, matrimonia ex uictis assumere, paulatimque. externos mores trahere, ac mox
 profano ritu idolis sacrificare occcepit. Adeo cuncta cum externis societas pernicio-
 sa est. quae Deus longe ante prospiciens, salubri Hebraeos responso instruxerat, de-
 uictas gentes ut internecioni darent. sed plebs cupida dominandi, imperare uictis
 cum pernicie malebat. igitur cum, relicto Deo, idola colerent, destituti diuino au-
 2 xilio, a rege Mesopotamiae eucti, & subacti, VII annis captiuitatem pependerunt,
 donec Gothoniel duce in libertatem restituti, per quinquaginta annos rerum po-
 3 titi,

titi sunt. rursusq. corrupti longa pacis malo, idolis litauerunt. moxq. aderat pœ
Iud. 3 na peccantibus. ab Eglo enim rege Moabitarum deuicti, duodeviginti annis ser-
 uierunt, donec instinctu Dei Adon regem hostium dolo interemit, contraſtoq.
 tumultuario exercitu libertatem armis uindicauit. idem per LXXX annos in pa-
 ce Hebræis præfuit. Huic Semigar successit: hicq. aduersus Allophylos cōgressus,
 secundum euentu prælium fecit. rursusq. Hebræos, secantes idola, rex Chana-
 næorum labin nomine subiugauit, grauiſſimamq. in eos per XX annos domina-
 4 tionem exercuit: donec pristinum Debbora mulier statum reddidit, adeo nihil
 spei in eorū ducibus erat, ut muliebri auxilio defenderentur. quamquam hæc in
 typū Ecclesiæ forma præmissa sit, cuius auxilio captiuitas est depulsa. Sub hac du-
 6 ce, uel iudice, XL annis Hebræi fuerunt. Rursusq. ob peccata Madianitis tradi-
 ti, duro imperio habebantur, afflictiq. malo seruitutis, diuinū auxiliū implorane-
 runt ita semper in secundis rebus imemores cælestium beneficiorū, idolis supplica-
 bant: in aduersis, Deo. Vndecum reputare in animo soleo, populum tot bene-
 ficis Dei obligatum, tot cladibus, cum peccaret, coercitum, expertumq. et mise-
 ricordiam & seueritatem Dei nequaquam emendatum: et cum semper ueniā erro-
 ris acciperet, semper peccasse post ueniam: nihil mirum uideri potest, Christum
 ab his non esse receptum, cum iam inde ab initio toties in domino rebelles de-
 prehendantur: magisq. mirum est, illis semper peccantibus, numquam Dei, si
 quando eum implorauerunt, defuisse clementiam. Igitur cum eis, ut supra retu-
 20 limus, Madianitæ dominarentur, conuersi ad dominum, misericordiam solitam fla-
 gitantes, impetrauerunt. Erat in Hebræis Gedeon quidam nomine, uir iustus, &
 carus domino, acceptusque. huic angelus de campo messis domum reuertenti
 astitit: Dominus, inquit, tecum, potens in uirtute. at ille uoce humili, non esse
 in se dominum ingemiscebat: siquidem, quod populum captiuitas premeret,
 uirtutumq. domini, qui eos de terra Aegypti eduxerat: flens recordabatur. Tum
 angelus, Vade, inquit, in hoc spiritu, quo locutus es, et populum de captiuitate
 eripe. Ille uero abnuere, se infractis suorū uiribus, cum ipse minimus esset, tan-
 tum onus suscipere. perſtare contra angelus, Ne dubitaret posse fieri, quæ domi-
 nus loquebatur. Perfecito igitur sacrificio, dirutaq. ara, quam Baalis idolo Ma-
 30 dianitæ sacrauerant, ad suos profectus, castra castris hostium contulit. Sed Ma-
 dianitis etiam gens Amalech se coniunxerat. Gedeon uero non amplius quam ad
 triginta et II millia exercitum parauerat. Sed priusquam conſligeret, Deus ad eum
 locutus est, nimiam esse hanc multitudinem, quam in prælium uellet educere:
 7 Hebræos pro solita perfidia euentum pugnae non Deo sed uirtuti suæ daturos. ita-
 que daret uolentibus discedendi potestatem. quod ubi populo diuulgatum, XX et
 II millia a castris recesserunt. sed ex X millibus, quæ refederant, admonitus a do-
 mino, non amplius, quam trecentos tenuit; reliquos ab armis dimisit. ita media
 uigilia castra hostium ingressus, iussis omnibus tuba canere, magnum terrorem
 iniecit: neque cuiquam resistendi animus fuit, turpi fuga, quo quisque potuit,
 dilapsis. sed occurrentibus omni ex parte Hebræis, passim fugientes cadunt. Re-
 40 ges Gedeon perſecutus ultra Iordanem, comprehensos neci dedit. Ea pugna cen-
 tum et XX millia ex hostibus caesa, XV millia capta traduntur. Tunc consensu o-
 mnium Gedeoni, ut princeps populi esset, delatum. quod ille aspernatus, com-
 muni iure cum ciuibus uiuere, quam præesse suis, maluit. depulsa igitur captiui-
 tate, quæ septem annos populum continuerat, pax per XL annos fuit. sed defun-
 9 cto Gedeoni, filius eius Abimelech, ex concubina ortus, fratribus interemptis,
 pessimis quibusque consentientibus, & maxime Sichimorum principibus operā ei
 nauantibus, regnum occupauit. isq. discordiis ciuilibus exercitus, cū suos bello
 premeret

premeret, turrim quandam, in quam se, amisso opido, fugientes receperant, expu-
 gnare aggressus, dum incautus subit, saxo a muliere ictus periit, cum triennio
 imperium tenuisset. Huic successit Cholias, qui duob. et XX annis regno potitus
 est. Post hunc Iair fuit, qui cum æque uiginti & duos annos principatum obtinuiſ-
 10 set, populus, relicto domino, idolis se mancipauit. obq. id Israelitæ subacti sunt
 ab Allophylis & Ammonitis, duoq. de XX annis sub eorum imperio fuerunt.
 quo tempore, eis dominum inuocantibus, diuinum scilicet responsum redditum
 est: Simulacra potius inuocarent, se nō ultra misericordiam ingratæ præstiturum.
 At illi flentes culpam fateri, et precari ueniam, abiecitq. idolis, Deum imploran-
 10 tes, negatam licet, misericordiam impetrauerunt. Igitur Iepte duce ad libertatem
 armis uindicandam frequentes conueniunt: missis prius ad Amon regem legatis,
 ut finibus suis contentus, bello abſtineret. at ille proelium non abnuens, aciem
 instruxit. Tum Iepte, prius quam signum pugnae daretur, uouisse dicitur, si pro-
 spere pugnasset, eum, qui sibi primus reuertenti obuius fuisset, hostiam Deo dan-
 dum. ita, uictis hostibus, cum domum rediret, filia ei obuiam fit; quæ patrē ex-
 ceptura uictorem cum tympanis & choris læta processerat. tum Iepte consterna-
 tus, dolore conscisis uestibus, indicat filiaē uoti necessitatem. at illa, non femi-
 nea constantia, mori non reculans, duos tantum tamen menses uitæ spatium pe-
 20 tit, ut æquales suas prius uideret. quibus actis, ultro ad patrem rediit, uotumq.
 domino reddidit. Iepte principatum sex annis tenuit. Huic Eſebon successit, &
 12 rranquillis rebus exacto imperio, anno septimo decessit. Postq. eum Alon Zabū
 lonites annis X, item q. Abdon annis VIII rerum potiti, pacis tempore nihil,
 quod historia loqueretur, ediderunt. Rursus Israelitæ ad idola conuersi, diuino de-
 ſtituti præſidio, subiecti Allophylis, per XL captiuitatis annos pœnas perfidia
 pependerunt. Ea tempeſtate Samſon natus traditur. Huius mater diu sterilis, an-
 13 gelum uidit: dictumq. ei est, uino, & ſicera, atque immundis abſtineret: fore uti
 puerum ederet libertatis uindicem, & hostium ultorem. Ita mulier enixa puerum,
 Samſon nomen ei indidit. Is inronſo capite, miræ uirtutis fuiſſe traditur: adeo ut
 leonem in uia obuium manu diſcerperet. Vxorē ex Allophylis habuit: quæ cum,
 14
 30 abſente uiro, in alterius matrimonium conueniſſet, dolore ereptæ coniugis perni-
 ciam genti molitus est: ſterus domino, & uiribus, palam uictores clade afficiebat.
 CCC siquidem uulpibus captis, ardentē lampades earum illigauit caudis, atque
 15 eas agris hostium immiſit. at tum forte maturis meſſibus, facile incendium fuit,
 uineaq. & oliuarum arbores exuſtæ. Grandi Allophylorum exitio abreptæ uxoris
 iniuriam ultus uidebatur. Quo dolore Allophylis permoti, mulierem tanti mali
 cauſam cum domo & patre incendio cōſumpſerunt. Sed Samſon parum a ſe uin-
 dicatam ratus, urgere omnibus incommodis profanam gentem non deſinebat.
 tum compulſi Iudæi, uinctum eum Allophylis tradiderunt. ſed traditus, ruptis
 uinculis, arrepto oſſe aſini, quod caſus telum dederat, mille ex hostibus proſtra-
 40 uit. ingraueſcente autem æſtu, cum ſiti affectus eſſet, inuocato domino, ex oſſe,
 quod manu tenebat, aqua fluxit. Ea tempeſtate Samſon Hebræis præerat, Allophi-
 lis unius uirtute domitis. Igitur inſidiantes uitæ eius, nec palam eum tentare au-
 dentes, uxorem eius, quam ille poſtea acceperat, pecunia corrumpunt, uirtutem
 16 uiri uti proderet. illa cum blandimento muliebri aggreſſa, diu eludentem, & mul-
 tum cunſtantem perpulit, ut indicaret, in crinibus capitis uirtutem ſuam ſubſiſte-
 re. mox dormientem inſidiata, crinem eius abſtulit, atque ita eum Allophylus tra-
 didit. nam ſæpe prius traditum, comprehendere nequuerant. tū illi effoſſis ocu-
 lis, uinctum compedibus in carcerem coniecerunt. ſed ſpatio temporis acciſis
 crines creſcere, & cum eis uirtus redire occœperat. iamq. Samſon, conſcius re-
 cepti

cepti roboris, tempus modo iustæ ultionis operiebatur. Erat Allophylis moris, cum dies festos agerent, Samson quasi in pompam publicâ producere, capto insultantes. ita die quodam cum publicum epulum in honorem idoli dedissent, Samson exhiberi iubent. templum autem, in quo omnis populus, omnesq. Allophylorum principes epulabantur, duabus subnixum columnis miræ magnitudinis erat. productus Samson, inter columnas statuitur. tum ille, tempore arrepto, inuocato prius domino, columnas discicit: turbaq. omnis ruina domus obruta: ipse cum hostibus non inultus occubuit, cum XX annis Hebræis præfuisset. Huic Simmichar successit: de quo nihil amplius scriptura prodidit. nam neque finem imperii eius reperi, & fuisse populum sine duce inuenio. ideo cum aduersus Benjamin tribum ciuile bellum fuit, Iudas temporarius dux belli assumptus est. sed plerique, qui de temporibus scripserunt, annum unum imperio eius annotauerunt. plerique ita eum præterierunt, ut post Samson Heli sacerdotem subiunxerint. nos eam rem, ut parum compertam, in medio relinquemus. Per hæc tempora ciuile, ut diximus, bellum exarserat. causâ autem motus hæc fuit. Leuites quidam cum concubina iter faciens, urgente nocte compulsus in opido Gabaa, quod a Beniamitis incolebatur, secesserat. cum eum senex quidam hospitio benigne recepisset; iuuenes ex opido hospitem circumfistunt, stupro eum subdere parantes. multum a sene increpiti, ægreq. exhortati, uicario demum concubinæ eius corpore in ludibrium accepto, aduenæ pepercerunt, illufamq. nocte tota postero die redderunt. sed illa, stupri iniuria, an uerecundiæ, parum desinio, uiso uiro animam efflauit. Tum Leuita in testimonium diri facinoris membra eius in duodecim discissa partes, per duodecim tribus misit, quo promptius omnes facti inuidia commoueret. quod ubi omnibus compertum, undecim reliquæ tribus aduersum Benjamin in bellum conspirant. huic bello Iudas, ut diximus, dux fuit. sed duobus præliis male pugnatum: tertio demum Beniamitæ uicti, cæsiq. ad interuicem. ita paucorum scelus publico exitio punitum. Hæc quoque Iudicum uolumine continentur. Regum libri sequentur. sed mihi annorum ordinem, & feriem temporum persequenti parum continuata uideretur historia. nam quum post Samson iudicem; Semigar fuerit, pauloq. post historia consignet populum sine iudicibus egisse, Heli etiam sacerdos libris regnorum fuisse referatur: sed cum, quot anni inter Heli & Samson fuerint, minime scriptura prodiderit; ideo medii quiddam fuisse temporis, quod laboret ambiguo. ceterum a die mortis Iosue usque in id tempus, quo Samson defunctus est, numerantur anni CCCC & IX. a mundi autem exordio anni IIII. CCC. III. quamquam ab hac supputatione nostra ceteros discordare non nesciam. sed mihi conscius sum, me non curiose latentem annorum ordinem protulisse, donec in hæc tempora incidi, de quibus dubitare me fateor: nunc reliqua exequar. Igitur, ut supra retuli, Hebræi sine iudice aut duce ullo proprio agebantur. Heli sacerdos erat: sub hoc Samuel natus est. huic pater Elchana, mater Anna. hæc diu sterilis, cum conceptum a Deo peteret, uouisse traditur, si puer nasceretur, sacrandum domino. ita enixum puerum Heli sacerdoti tradidit. mox cum adoleuisset, dominus ad eum locutus est. Heli sacerdoti iram denunciatur, ob uitam filiorum, qui sacerdotium patris in quæstum uerterant, munera a sacrificantibus exigentes, quamquam plerumque eos pater increpasse referatur. sed leuior obiurgatio non satisfecerat disciplinæ. igitur Allophylis in Iudæâ irruentibus; obuiam itum. sed uicti Hebræi, parant aciem restituere: arcam domini secum in pugnam efferunt, & cum ea filii sacerdotis prodeunt: quia ipse annis grauior, luminibus obductis satisfacere officio. nequiuerat. sed ubi arca in conspectum hostium ducta est, maiestate quadâ præsentis domini territi, fugam parabant. assumptaq. rursum

rursum constantia, & non sine domino mutatis animis, totis uiribus concurrunt. Victi Hebræi, arca capitur, filii sacerdotis cadunt. Heli, delato ad se mali nuncio, consternatus, animam expirauit, cum per annos XX sacerdotium administrasset. Victores secundo prælio Allophylis arcam Dei, quæ in potestatem uenerat, eorum opido Azoto, in templum Dagon intulerunt. sed simulacrum dæmoni dicatum, ubi arca illata est, corruit. cumq. idolum loco restituisent, nocte insecuta discerptum est. inde mures per omnem regionem exorti, noxiis moribus multa hominum millia letho dabant. quo malo compulsi Azotii, ad declinandam calamitatem, arcam Dei ad Gertheos transfulerunt. qui cum simili clade afficerentur, in opidum Afcalonensium arcam transfuenerunt. his uero, aduocatis gentis eius primoribus, consilium fuit, arcam domini Hebræis reddere. ita ex sententia principum, augurumq. & sacerdotum, imposita uehiculo, multis cum muneribus remittitur. illud mirabile, quod cum oneri boues feminas subiecissent, uitulosq. earum domi retinuisent, iter nullo duce in Iudæam pecudes direxerunt, non reuocante affectu fetus relicti. cuius rei miraculo reguli Allophylorum usque in fines Hebræorum arcam secuti, religiosum officium præstiterunt. Iudæi autem, ubi referri arcam uiderunt, certatim ex opido Bethsamis cum gaudio obuiam ruere, festinare, exultare, grates domino referre. mox Leuitæ, quorum hoc negotium erat, sacrificium Deo celebrant, bouesq. eas, quæ arcam adduxerant, immolant. Sed in opido, quod supra diximus, teneri arca non potuit. itaque passim Dei nutu per totam urbem sæuitum. arca in Cariathiarim opidum translata est, ibiq. per uiginti annos fuit. Ea tempestate Samuel sacerdos Hebræis præerat, quietis a bello rebus populus in otio degebat. Pax deinde Allophylorum irruptione turbata, trepidantibus cunctis ob conscientiam peccati. Samuel, cæsa prius hostia, domino fretus, suos in prælium deduxit: primoq. impetu fuis hostibus, uictoria penes Hebræos stetit. Sed hostili metu remoto, secundis tranquillisq. rebus, corruptis consiliis, more uulgi, cui præsentia fastidio, infueta desiderio sunt, regium nomen, cunctis fere liberis gentibus semper inuisum, populus desiderabat, planeq. non sine exemplo amentia præoptabat libertatem seruitio mutare. igitur frequenter Samuelem circumfistunt, ut, quia iam ipse senuisset, regem eis constitueret. At ille placide, salubri oratione ab infana uoluntate detorquere plebem, dominationem regiam & superba imperia exponere, libertatem extollere, seruitutem detestari, postremo, diuinam eis iram denunciare, siquidem homines mente corrupti, Deum regem habentes, regem sibi ex hominibus flagitarent. His, atque aliis istiusmodi frustra dictis, cum populus in sententia perseueraret, dominum consulit. qui permotus uecordia insanæ gentis, nihil aduersum se petentibus negandum respondit. Igitur Saul sacerdotali prius a Samuele unguento perfusus, rex constitutus est. Hic ex tribu Benjamin, Cis patre ortus, modestus animi, forma excellenti erat; ut merito dignitas corporis dignitati regiæ conueniret. Sed principio regni huius aliquanta ab eo pars populi desciuera, parere imperio abnuens, seq. Ammonitis coniunxerat. uerum hos Saul impigre ultus est: uictiq. hostes, & uenia Hebræis data. Tum Saul iterato a Samuele unctus traditur. Inde, Allophylorum irruptione atrox bellum exortum, locum exercitui ad conueniendum Saul in Galgalis constituerat. et cum per septem dies Samuelem operitus esset, ut sacrificium domino fieret: tardante illo, cum populus dilaberetur, illicita præsumptione rex ad uicem sacerdotis holocaustum obtulit: multumq. a Samuele increpitus, serâ peccatum penitentia fatebatur. Igitur ex peccato regis metus omnem exercitum peruaserat. castra hostium haud longe sita, præfens periculum ostendebant: neque cuiquam exeundi in prælium animus: plures lacrymas & latebras petiuerant. nam

nam præter imbecillitatem animorum, qui alienum a se dominum delicto regis ar-
 bitrabantur, in maxima ferramentorum inopia exercitus erat: adeo ut, præter Saul
 & Ionatham filium eius, nemo gladium aut lanceam habuisse tradatur. nam Allo-
 14 phyli superiori bello uictores ulum Hebræis ademerant, neque cuiquam cõficien-
 di teli bellici, aut rustici ferramenti potestas fuerat. Igitur Ionathas audaci confi-
 lio, solo armigero suo comite, castra hostium ingressus, uiginti fere ex hostibus in-
 teremptis, uniuersum exercitum terrore perculerat. Tum uero nutu Dei in fugam
 uersi, non imperia exequi, non ordines obseruare, omne præsidium in peditibus ha-
 bere. quod ubi Saul animaduertit, suis propere eductis, fugientes persectus, ui-
 ctoria potitus est. Eo die rex edixisse traditur, ne quis, nisi confectis hostibus, ci-
 15 bum caperet. Sed Ionathas interdictionis eius in scius, fauo reperto, tincto spiculo,
 mel degustauerat. Sed ubi regi ex domini ira compertum est, morte affici filium
 iussit. sed populi auxilio ab exitio uindicatus est. Ea tempestate Samuel a domi-
 15 no monitus, regem adiit, uerbis domini nunciãs, uti genti Amelech, quæ olim
 Hebræos ex Aegypto uenientes transitu prohibuerat, bellum inferret, addito in-
 terdicto, ne quid ex spoliis deuictorum concupisceret. ita in fines hostium du-
 ctus exercitus, rex captus, gens subacta, Saul uictus: prædæ magnitudine, præ-
 cepti diuini immemor, capta seruari & ferri iubet. Quo factio offensus dominus,
 16 Samuelem alloquitur: pænitere se, quod Saul regem constituerit. Dictum sacer-
 dos regi refert. Mox a domino monitus, Dauid regali unguento Perlinit, paru-
 20 etiamnum puerum, sub patre agentem, pastorem ouium, assuetum sæpius cithara
 canere: ob quod postea a Saule assumptus, inter ministros regis habebatur. Qua
 tempestate, Allophylis atque Hebræis bello flagrantibus, cum ex aduerso acies con-
 stitissent, Goliath quidam ex Allophylis, uir miræ magnitudinis & roboris, suorum
 17 ordines prætergressus, ferocibus uerbis probra in hostes iaciens, singularem pu-
 gnã ciebatur. Tum rex magna præmia, & filia nuptias despondit, si quis prouo-
 cantis spolia retulisset. sed nemo ex tanto agmine aggredi audebat. igitur Dauid,
 etiamnum puer, pugna se obtulit: reiectisq. armis, quibus infirma ætas grauaba-
 tur, uirga tantum & quinque lapidibus sumptis, in præliũ processit: primoq. ictu,
 30 misso funda lapide, Allophylum percussit, caput uicti & spolia abstulit, gladium
 postea in templum posuit. Allophylis autem omnes in fugam uersi, uictoriam con-
 cessere. Sed & prælio reuersis, multus circa Dauid fauor inuidiam regis accende-
 rat. timens autem tam carum omnibus cum inuidia & pernicië necare, sub specie
 18 honoris obiectare eum periculis statuit. ac primum tribunum eum fecerat, ut rem
 bellicam curaret. inde, cum ei filiam spondidisset, fidem fregit, eamq. alteri tra-
 didit. mox filia regis natu minor, Milchol nomine, amore Dauid flagrare occoepe-
 rat. igitur nuptiarum eius istiusmodi conditionem proponit: si centum præputia
 Dauid ex hostibus retulisset, regiam uirginem matrimonio illius cessuram. spera-
 bat enim, iuuenem periculosa audentem, facile periturum. sed longe aliter, ac ra-
 tus erat, euenit. nam ut proposuerat, impigre Dauid centum præputia ex Allophy-
 40 lis retulit: atque ita regis filiam in matrimonium accepit. Crescebat in dies in eum
 regis odium, stimulante inuidia: quia bonos semper mali infectantur. igitur mi-
 19 nistris, & Ionathæ filio imperauit, uitæ eius ut insidias pararent. sed Ionathæ ca-
 rus acceptusq. iam inde a principio Dauid fuerat. itaque rex increpitus a filio,
 cruentum imperium repressit. sed non diu mali boni sunt. nam cum spiritu erro-
 ris Saul affigeretur, eiq. Dauid assisteret, cithara laborãtem deliniens, lancea eum
 ferire conatus est, nisi ille lethalem ictum propere declinasset. exinde iam non oc-
 culte, sed palam ei necem parabat: nec ultra se Dauid regi credidit. ac primum fu-
 giens, ad Samuelem se contulit: inde ad Abimelech, postremo ad regem Moab
 confugit.

confugit. mox per Gad prophetam monitus, in terram Iudæ regressus, uitæ peri-
 culum adiit. Ea tempestate Saul Achimelech sacerdotem interemit, quod Dauid
 recepisset: & cum ex ministris regis nemo in sacerdotem manus inferre auderet,
 Doeg Syrus cruentum ministerium executus est. Post id Dauid desertum petiit: il-
 24 luc quoque cum Saul persecutus est: sed inani opera eius exitum moliebarur, quem
 dominus protegebat. Erat in deserto spelunca, uasto recessu patens. in huius in-
 teriora Dauid se coniecerat. Saul nesciens, in primo speluncæ aditu reficiendi cor-
 poris gratia successerat: ibiq. somno captus quiescebat. quod ubi Dauid ani-
 maduertit, hortantibus cunctis, ut opportunitate uteretur, abstinuit regis exitio:
 10 diploidem tamen eius abstulit. mox egressus, tuto eminens loco a tergo regem al-
 locutus est, sua in illum commemorans beneficia, ut sæpe pro regno eius caput
 periculis obiectasset; utq. postremo, præfenti tempore a domino sibi traditum,
 interimere noluisse. Ad hæc, culpam Saul fateri, ueniam precari, lacrymas fun-
 dere, pietatem Dauid extollere, malitiam suam incusare, regem eum & filium
 appellans. tantum ex feroci illo animo mutatum: crederes nihil ultra aduersum
 generum ausurum. Sed Dauid, qui penitus ingenium mali spectatum haberet,
 & cognitum, nihil regi credendum ratus, intra heremum se continebat. Saul ue-
 cors animi, quia cõprehendendi generi potestas non erat, filiam suã Milchol, Da-
 25 uid, ut supra retulimus, nuptã, Phaltim cuidam in matrimonium dedit. Dauid ad Al-
 20 lophylos confugit. Ea tempestate Samuel diem functus est. Saul, Allophylis bellum
 inferentibus, dominum cõsultat, nullumq. est ei responsum redditum. tum per mulie-
 28 rem, cuius uiscera spiritus erroris impleuerat, Samuelem euocatum cõsultat. Dictum
 ei ab eo est, postero illum die cum filio uictum ab Allophylis in prælio casurum. igitur
 Allophylis, castris in hostili solo positis, postero die aciem instruunt, Dauid ta-
 men ex castris remisso, quia parum crediderant sibi illum aduersum suos fidum
 fore. sed conferto prælio, Hebræi fusi, filii regis cadunt: Saul equo delapsus, ne
 31 uiuus in potestatem hostium ueniret, gladio suo incubuit. De ætate imperii eius
 1. Paralip.
 parum certa comperimus, nisi quod in actibus apostolorum XL annos regnasse di-
 10 ctus est. quamquã ego arbitror, tum a Paulo, cuius illa prædicatio refertur, etiã
 30 Samuelis annos sub regis istius ætate numeratos. plerique tamen, qui de tempo-
 ribus scripserunt, XX annos regnasse annotauerunt: cui opinioni nequa-
 quam accedimus. nam ea tempestate, qua domini arca in Cariathiarim opidum
 translata est, necdum regnare Saul cõperat: refertur autem, per Dauid regem ex
 illo opido arcam sublatam, cum per XX annos ibi constitisset. ergo, cum intra id
 tempus Saul regnauerit, atque decesserit, paruo admodum spatio tenuit imperium.
 Eadem nobis de temporibus Samuelis caligo, ut qui cum Heli sacerdote natus,
 admodum senex sacerdotio functus referatur, a nonnullis tamen, qui de temporibus
 scripsere, (quia uere nihil de eius annis sacra historia signauit) LXX annis
 præfuisse populo refertur. sed unde hæc auctoritas fuerit assumpta, non reperi. nos
 40 in tantã erroris copia, Chronicorum annotationem secuti, quia eam ex apostolo-
 rum actibus, sicut superius memorauimus, profectam arbitramur, Samuelem & Sau-
 lem XL annos principatum egisse referimus. Saul perempto, Dauid in terra Allo-
 phylorum, perlato ad se mortis eius nuncio, miro pietatis exemplo fleuisse tradi-
 tur. tum Chebron Iudææ opidum petiit. ibi rursum regali unguento illitus, rex
 2. Reg. 1
 appellatus est. Sed Abner, qui magister militiæ Saul regis fuerat, spreto Dauid,
 3 Isbaal, regis sui filium, regem constituit. crebris deinde proeliis inter duces regum
 concursum: pulsus Abner sapius: fratrem tamen Ioab, qui ex parte Dauid exer-
 citui præerat, fugiens peremit. quo dolore postea Ioab, cum se Abner Dauid regi
 dedisset, iugulari eum præcepit, non sine dolore regis, cuius fidem cruentauerat.

Per idem tempus omnes fere natiu maiores Hebræorum publico cōsensu regnum ei totius gentis detulerunt. nam per septem annos in Chebron tantum regnauerat. ita tertio rex ungitur, annorum circiter XXX. Allophylos in regnum irruentes, secundis proeliis repulit. Ea tempestate arcam domini, quæ in Cariathiarim opido, ut supra retulimus, erat, in Syon transtulit. cumq. ædificare domino templum in animo haberet, diuinum ei responsum redditum, semini illius id referuari. Bello deinde Allophylos domuit: Moabitas subiugauit: Syriam subegit, stipendiumq. ei imposuit. auri, atque æris ex præda immensum modum retulit. 10 Bellum deinde aduersum Ammonitas ex iniuria Chanum regis eorum exortum. Syris denuo rebellantibus, qui cum Ammonitis in bellum coniurauerant, Dauid summâ rerum Ioab principi militiæ permiserat: ipse a bello remotus, intra Hierusalem commorabatur. Qua tempestate Bethsaben quandam, miræ feminam pulchritudinis, stupro compertam habuit. hæc uiri cuiusdam uxor, qui tum in castris erat, fuisse traditur. hunc Dauid iniquo pugna loco obiectum hostibus, interficiendum curauit. ita mulierem in matrimonio uiduam, sed iam ex stupro grauidam, numero uxorū aggregauit. Tum per Nathan prophetam grauius increpitus, licet agnito errore, castigationem domini non effugit. namque filium, ex furtiuo illo concubitu editum, paucos post dies amisit, multaq. in domum familiarumq. eius execranda acciderunt. Ad extremum Absalon filius eius arma aduersus patrem sustulit, regno eū depellere cōpiens. Aduersus hunc Ioab acie cōfluxit: admonitus a rege, ut uictor parceret. sed ille, spreto imperio, parricidiales conatus ferro ultus est. flebilis ea uictoria fuisse regi traditur. tâta in eo pietas erat, ut etiam parricidæ filio ignoscere uoluerit. Vix hoc bellum extinctū uidebatur: aliud rursus exortum, Seba quodam duce, qui pessimum quemque ad arma incitauerat. Sed prope motus omnis morte ducis repressus. Crebra deinde aduersus 21 Allophylos Dauid proelia secundo euentu habuit: cunctisq. bello domitis, & tam exteris quam domesticis motibus compressis, florentissimum regnum in pace habebat. tum eum subita cupido incescit, ad metiendas imperii uires populum censere. ita a Ioab militiæ magistro, decies centena & trecenta ciuium millia dinumerata. Huius eum facti mox piguit, pænituq. ueniam a domino petens, cur in id animos extulisset, ut regni sui potentiam ex suorum potius multitudine, quam ex fauore diuino æstimaret. itaque missus ad eum angelus, trinam ei poenam denunciat, datq. arbitrium unam eligendi. Sed proposita triennii fame, trium mensium fuga, morte tridui, fugam & famem detestatus, mortē elegit: momentoq. temporis LXX millia uirorum interiire. Tum Dauid uidens angelum, cuius dextera populus prosternebatur, ueniam precari, seq. uiuum pro omnibus poenæ obicere: se dignum exitio, quia ipse peccasset. ita auersum plebis supplicium. Dauid in loco, in quo angelum uiderat, aram domino statuit. mox annis & morbo infestior, Salomonem filium, ex Bethsabee Uriæ uxore susceptum, successorem regni constituit. is regali unguento per Sadoc sacerdotem unctus, patre adhuc incolu- 40 mi, rex appellatus. Dauid, cum regnasset annos XL, defunctus est. Salomon initio regni urbem muro circumdedit. Huic per soporem astare dominus uisus est, petendi quæ uellet tribuens optionem. sed ille nō aliud sibi quam sapientiam dari poposcit, reliqua omnia parui æstimans. ita somno excitatus, cum antè sacrarium domini constitisset, indultæ sibi a domino sapientiæ documentū dedit. namque duæ mulieres, una in domo diuersantes, cum eodem tempore pueros edidissent, atque ex his alter post diem tertium nocte obisset, mater defuncti somno alterius insidiata, mortuum suum supposuit, uiuentem abstulit. inde inter eas de puero altercatio: postremo res ad regem delata: difficilis iudicii absolutio inter negantes, ubi

ubi testis deerat. Tum Salomon diuinæ sapientiæ munere perimif puerum, corpusq. eius diuidi inter ambigentes iubet. cumq. una earum iudicio acquieuisset, alia uero cedere potius puero, quam discerpi eum mallet; Salomon ex affectu feminæ hanc uere matrem esse coniectans, puerum illi adiudicauit, non sine circumstantium admiratione: siquidem latentem ueritatem prudentia protulisset. Ita in admirationem ingenii, prudentiæq. eius reges uicinarum gentium amicitiam ab eo, foedusq. petiere, parati imperata facere. queis opibus confusus, templum domino immensi operis facere aggressus, paratis per triennium impendiis, quarto fere imperii anno primum fundamentum iecit: a profectioe Hebræorum ex Aegypto anno fere octauo & octogesimo & quingentesimo. licet libro Regnorum tertio, CCCCLX fuisse referantur: quod nequaquam conuenit. siquidem per feriem superius comprehensam facilius fuerit, ut minus fortassis annorum, quâ amplius, annotarim. sed non dubito, librariorum potius negligentia, præsertim totiam sæculis intercedentibus, ueritatem fuisse corruptam, quam ut propheta errauerit: sicut in hoc ipso nostro opusculo futurum credimus, ut describentium incuria, quæ non incuriose a nobis sunt digesta, uitentur. Igitur Salomon coeptum 5 templi opus uigesimo anno explicuit. celebrato deinde ibidem sacrificio, dictaq. oratione, qua populum templumq. benedixit, dominus ad eum locutus est, denuncians fore, si quando peccassent, ac dominum reliquissent, templum illud solo æquandum. quod iam pridem impletum uidemus, & mox connexum rerum 9 ordinem exponemus. Interea Salomon florens opibus, omnium, qui umquam fuerant, regum ditissimus; quiq. semper ordo rerum est, ab opibus in luxum & uitia delapsus, cum aduersum interdictum Dei ex alienigenis cōiugia sumpisset, etiam septingentas uxores, & trecentas concubinas haberet, idola eis ritu gentium suarum, quibus litarent, constituit. Quibus rebus auersus dominus, grauius increpito poenam denunciauit, fore ut regnum ex parte maiore ademptum filio, seruo illius traderetur. Idq. ita accidit. Defuncto Salomone anno imperii quadragesimo, cum Roboam filius anno ætatis sexto & decimo regnum patrium tenere coepisset, pars populi ab eo offensa discedit. etenim cum laxari sibi stipendium poposcisset, quod Salomon grauissimum imposuerat, repudiatis precibus supplicum, fauorem uniuersæ plebis auerterat. itaque consensu omnium, imperium ad Ieroboam defertur. Is medio genere ortus, aliquandiu Salomoni seruitutem pependerit, sed cum ei responso Achizæ prophetæ regnum Hebræorum annunciatum comperisset, necare eum clam destinauerat. quo ille metu in Aegyptū confugit: ibiq. uxore accepta, ex stirpe regia, cognita demū Salomonis morte, in solum patrium regressus, uoluntate populi, ut supra retulimus, sumpsit imperium. Penes Roboam tamen duæ tribus, Iudæ & Benjamin, refederant: ex his ad trecenta millia parauit exercitum. cumq. acies promouerentur, uerbis Dei populus admonetur, prælio abstineret, ex suo nutu Ieroboam regnum accepisse. ita spreto regis imperio, exercitus dilapsus, Ieroboam imperium inualerat. Sed cum Hierosolymam Roboam obtineret, ubi templo a Salomone facto populus sacrificare domino confueuerat; ueritus Ieroboam, ne ab eo plebem religio auerteret, statuit animos eius superstitione occupare. itaque uaccam auream in Bethel, alteram apud Dan 13 constituit, quibus populus litaret: sacerdotesq., omiffa Leui tribu, ex plebe instituit. Inuisum domino flagitium exoptulatio consecuta. Crebra deinde inter reges prælia, dubio euentu regnum obtinebant. Roboam septimo & decimo imperii anno exacto, uita functus est. In huius locum Abiud filius eius regnum Hierosolymæ sex annos tenuit: quamuis in Chronicis triennio regnasse referatur. Huic Aśab filius successit, a Dauid quintus fere, quippe abnepos eius. fuit religiosus.

domini cultor. namque deletis aris lucisq. idolorum, uestigia paternæ perfidiæ sustulit : foedus cum rege Syriæ firmavit : eius auxilio Ieroboæ regnum, quod tum a filio tenebatur, multa clade affecit : ac sæpe uictis hostibus prædam ex uictoria tulit . post unum & quadragesimum annum, æger pedibus decessit . Huic triplex peccatum adscribitur : unum, quod societate regis Syriæ nimium confisus sit : alterum, quod prophetam domini, hoc ipsum increpantem, in uincula coniecit : tertium, quia in pedum dolore remedium non a domino, sed a medicis sperauit. Sed initio regni huius, Ieroboam rex decem tribuum defunctus est, regnum Nadab filio reliquit . Is malis operibus, & tam suis quam maternis meritis inuisus domino, non ultra biennium regno potitus est, priuataq. imperio indigna progenies Banachia filium successorem habuit, æque a domino alienissimum : isq. sexto & uigesimo imperii anno defunctus est : regnum ad Helam filium deuolutum, nec ultra biennium retentum . namque eum Zambri princeps equitum epulantem interfecit, regnumq. occupauit, uir perinde in dominum atque homines impius . Ab hoc pars populi secessit, Thamni cuidam regium nomen delatum. Sed Iambri ante hunc septem annos, & cum eodem duodecim regnauit . At in parte tribus Iudæ Alab mortuo, Iosaphat filius eius regnare coepit, uir religiosus uirtutibus merito clarus . Is cum Iambri pacem habuit. defunctus est autem, cum regnasset annos V & XX. Huius imperii tempore Achab Iambri filius, rex decem tribuum fuit, ultra omnes in dominum impius . namque Iezabel filia Basæ regis ex Sidone, in matrimonio accepta, Baali idolo aram lucosq. constituit, & prophetas domini interemit. Quo tempore Helias propheta oratione cælum conclusit, ne pluuiam terræ daret : idq. regi denunciauit, ut se impius causam mali esse cognosceret . Igitur suspensis cælo aquis, cum loca omnia adusta solis ardoribus non uictum hominibus, non pabulum iumentis darent, ipse se intra periculum famis propheta concluderat . Ea tempestate cum heremum petisset, coruis cibum ministrantibus, uixit : aquam torrens proximus, donec aruit, dedit. inde admonitus a domino, Saraptæ opidum petiit ; ad mulierem uiduam diuertit . cumq. ab ea efuriens cibum peteret, illa caussari, non esse sibi nisi pusillum farris, & pusillum olei : quo absumpto, una cum filiis mortem expectaret . Sed cum Helias uerbis Dei polliceretur, nec hydriam farre, nec uas oleo esse minuendum ; mulier poscenti fidem non cunctata prophetæ credere, promissorum fidem consecuta est . siquidem diuini incrementis tantum accresceret, quantum quotidie detrahebat . Eodem tempore, eiusdem uiduæ filium mortuum, Helias in uitam reduxit . Tum iussu domini regem adiit, exprobratoq. ei sacrilegio, poposcit ad se omnem populum congregari. qui cum prope conuenisset, accitis idolorum, ac lucorū sacerdotibus CCCC fere & L, inter eos inde orta est altercatio, Helia dominum prædicante, illi superstitiones suas asserbant. Postremo, placuit fieri periculum, ut, si cuius causam hostiam missus cælo ignis absumeret, rata esset religio, quæ uirtutem edidisset. ita sacerdotēs, occiso uitulo, Baal idolum inuocare coeperunt : frustra q. consumptis inuocationibus, imbecillitatem domini sui tacite fatebantur. Tum forte Helias irridens eos, Ne forte, inquit, dormiat, clamate uehementius, ut somno, quo tenetur, euigilet. Enim uero miseri trepidantes mussare, & tamen, quidnam Helias facturus esset, expectare . At ille cæsum uitulum imposuit, cum prius sacrariū aqua opplesset : inuocatoq. domino, expectantibus cunctis, ignis cælo delapsus, aquam cum hostia absumpsit . tum uero populus solo stratus, dominum fateri, idola excrari : postremo, Helia iussu profani sacerdotes comprehendi, deductiq. ad torrentem, necati sunt . Redeuntem inde regem propheta profecutus est . sed cum ei Iezabel regis uxor uitæ periculum pararet, ad remotiora secessit . ibi cum dominus allocutus

allocutus est, septem millia uirorum esse adhuc pronuncians, qui se idolis non dedissent . Mirum id Helia fuit, qui solum se a sacrilegio immunem esse crediderat . Ea tempestate Achab rex Samaria uineam Nabuthæi, adhaerentem sibi, concupiuit . quam cum ille ei uendere noluisset, dolis Iezabel interfecus est. ita Achab uinea potitus est, cum tamen Nabuthæi mortem doluisse referatur. mox per Heliam uerbo domini increpitus, agnitoq. crimine cilicio indutus, egisse penitentiam traditur. quo facto, imminentem pœnam auertit . namque rex Syriæ magno cum exercitu, duobus & triginta regibus in societatem belli ascitis, fines Samaria ingressus, cum rege urbem obsidere coepit . Actis deinde obsessorum rebus, dat belli condiciones, si aurum, & argentum, & feminas tradidissent, fore uti uitæ eorum parceret . sed tam iniustus condicionibus extrema perpeti fatius uisum, & cum iam omnium desperata esset salus, propheta a domino missus, regem adit, hortatur ut in prælium exeat : cunctantem multis confirmat. ita eruptione facta, fusi hostes, copiosaq. præda reperta . Sed post annum reparatis uiribus, Syrus in Samariam regressus, acceptam cladem ultum ire cupiens, rursus uictus est . eo prælio CXX millia Syrorum interiire : regi uenia data, & regnum ei & pristinus status concessus . Tum Achab uerbis Dei a propheta increpitus, cur abusus diuino munere, hosti sibi tradito perpercisset? Igitur Syrus post triennium bellum Hebræis intulit. Ad uersum hunc Achab, pseudoprophetarum impulsu, in prælium descendit : spreto Michea propheta, & in uincula coniecto, quod ei exitiabilem fore pugnam denunciaffet. Ita eo proelio Achab interfecus, Ochoziæ filio imperium reliquit . is æger corpore, cum ex ministris, qui idolum pro salute eius consulerent, misisset, Helias a Deo monitus, obuiam se eis obtulit, increpitosq. renunciare regi iubet, mortem eius consecuturam. tum rex comprehendi eum, ac deduci ad se iubet : sed missi, cælesti igne absumpti : rex, ut propheta prædixerat, obiit. successit autem Ioram ei, frater eius : isq. duodecim annis imperio potitus est . At in parte duarum tribuum Iosaphat rege defuncto, Ioram filius regnum tenuit annos duodeuiginti. Is Achab filiam uxorem habuit, socero quam patri propior . Post hunc Ochozias filius imperium adeptus est. hoc regnante, Helias translatus refertur. Eodem tempore Heliseus discipulus eius, multis signis potēs extitit : quæ omnia notiora sunt quam ut nostro stylo egeant . Ab eo est uiduæ filius resuscitatus, Syrus lepra purgatus : famis tempore, omnium rerum copia fugatis hostibus inuenta : in usum trium exercituum aquæ præbitæ : de exiguo olei immodicis incrementis solum mulieris debitum, & ipsi sufficiens uiuendi substantia data. Huius temporibus, ut diximus, Ochozias duarum tribuum erat rex : decem uero Ioram, ut supra retulimus, imperabat. interq. eos foedus ictum . nam & aduersus Syros iunctis uiribus bellatum : & aduersum Iehu, qui per prophetam in regem decem tribuum unctus fuerat, pariter in prælium egressi, eadem pugna interiire. Sed regnum Ioram Iehu tenuit, posito Ochozia in Iudæa rege . qui uno anno regnauit : mater eius Gotholia imperium occupauit, adempto nepoti imperio, etiam tum paruo puero, cui Ioas nomen fuit. Sed huic ab auia præreptum imperium, post octo fere annos, per sacerdotem & populum depulsa auia redditum . Hic initio regni obseruantissimus diuini cultus fuit, magnisq. sumptibus templum exornauit . post adulationem principum deprauatus, adoratusq. ab eis, Dei iram meruit. namque ei Azahel rex Syriæ bellum intulit ; inclinatisq. rebus suis, auro templi pacem redemit . Nec tamen ea potitus est, facti inuidia a suis interfecus, anno imperii quadragesimo. Huic Amassia filius successit. at in parte decem tribuum, defuncto Iehu, Ioachas filius eius regnauit. inuisus Deo malis operibus, ob quæ regnum eius Syris præda fuit, donec Dei misericordia depulsis hostibus, pristinum habere statū coeperunt.

2. Paralip. 23
4. Reg. 11
Ioachas diē functus, Ioā filio reliquit regnum. Is Amassā regi duarum tribuum
ciuile bellum intulit; uictoriaq. potius, multam prædam in regnum suum conuer-
tit. idq. ob Amassā delictū accidisse traditur. siquidem Idumæorum fines uictor
ingressus, idola gentis eius assumpserat. Hic nouem annos regnasse scribitur, quan-
tum in libris Regnorum reperi. sed in Paralipomenis, atque etiam in Chronicis,
nouem & uiginti annos imperium tenuisse annotatum est; ea nimirum id persua-
dente ratione, quæ in his Regnorum libris facile perspicari potest. Ioram enim rex
decem tribuum, octauo anno imperii Amassā traditur regnare cœpisse, unum-
que & quadraginta annos imperium tenuisse, regnante demum Ozia Amassā fi-
lio, quarto imperii eius anno defunctus est. qua ratione uiginti & nouem annos
regi Amassā effecit. itaque nos hoc ipsum secuti, quia rationem temporum per-
sequi placet, Chronicorum auctoritati accessimus. igitur Amassā Ozia filius suc-
cessit. nam in parte decem tribuum Ioas diem functus, Ioram filio locum fecerat:
postq. hunc Zacharias eius filius regnauit. Horum nos regum, omniumq., qui in
parte decem tribuum Samariæ præfuerunt, annotanda esse tempora non putauimus:
quia breuitati studentes, superflua omisimus, & ad cognitionem temporum
eius potissimum partis annos credimus persequendos, quæ in captiuitatem poste-
rius abducta, prolixius adeptus in regno habuit. Igitur Ozias regnum Iudæa ade-
ptus, præcipuam curam domini cognoscendi habuit, Zacharia propheta pluri-
mum usus. Esaias etiam sub hoc primum prophetasse traditur, quo merito prospe-
ris euentibus aduersus finitimos bella gessit, Arabas etiam deuicit. iamq. Aegy-
ptum terrore nominis sui concusserat, elatusq. secundis rebus, illicita præsumens,
incensum Deo obtulit: quod solis facere sacerdotibus fas erat. itaque cum per
Azariam sacerdotem increpitus eo loco decedere cogere, atque in iram exar-
fisset, lepra oppletus decessit. quo morbo affectus, uita functus est, cum regnasset
annos duos & quinquaginta. Regnum inde Ioathæ filio datum: isq. admodum
sanctus fuisse traditur, prospereq. imperium administravit: gentem Ammonita-
rum, bello uictam, stipendiū præstare coegit. regnauit autem annis XVI. eidemq.
Achaz filius successit. Celebris circa hæc tempora Niniuitarum fides traditur. id
opidum olim ab Assur, Seon filio, conditum, caput regni Assyriorum fuit: fre-
quens tum incolentium multitudine, alens uirorum millia C & XX, atque, ut in
magno populo, abundans uitiiis. queis Deus motus, Ionam prophetam ex Iudæa
ire præcepit, ac denunciare urbi excidium, sicut olim Sodoma & Gomorra diui-
nis ignibus conflagrassent. Verum propheta prædicationis istius ministerium de-
tractans, non contumacia, sed præscientia, qua uidebat dominum pænitentia po-
puli placandum, nauim, quæ longe diuersa regione Tharfos petebat, conscendit.
sed ubi in altum processum, nauæ, sæuitia maris cōpulsæ, quisnam esset mali caus-
sa, forte explorauere. cum super Ionam fors decidisset, tamquam piaculum tem-
pestatis in profundum proiectus est: exceptusq. a ceto, marino monstro, ac deuo-
ratus, post triduum fere Niniuitarum littoribus eiectus, iussa prædicat, urbem sci-
licet ob peccata populi triduo perituram. Igitur non dissimulante, ut olim Sodo-
mis, audita est uox prophetæ: ac statim iussu regis, exemploq. populus uniuersus,
quin & recens nati, cibo potuq. abstinere iubentur: iumenta itidem & diuer-
si generis animalia compulsa fame ac siti, lamentantium speciem cum hominibus
præbebant. ita imminens malum auersum. Ionæ apud Deum conuerenti, quod
fides dictis non affuisset, responsum, pænitentibus ueniam negari non posse. At in
Samaria Zachariam regem admodum impium, quem superius regnasse memo-
rauimus, Sella quidam interemit, regnumq. occupauit: idemq. Manæ insidiis,
exemplo facti sui, perit. Mane ereptum Sellæ imperium tenuit, filioq. Pache reli-
quit.

quit. eundem uero Pache quidam eiusdem nominis interemit, regnumq. occupa-
uit. mox ab Ofee peremptus, eodem scelere, quo assumpserat, imperium amisit.
Hic ultra omnes reges superiores impius, poenam sibi, perpetuamq. genti captiui-
tatem a Deo meruit. namque ei Salmanassar rex Assyriorum intulit bellum, ui-
ctumq. tributarium sibi effecit. sed cum occultis consiliis rebellionem pararet, re-
gemq. Aethiopum, qui tum Aegyptum obtinebat, in auxilium accerferet, idq.
Salmanassar comperisset, perpetuis eum uinculis in carcerem coniecit, urbemq.
excidit, populum uniuersum in regnum suum abduxit, Assyriis in hostili solo ad-
custodiam positus. exinde ea pars Samaria appellata: quod lingua Assyriorum cu-
stodes, samaritas uocant. ex quibus plerique diuinas caeremonias receperunt, re-
liquis in errore gentilitatis perseverantibus. Hoc bello Tobias in captiuitatem du-
ctus est. at in parte duarum tribuum rex Achas, ob impietatem inuisus Deo, cum
finitimorum bellis sæpe premeretur, deos gentium colere decreuit, nimirum quia
eorum ille auxilio uictores frequentibus præliis extitissent. ita in hoc nefariæ men-
tis piaculo diem functus est, cum XVI annis in regno fuisset. Huic Ezechias filius
successit, multum paterni dissimilis ingenii. namque initio regni, populum sacer-
dotesq. ad Dei cultum cohortatus, multis disseruit, ut frequenter castigati a domi-
no, sæpius essent misericordiam consecuti, ut postremum decem tribus, in capti-
uitatem nuper abductæ, sacrilegii poenas dissoluerent: curandum eis sedulo, ne ea
dem pati mereantur. ita conuersis ad religionem omnium animis, Leuitas, sacer-
dotesq. omnes ad celebranda secundum legem sacrificia ordinauit: celebrariq.
Pascha instituit, quod iam pridem fuerat omissum. cumq. dies festus adesset, di-
missis per omnem terram nunciis, conuentus diem edixit, ut si qui post abdu-
ctionem decem tribuum in Samaria refedissent, ad sollempne sacrum conuenirent.
ita frequentissimo conuentu dies sacer publica lætitia exactus, longo post interual-
lo religione legitima per Ezechiam restituta. Pari deinde industria, quæ diuina
curauerat, rem bellicam administravit, Allophylosq. frequentibus præliis contu-
dit: donec ei Semnacherib rex Assyriorum bellum intulit, magno cum exercitu
fines eius ingressus: lateq. agris uastatis, nullo obsistente, urbis obsidionem urge-
bat. Ezechias enim multitudine inferior, non ausus manum conferere, muris se-
tuebatur. Rex Assyrius portis assultans, minitari excidium, deditioem imperare:
Ezechiam frustra Deo confidere: se Dei nutu potius arma suppressisse, uictori-
am omnium gentium, euerforem Samariæ, effugi non posse, ni matura dedi-
tione sibi met consuluisse. In hoc rerum statu Ezechias Deo fretus, Esaiam pro-
phetam consuluit: eiusq. responso edocetur, nihil ex hoste periculi fore, diuinum
autem auxilium non defuturum. nec multo post Tirchac, rex Aethiopum, regnum
Assyriorum inuadit, quo nuncio Semnacherib ad sua tuenda conuersus, fremens &
clamitans, uictori sibi uictoriam eripi, bellum omisit, missis ad Ezechiam litte-
ris, cum uerborum contumeliis denunciatis, se paulo post, rebus domi compo-
sitis, ad excidium Iudææ mature rediturum. sed nihil his Ezechias motus, orasse
dominum traditur, ne hanc tantam hominis insolentiam inultam fineret. ita ead-
dem nocte angelus castra Assyriorum aggressus, multa hominum millia letho de-
dit. rex trepidus in opidum Niniuen confugit; ibiq. a filiis interfectus, dignum
se exitum tulit. Per idem tempus Ezechias, æger corpore, morbo incuberat.
cumq. Esaias ei uerbum domini annunciaffet, uitæ eius finem adesse; fuisse rex
traditur. ita XV annos prorogari sibi ad uitam meruit. quibus peractis, nono &
uigesimo imperii anno decessit: regnum Manassæ filio reliquit. Is a patre multum
degenerans, relicto domino, culturas impias exercuit: ob quod in potestatem
Assyriorum traditus, malo coactus agnouit errorem: populumq. adhortatus est,
uti,

uti, relictis idolis, dominum colerent. nihil sane dignum memoria gessit: re-
 4. Reg. 21 gnauit autem annos V & L. Amon deinde filius eius regnum adeptus est, nec ul-
 tra biennium eo potitus est: paternae impietatis heres, domini negligens, suorum
 22 insidiis circumuentus periit. Ad Iosiam filium imperium deuolutum. Is admodum
 religiosus fuisse traditur, summaque cura diuina administrasse, Helchia sacerdo-
 23 re uisus bene. Is cum in templo librum uerbi Dei scriptum, repertum a sacerdote
 legisset, quo continebatur, Hebraeam gentem ob crebras impietates & sacrilegia
 delendam, piis ad Deum precibus fletuque iugi imminentem cladem auertit.
 quod ubi indultum sibi per Ollam prophetissam comperit, maiore cura, utpote
 obligatus diuinis beneficiis, cultum Dei exercuit. Igitur uasa omnia, anteriorum
 10 regum superstitionibus idolis consecrata, cremauit. namque eo profani ritus
 inualuerant, ut soli ac lunae diuinos honores darent, eisdemque etiam ex metal-
 lis sacra aedificarent. quibus Iosias in puluerem redactis, sacerdotes quoque pro-
 fanarum aedium interfecit. sed ne sepulcris quidem impiorum pepercit: quod
 olim praedictum a propheta, impletum animaduersum est. Huius octauo & deci-
 mo imperii anno Pascha celebratum. Post triennium fere, aduersus Nechao re-
 gem Aegypti, qui bellum Assyriis inferebat, in proelium egressus, priusquam in-
 ter se acies concurrerent, sagitta ictus est. ex quo uulnere in urbem relatus, deces-
 10 sit, cum regnasset annos I & XX. Ioachas inde filius eius regnum adeptus, tribus
 mensibus tenuit, captiuitati ob impietatem destinatus. namque eum Nechao rex
 Aegypti uinctum, captumque duxit. nec multo post in uinculis diem functus est.
 10 Ibidem Iudaeis stipendium annuum imperatum, rex eis Eliachim arbitrio uictoris datus, qui
 24 postea immutato nomine Ioachis uocatus est. Hic Ioachas fratris Iosiae filius fuit
 fratri quam patri propior, sacrilegio inuisus Deo. igitur cum regi Aegyptio pare-
 ret, quippe cui tributum penderet, Nabuchodonosor rex Babylonius Iudaeam ter-
 ram occupauit armis, & per triennium iure belli uictor possedit. etenim cedente
 iam rege Aegypti, determinatisque inter eos imperii finibus conuenerat, Iudaeos ad
 Babylonem pertinere. Ita cum Ioachis exactis in regno annis undecim, filio eius-
 dem nominis locum fecisset, isque regis Babylonii in se iram concitasset, Deo ni-
 mirum agente, cui constitutum erat Iudaeam gentem captiuitati & interneconi dare,
 30 Nabuchodonosor Hierosolymam cum exercitu ingressus, urbem murosque ac tem-
 plum solo strauit: auri immensum modum & sacra ornamenta uel publica uel pri-
 uata, puberesque omnis uirilium ac muliebris sexus transtulit: relictis, quorum im-
 becillitas aut aetas fastidio uictoribus fuit. quae turba inutilis seruitio, exercendis
 25 colendisque agris, ne incultum esset solum, deputata. Eisdemque rex Sedechias praepo-
 situs, ademptis uiribus, inani tantum umbra regii nominis concessa. Sed Ioachis
 10 Ibidem tribus mensibus tempus imperii habuit. is cum populo Babyloniam translatus,
 & in carcerem coniectus est: trigessimum post annum emissus, atque a rege in ami-
 citiam receptus, mensaque & consiliis participatus, non sine solatio depulsa cala-
 30 Hier. 39 mitatis decessit. Interea Sedechias rex turbae inutilis, quamquam sine uiribus, in-
 52 fido ingenio, & Dei immemor, qui non intelligeret captiuitatem ob delicta gen-
 tis illatam: postremis denique malis debitus, regis animum offendit. ita ei post
 nouem annos Nabuchodonosor bellum intulit: compulsusque intra muros confu-
 gere, triennio obsedit. Qua tempestate Ieremiam prophetam, qui iam saepius im-
 minere urbi captiuitatem pronunciauerat, consulit, si quid spei forsitan superes-
 set. sed ille, caelestis irae non ignarus, eadem saepius interrogatus, respondit, ipsi
 regi specialem poenam denunciante. tum uero Sedechias in iram excitatus, trudi
 prophetam in carcerem iubet: moxque eum crudelis facti piguit, sed obsistentibus
 Iudaeorum principibus, quibus iam inde a principio moris fuerat bonos premere,
 absoluere

absoluere innocentem non est ausus. Iisdem cogentibus, in lacum immensi pro-
 4. Reg. 25 fundi, caenoque ac sordibus, atque ex eo exitiabili foetore horridum, demissus est, 2. Paralip.
 ut ne simplici quidem morte exspiraret. Sed rex, licet impius, aliquanto tamen sa-
 36 cerdotibus mitior, educi prophetam de lacu, & carceris custodiae reddi iubet. Inter-
 ea obsessos uisus ostium & penuria urgebat: consumptisque omnibus quae mandari pote-
 rant, fames inualuerat ita, defessis inedia defensoribus, opidum captum, incensumque.
 Rex, ut propheta dixerat, effossis oculis, Babyloniam translatus: Hieremias mise-
 ricordia hostili carcere exemptus. cum eum Nabuzardan princeps regius captiuum
 cum ceteris duceret, delata sibi optione ab eo, utrum in solo patrio deserto, de-
 10 solatoque subsistere, an secum abire in summis honoribus uellet, residere in patria
 maluit. Nabuchodonosor, abducto populo, residuis, quos belli condicio, uel
 praedae fastidium reliquos a uictoribus fecerat, Godoliam eiusdem gentis praepo-
 sivit, absque ullo insigni regio, aut imperii nomine: quia, praesente paucis, & ca-
 lamitosis, nulla dignitas erat.

SACRAE HISTORIAE SEVERI SVLPICII

LIBER SECVNDVS.

20 Aptiuitatis tempora prophetarum uaticiniis, atque actibus illustrata sunt.
 C maxime itaque Danielis egregiam ad conseruandam legem perseuerantiam
 & in absolutionem Susannae diuino consilio, ceteraque ab eo gesta ordine
 10 perfequemur. Hic sub rege Ioachim captus, deductusque Babyloniam, paruus ad-
 modum puer, postea ob elegantiam uultus inter ministros regis assumptus, unaque
 cum eo Ananias, Misael, & Azarias. sed cum eos rex deliciaribus cibis curari
 praecipisset, idque Asphanam eunucho negotii dedisset, Daniel paternarum traditi-
 onum memor, ne ex mensa regis gentiliis cibis participaret, poposcit ab eunu-
 cho, ut leguminibus tantum uterentur. caussante Asphane, ne dissimulatum im-
 30 perium regis consecutura macies proderet, Daniel domino fretus pollicetur ma-
 ioris decoris sibi uultus ex leguminibus, quam ex cibis regis, fore. fidesque dictis
 affuit, ita ut minime eorum uultus comparabiles haberentur, qui imperialibus
 impendiis procurabantur. igitur a rege in honore & gratia adhibiti, prudentia &
 disciplina breui omnibus regis proximis antelati. Per idem tempus Susanna qua-
 10 Ibidem dam Ioachim nupta, spectatae femina pulchritudinis, a duobus presbyteris appeti-
 ta, cum impudicis non acquieuisset, falso crimine incesit, iisdem presbyteris de-
 ferentibus, in remotis locis adolescentem cum ea deprehensum, sed illum iuue-
 nili alacritate senum manus effugisse. ita presbyteris fides habita, iudicio populi
 Susanna damnatur. quae cum secundum legem ad supplicium duceretur, Daniel
 40 tum annos natus XII, increpitis Iudaeis, quod innocentem morti dedissent, redu-
 cere eam in iudicium, causamque denuo audiri postulat. enim uero multitudo Iu-
 daeorum, quae tum aderat, non sine domino existimans puerum contemptae aeta-
 tulae in hanc constantiam prorupisse, fauore accommodato, in consilium reuertitur.
 Initur denuo iudicium. Daniel, ut inter maiores natus resideret, delatum. Igi-
 tur separari accusatores iubet, unumque ex eis interrogat, sub cuius generis arbo-
 re adulteram deprehendisset ex uarietate responsi. falsitas deprehensa: Susanna
 absoluta: presbyteri, qui innocenti periculum creauerant, capite damnati. Ea
 tempestate Nabuchodonosor somnium uidit, mysterio futurorum mirabile. cuius
 interpretationem cum per se non posset euoluere, ascitis ad interpretandum
 Chaldaeis,

Dan. 2 Chaldæis, qui magicis artibus, extisq. hostiarum scire occultæ, & futura præcine-
re uidebantur, mox ueritus, ne more hominum non uera, sed placita regi ex som-
nio coniectarent; uisâ suppressit, poposcitq. ab eis, ut, si uera in his diuinatione esset,
somnia ipsum sibi dicerent: tum demum interpretationi eorum crediturum, si
prius, enunciando somnium, artis periculum fecissent. illi uero tantam molem ab-
nuentes, non esse id humanæ opis confitebantur. rex motus, quod falsa diuinan-
di professione homines erroribus illuderent, cum adstricti præsentis negotio nihil
scire se confiterentur: ita edicto regis in eos animaduersum, palamq. omnes huius
artis interficiebantur. quod ubi Danieli compertum, regis proximum appellat:
enunciationem somnii interpretationemq. eius pollicetur. res ad regem defer-
tur: Daniel accersitur. iam reuelato sibi per dominum mysterio, uisio regis refer-
tur, solutioque. Sed res postulat, ut regis somnium, & interpretationem prophetæ,
& consequentium fidem exponamus. Viderat rex per soporem statuam capite au-
reo, brachiiq. argenteis, uentre & femoribus æreis, cruribus ferreis, quæ in pedes
partim ferreos, partim fictiles desinebat, sed ferrum, atque testum inter confusum
coire non poterat. ad extremum, statuam lapis sine manibus abscessit: protrebat:
redactaq. omnia in puluerem, uento ablata. igitur secundum prophetæ interpre-
tationem statua uisâ, figuram mundi gerit. Caput aureum, Chaldæorum impe-
rium est: siquidem id primum, & opulentissimum fuisse accepimus. Pectus & bra-
chia argentea, secundum regnum annunciant. Cyrus enim, uictis Chaldæis, atque
Medis, imperium ad Persas contulit. In uentre æreo, tertium regnum portendi
pronunciatur: idq. impletum uidemus. siquidem Alexander ereptum Persis impe-
rium, Macedonia uindicauit. Crura ferrea, imperium quartum: idq. Romanum
intelligitur, omnibus ante regnis ualidissimum. Pedes uero partim ferrei, partim
fictiles, diuidendum esse Romanum regnum, ita ut numquam inter se coeat, præ-
figurant: quod æque impletum est. siquidem iam non ab uno imperatore, sed etiam
a pluribus, semperq. inter se armis aut studiis dissentientibus, res Romana admini-
stratur. Denique commisceri testum, atque ferrum numquam inter se coeuntem
materiam, commixtiones humani generis futuræ, a se inuicem dissidentes, signi-
ficantur. siquidem Romanum solum ab exteris gentibus aut rebellibus occupa-
tum, aut deditibus semper pacis specie traditum constat: exercitibusq. nostris,
urbibus atque prouinciis permixtas barbaras nationes, & præcipue Iudæos inter
nos degere, nec tamen in mores nostros transire uideamus. Atque hæc esse postre-
ma tempora prophetæ annūciant. In lapide uero sine manibus abscessit, qui aurum,
argentum, & ferrum testumq. comminuit, Christi figuram esse. is enim non con-
dicione humana editus, (siquidem non ex uoluntate uiri, sed ex Deo natus est)
mundum istum, in quo sunt regna terrarum, in nihilum redigit, regnumq. aliud
incorruptum, atque perpetuum, id est, futurum sæculum, quod sanctis paratum
est, confirmabit. de quo uno adhuc quorundam fides in ambiguo est. Non creden-
dum de futuris, cum de præteritis conuincantur. Igitur Daniel multis a rege mu-
neribus donatur; præfectus Babylonæ, atque omni imperio, in summis honori-
bus habebatur. eius suffragio Ananias, Azarias, & Misael ad summam æque digni-
tatem, & potestatem prouecti. Eodem fere tempore, præclara Ezechielis prophe-
tia extitit, reuelato ei futurorum & resurrectionis mysterio. extat liber magni ope-
ris, & cum cura legendus. At in Iudæa, cui post excidium Hierosolymæ Godo-
liam præpositum supra memorauimus, ægre ferentes Iudæi, principem sibi ex stir-
pe non regia, arbitrio uictoris datum: Ismael quodam duce & concitato nefan-
dæ coniurationis, dispositis cum in conuiuio insidiis, peremerunt. at ii, qui ex-
tra noxiam fuerant, ultum ire facinus cupientes, propere aduersum Ismael arma
capiunt.

*Ioan. 1**Ezech. 1**4. Reg. 25*

capiunt. Sed ille, quia cognouit exitium sibi imminere, relicto exercitu, quem
contraxerat, non amplius, quam octo comitantibus, ad Ammonitas confugit. Igi-
tur populum uniuersum metus peruaserat; ne paucorum scelus omnium exitio rex
Babyloniæ ultum iret. nam præter Godoliam, multos ex Chaldæis cum eo inter-
fecerant. itaque consilium ineunt fugiendi in Aegyptum. sed prius Ieremiam fre-
quentes adeunt, sciscitantes diuinum responsum. At ille uerbis Dei uniuersos hor-
tari, in solo patrio manerent: si id fecissent, Dei præsidio tuendos, nullumq. a Ba-
byloniis periculum fore: sin Aegyptum peterent, omnes ibi ferro ac fame, diuer-
foq. mortis genere perituros. sed plebs assueto malo insolens parendi salubribus
consiliis, & diuino imperio, profecta est in Aegyptum. quid de ea postea actum, sa-
cris litteris siletur: nobis nihil compertum. Hoc tractu temporum Nabuchodonosor,
elatus rebus secundis, statuam sibi auream immensæ magnitudinis posuit; ad
rariq. eam, ut sacram effigiem, præcepit. quod cum certatim ab omnibus, depra-
uatis adulatione omnium animis, fieret, Ananias, Azarias, & Misael profano offi-
cio abstinerunt, non ignorantes honorem hunc soli Deo debitum. igitur rei ex
edicto regis constituuntur: propositaq. eis condicio, pœnarum ardens caminus, ut
præsentis metu adorare statuam cogerentur. uerum illi deuorari ignibus, quam pia-
culum committere, maluerunt. itaque, uincti pedibus, in medias flammæ conui-
ciuntur. sed ministros infandi operis, dum promptius damnatos in ignem propel-
lunt, flamma absorbit: Hebræos (mirum dictu, & incredibile non uidentibus)
ignis non attigit, cum aspectantibus deambulantes in camino psalmum Deo di-
cere cernerentur. uisusq. cum his inter ignem quartus specie angelis, quem Nabu-
chodonosor propius intuitus, filium Dei se uidisse confessus est. Tum rex haud du-
bius, diuinâ in re præsentis fuisse uirtutem, missis per omne regnum suum edictis,
facti miraculum prouulgauit: confessus, soli Deo honorem deferendum. nec mul-
to post, rex obiecto sibi somnio, mox uoce etiam cælo emissa admonitus, potesta-
te regia abiecta, atque ab omni conuersatione humana remotus, herbis tantum ui-
tam sustinens, egisse pœnitentiam traditur: seruatam ei nutu Dei imperium, do-
nec impleto tempore, agnito demum Deo, post septem annos & regno, & statui
pristino restitutus est. hic post deuidum, ut supra diximus, Sedechiam, quem cap-
tiuum Babylonem transtulit, regnasse traditur annos VI & XX: quamquam id
non in sacra historia scriptum inuenerim. sed forte accidit, ut, dum multa euol-
uerem, annotationem hanc, iam interpolato per ætatem libello, sine auctoris no-
mine, reperirem, in quo regum Babyloniorum tempora continebantur: quam præ-
tereundam non putauit. siquidem & Chronicis consentiret: & ita illius nobis ra-
tio quadraret, ut per ordinem regum, quorum tempora continebat, usque in pri-
mum Cyri regis annum, LXX annos (tot enim per sacram historiam a captiuitate
usque ad Cyrum fuisse referuntur) impleret. Post Nabuchodonosor filius eius
regnum est adeptus, quem in Chronicis Euilmarodac fuisse uocatum reperi. hic
duodecimo imperii anno diem functus, fratri minori, qui Balthasar dictus est, lo-
cum fecit. is cum quarto & decimo anno publicum epulum principibus ac præfe-
ctis suis daret, sacra uasa, quæ per Nabuchodonosor de templo Hierosolymæ abla-
ta, ac in regales usus usurpata, sed recondita in thesauris habebantur, profertim
perperauit. cum his per luxum ac licentiam regalis conuiuii promiscue omnis uiril-
is ac muliebris sexus, uxores, concubinæq. eius uterentur, subito rex in pariete con-
spicit digitos scribes: cernebanturq. inuersum ductæ litteræ: sed qui posset scri-
pta legere, non reperiebatur. igitur rex perterritus, magos, & Chaldæos aduocat.
quibus mustantibus, nec quidquam respondentibus, regina regem admonet, es-
se quendam Hebræum, Daniel nomine, qui olim Nabuchodonosor occultis my-
sterii

*Dan. 3**Dan. 5*

4 *Dan.* sterii somnium reuelasset, iam tum ob illustrem sapientiam summis honoribus do-
 natum. itaque accitus Daniel, perlegit, interpretatusq. ob delictum regis, qui sa-
 cra deo uasa temerasset, ipsi exitium imminere, regnumq. eius Medis ac Persis da-
 tum. quod mox consecutum est. nam eadem nocte Balthasar interiit, regnumq.
 5 eius Darius natione Medus occupauit: Daniele illustri opinione compertum,
 6 *Ter.* uniuerso imperio præposuit, secutus superiorum regum iudicium. nam & Nabu-
 chodonosor eū regno præfecerat, & Balthasar ueste purpurea & torque aureo do-
 natum, tertium regni principē constituērat. igitur ii, qui una cum eo rerum poten-
 tes erant, exagitati in Iudæa, quod eis alienigena captiuæ gentis fuisset æquatus,
 regem deprauatum adulatione compellunt, ut sibi diebus proximis triginta diui-
 ni honores darentur, neque cuiquam liceret dominum, nisi regem, precari. Faci-
 le id Dario persuasum, stultitia regum omnium, qui sibi diuina uindicant. igitur
 Daniel, non rudis, neque infcius, Deo preces, non homini deferendas, reus con-
 7 *Dan.* stituitur, edicto regis non paruissē. multumq. abnuente Dario, cui carus acce-
 ptusq. semper fuerat, principes peruicere, ut in lacum demitteretur. sed obiecto
 bestiis nullum periculum fuit. quod cum rex comperisset, accusatores deputari
 leonibus præcepit: qui non simili exemplo perfuncti sunt: nam continuo deuora-
 ti, ferarum famem expleuerunt. Daniel clarus ante, clarior haberi cœpit. rex, an-
 tiquato edicto suo, nouum proposuit, relictiis erroribus ac superstitionibus Deum
 8 Danielis colendum. Extant etiam uisiones eius, quibus consequentium sæculo-
 9 rum ordinem reuelauit: annorum etiam numerum complexus, intra quem Chri-
 10 stum, sicut factum est, descensurum ad terras pronunciauit, uenturumq. Antichri-
 stum manifeste exposuit: quod si quis studiosior erit, rectius ibi quæsitum reperiet:
 nobis propositum est, rerum tantum ordinem contexere. Darius duodeuiginti
 annos regnasse traditur. Qua tempestate Astyages Medis imperabat. hunc Cy-
 rus, ex filia nepos eius, regno expulit, Persarum usus armis: unde summa imperii
 ad Persas translata est. Babylonii quoque in potestatem ditionemq. eius conce-
 11 *Esl.* sere. igitur, initio regni, propositis publice edictis, dat potestatem Iudæis in so-
 12 *Hier.* lum patrium redeundi: sacra etiam uasa, quæ Nabuchodonosor de templo Hiero-
 13 *29* solymæ abstulerat, reddidit. itaque pauci tum in Iudæam regressi: ceteris redeun-
 14 *36* di animus, an facultas defuerit, parum comperimus. Erat ea tempestate apud Ba-
 bylonios Beli, antiquissimi regis, cuius etiam Virgilius meminit, ex ære simula-
 crum: quod, superstitione hominum consecratum, Cyrus quoque adorare erat
 solitus, antistitum eius dolo illusit, qui uesci effigiem illam, atque potare affirma-
 bant; cum diuinam pensitationem, quæ idolo inferebatur, clam ipsi absumerent.
 Igitur Cyrus, cum Daniele familiariter uteretur, quærit ab eo, cur simulacrum non
 adoraret, cum manifestum uiuentis Dei esset indicium, absumptis ea, quæ infe-
 rebantur. Daniel ridens hominis errorem, negare id posse fieri, ut as illud, id est,
 bruta materies, cibo uteretur, aut potu. accerit ergo rex sacerdotes iubet: nam fere
 ad septuaginta erant: adhibitoq. eos terrore increpitat, quis impensa consume-
 15 *40* ret, cum Daniel, uir prudentia insignis, minime id ab insensibili simulacro posse
 fieri contenderet. tum illi consili parato dolo, inferre & obfignari a rege templum
 deposcunt, uti, nisi omnia postero die absumpta deprehenderentur, morte pœnas
 persoluerent, dum eadem condicio Danieli maneret. itaque signo regis templum
 obfignatur, cum prius Daniel, sacerdotibus infcius, pauimentum cinere aspersis-
 set, ut introeuntium occultos aditus uestigia proderent. Igitur postero die rex
 templum ingressus, animaduertit absumpta, quæ idolo apponi iusserat. Tum Da-
 niel occultam fraudem, uestigiis prodeudentibus, referat; sacerdotes cum uxoribus &
 filiis, subfosso foramine ingressos, ea, quæ idolo apposita fuerant, deuorasse. ita
 omnes

omnes iussu regis interfecti: templum, ac simulacrum Danieli in potestatem da-
 tum, atque arbitrio eius dirutum. Interea Iudæi, quos ex permisso Cyri in patriam
 regressos supra memorauimus, urbem ac templum restituere aggressi, ut pauci at-
 que inopes, parum proficiebant: donec centesimo fere anno, Artaxerse rege Per-
 sis imperitate, per eos, qui locis præerant, ab ædificando sunt deterriti. etenim tum
 Syria, atque omnis Iudæa sub Persarum imperio per magistratus ac præfides rege-
 batur. Igitur his consilium fuit, regi Artaxerxi scribere, non oportere Iudæis resti-
 tuendæ urbis suæ copiam dari, ne pro contumaci ingenio, resumptis uiribus, aliis
 gentibus imperare soliti, non paterentur sub alieno imperio degere. ita compro-
 10 bato a rege præsidum consilio, prohibita urbis ædificatio, usque in secundum Da-
 rii regis annum dilata est. Sed hoc tractu temporū qui reges Persis imperauerint,
 inferemus, quo facilius annorum series in ordinem contexta prodatur. Post Da-
 rium Medum, quem duodeuiginti annos regnasse significauimus, Cyrus uno &
 triginta annis rerum potitus est. Scythis bellum inferens, in prælio cecidit, secun-
 do anno post, quam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. Cyro Camby-
 ses filius eius successit, regnauitq. annos nouem. Hic cum Aegyptum, atque Ae-
 thiopiam bello premeret, & subegisset, uictorq. in Persas reuenteretur, casu se ipsum
 uulnerauit, ex eoq. istu periit. Post huius mortem Magi duo fratres, natione Me-
 di, menses septem Persarum regnum obtinuerunt. Ad hos interficiendos septem
 20 nobilissimi Persæ coniurauerunt: quorum princeps fuit Darius Hytaspis filius, na-
 tus ex fratre patruelis Cyri, omniumq. consensu regnum ei delatum: regnauit an-
 nos sex & triginta. Hic ante quadriennium, quam decederet, apud Marathonem
 pugnauit, celeberrimo Græcis Romanisq. historiis prælio. id gestum post Romam
 conditam anno fere ducentesimo & sexagesimo, Macherino & Augurino consu-
 libus, abhinc annos, si tamen inuestigatio Romanorum consulum non fefellit,
 DCCCCLXXX & VIII. omne enim tempus in Stiliconem consulem direxi.
 Post Darium Xerxes fuit, isq. uno & uiginti annis regnasse traditur: quamquam
 in plerisque exemplaribus uiginti & quinque annos imperii eius fuisse reperi-
 30 succēssit Artaxerxes, cuius supra mentionem fecimus. hic cum inhiberi ædificatio-
 nem urbis Iudææ, templiq. iussisset, suspensum opus usque in secundum Darii re-
 gis annum pendit. sed ut usque ad eum temporum ordo connexus sit, & Arta-
 xerxes regnauit annos unum & quadraginta, Xerxes duobus mensibus. postq. eum
 Sogdianus septem mensibus fuit. Darius deinde, sub quo templum est restitutum,
 regnum adeptus est, cui Ochus tum nomen erat. hic cum ex Hebræis tres adole-
 scentes spectata fidei, corporis custodes haberet, unusq. ex his prudentiæ docu-
 mento admirationem regis in se conuertisset, delata sibi optione petendi si quid
 animo concepisset, ingemiscens patriæ ruinis, copiam restituendæ urbis poposcit:
 meruitq. a rege, ut sub regulis ac præsidibus imperaret, ut ædificationem sacræ
 40 ædis, præbitis impendiis, maturarent. ita templum quadriennio consummatum,
 sexto post anno, quam Darius regnare cœperat: idq. Iudæis satis uisum: & quia ma-
 gnæ molis erat urbem restituere, diffisi uiribus, opus multi laboris incipere non
 ausi, templo continebantur. Per idem tempus Esdras scriba legis post uiginti fere
 annos quæ templum fuerat consummatum, defuncto iam Dario, qui unum de ui-
 ginti annis rerum fuerat potitus, permisso Artaxerxis secundi, non illius, qui inter
 duos Xerxes fuit, sed huius, qui Dario Ocho successerat, Babylonia profectus, mul-
 tisq. eum secutus Hierosolymam peruenit. uasa quoque diuersi operis, & do-
 na, quæ rex templo Dei miserat, cum duodecim Leuitis. uix enim hic numerus
 ex illa tribu repertus traditur. is cum deprehendisset Iudæos gentilium connubiis
 permixtos, multis increpitos, renunciare istiusmodi matrimoniis, ac filios ex his
 X susceptos

susceptos extrudi iubet. omnesq. dicto paruere. purgatus populus, ueteris legis
 ritum agebat. Ceterum Esdram nihil super reficienda urbe egisse comperio: cre-
 do potiozem curam ratus, plebem corruptis moribus reformare, Erat ea tem-
 pestate apud Babyloniam Neemias, minister regius, gente Iudæus, Artaxerfi me-
 rito obsequiorum carissimus. is Iudæos percunctatus, quis paternæ urbis status esset;
 ubi comperit, in iisdem ruinis iacere patriam, totis sensibus conturbatus, cum gemi-
 tu, multisq. lacrymis orasse ad Deum traditur, delicta gentis suæ reputans, miseri-
 cordiamq. diuinam efflagitans. Igitur cum eum rex inter epulas mæstum ex-
 tra solitum animaduertisset, poposcit ab eo causam dolorum, ut exponeret: tum
 ille aduersa gentis suæ, & ruinam ciuitatis deslere, quæ iam per annos fere ducen-
 tos & quinquaginta solo strata, malorum testimonium, spectaculum inimicis
 præberet: daret sibi eundi, & restituendæ eius potestatem, paruit rex piis preci-
 bus: statimq. eum cum præsidio equitum, quo tutius iter ageret, dimisit, datis
 ad prætores epistolis, ut necessaria præberent. is cum Hierosolymam peruenis-
 set, uiritim populo opus urbis distribuit, & certatim iussa omnes curabant: iamq.
 ad medium machinæ processerant, cum flagrante inuidia gentium uicinæ urbes
 conspirant, opera interrompere, Iudæos ab ædificando deterrere. sed Neemias
 dispositis aduersum incurstantes præsidis, nihil territus, cœpta explicuit: cõsum-
 matoq. & ualuis portarum perfectis, per familias construendis interius domibus
 urbem dimensus est: censuitq. populum minime urbi parem, neque enim ampli-
 us quã ad quinquaginta millia promiscui sexus atque ordinis reperta. tantum ex
 illo quondam immani numero frequentibus bellis absumptum, aut captiuitate
 detentum, nam olim hæc duæ tribus, quarum hoc residuum fuit, cum ab his de-
 cem tribus separatæ sunt, CCC & XX millia uirorum armauerant. adeo ob pec-
 catum internecioni & captiuitati datæ, ad hanc usque paucitatẽ deueniant. Sed
 hæc, ut dixi, plebs duarum tribuum fuit: decem uero prius ductæ, per Parthos,
 Medos, Indos, atque Aethiops dispersæ, numquam in solum patrium sunt re-
 gressæ: hodieq. barbararum gentium imperiis continentur. Sed consummatio
 restitutæ urbis XXX & II imperii Artaxerfis anno refertur. a quo tempore usque
 ad Christi crucem, id est, Fusium Geminium & Rebellium consules, anni CCC
 XC & VIII. Ceterum, a restitutione templi usque in euerfionem, quæ sub Ves-
 pasiano, consule Augusto, per Titum Cæsarem consummata est, anni CCCCL
 XXX & III. prædictum id olim est a Daniele, qui ab instauracione templi usque
 in euerfionem LX & IX hebdomadas futuras pronunciauerat. a die autem capti-
 uitatis Iudæorum, usque in tempus restitutæ ciuitatis, fuerunt anni CCLX. Hoc
 temporum tractu, Esther atque Iudith fuisse arbitramur, quarum quidem actus
 quibus potissimum regibus connectam, non facile perspexerim, nam cum Esther
 sub Artaxerfe rege referatur, porro duos huius nominis Persarum reges fuisse re-
 peri, multa cunctatio est, cuius hæc temporibus applicetur. mihi tamen uisum
 est, huic Artaxerfi, sub quo Hierosolyma est restituta, Esther historiam cõnecte-
 re, quæ ante fuit uerisimilis: ut, si sub priore Artaxerfe fuisset, cuius tempora cõ-
 plexus est, nullam tam illustris feminae mentionem retulisset, maxime cum ab
 illo Artaxerfe inhibitam templi ædificationem, sicut supra memorauimus; con-
 stet: neque Esther passura fuerit, si in illius matrimonio tum fuisset, nunc gesta
 edisseram. Erat ea tempestate regi in matrimonio Vastis quædam, miræ femina
 pulchritudinis. cuius cum formam omnibus prædicaret, die quodam cum pu-
 blicum conuiuium daret, adesse reginam demonstrandæ pulchritudinis gratia iu-
 bet. illa uero stulto rege consultior, pudens uirorum oculis spectaculum corporis
 præbere, iussa abnuir, qua contumelia barbarus animus permotus, uxorem ma-
 trimo-

trimonio, ac regia depellit. Igitur, cum in locum eius puella regis coniugio qua-
 reretur, reperta est Esther ceteras specie uincere. Hæc Iudæa, ex tribu Benjamin,
 utroque parente orba, a Mardocho, patruæ fratre educata, cū ad regales nuptias
 duceretur, mandante educatore, genus ac patriam occultauit, admonita, ne pa-
 ternarum traditionum immemor, etsi in matrimonium alienigenæ captiua succede-
 ret, gentilium cibis participaret. igitur iuncta regi, breui, ut fit, ui pulchritu-
 dinis totum eius animum facile cepit, adeo ut eam æquatam imperio, insigni re-
 gio, ueste purpurea donaret. Qua tempestate Mardocho inter proximos regis
 erat, pro uirili portione negotiorum familiarium curator. is compositas a duobus
 spadonibus regi insidias prodiderat, atque ex eo carior, summisq. honoribus do-
 natus. Erat ea tempestate regi Haman quidam perfamiliaris, quem æquatam sibi,
 adorari more regum præceperat. id Mardocho unus ex omnibus facere fastidi-
 ens, odia Persæ in se grauius accenderat. igitur Haman ad perniciem Hebræi ani-
 mum intendens, regem adiit; affirmatq. esse in regno eius hominum genus,
 prauis superstitionibus Deo, hominibusq. inuisum, externis legibus uiuens;
 dignum exitio: rectum esse, omnes huius gentis internecioni dare: exq. eorum
 bonis immensas opes pollicetur. facile id barbaro persuasum. edictum emittitur,
 Iudæos necandos: missiq. continuo, qui per omne regnum ab India usque Ae-
 thiopiam edictum promulgarent. id ubi Mardocho compertum, conscissis uesti-
 bus, sacco obuoluitur: conspersusq. cinere pergit ad reginam, ibiq. eiulatu mul-
 to, cuncta questibus replet: facinus indignum, immeritam gentem perire, neque
 ullam pereundi causam dari. Esther lamentantis uoce excita, rem, ut erat, co-
 gnoscit. tum uero anceps consilii, quia adeundi regem potestas non erat, (et-
 enim more Persarum, reginæ introire ad regem, nisi accersita, non licet: nec ta-
 men, cum fuerit regi libitum, sed statuto tempore admittitur) forte tum ita eue-
 nerat, ut diebus triginta proximis separata a conspectu regis Esther haberetur. igi-
 tur audendum aliquid pro ciuibus rata, etsi certa pestis adesset, pulchro in nego-
 tio occubere parat: inuocato prius domino, aulam regis ingreditur. at barbarus,
 re insolita percussus, paulatim blandimento muliebri delinitus, postremo ad ce-
 nam reginæ perducitur, unaq. cum illo Haman ille regi carus, & Iudææ genti in-
 festus. igitur cum iam post epulas multis poculis conuiuium calere cœpisset, Est-
 her genibus regis aduoluitur, gentis suæ perniciem deprecatur. rex uero nihil a se
 petenti, siquid ultra peteret, negaturum pollicetur. tum Esther, arrepto tempore,
 Hamanis mortem flagitat, in ultionem gentis, quam perditam cupierat. sed rex
 amici memor, paulisper cunctatur; deliberandiq. gratia modicum secessit. deinde
 regressus, uidit Haman reginæ genua complexum: succensus ira, & appetitam
 reginam clamitans, morte eum affici iubet. & tum regi compertum erat, pœnam
 crucis per Haman Mardocho paratam. ita Haman eidem cruci affigitur: omniaq.
 bona eius Mardocho data; Iudæiq. sunt absoluti. Artaxerfes regnauit an-
 nos duos & sexaginta: eidemq. Ochus successit. huic rerum ordini recte Iudith
 actus conferam. traditus enim, post captiuitatem fuisse: sed quis eo tempore Per-
 sis regnauerit, historia diuina non edidit: regem tamen, sub quo illa gesta sint,
 Nabuchodonosor nuncupat, non utique eum, qui Hierosolymam cepit, sed
 nullum hoc nomine post captiuitatem apud Persas regnasse reperio, nisi si
 ob impatientiam & pariles conatus, qui cum * ille rex Nabuchodonosor a Iudæis *
 uocitatus est. plerique tamen Cambysem, Cyri regis filium, putant esse; quod
 uictor Aegyptum atque Aethiopiam penetrauerit. sed huic opinioni eadem sacra
 historia repugnat. nam duodecimo regis illius anno Iudith fuisse signatur. porro
 Cambyfes non ultra nouem annos rerum potitus est. unde, si in historia opinari
 licet

Nieceph. in
Chronol.

Iudith 2

Iudith 1

licet sub Ocho rege, qui post Artaxersem secundum fuit, hæc gesta crediderim: idq. uel ex hoc conitio, quod idem Ochus, ut in sæcularibus quibusdam scriptis legi, natura immittis, cupidusq. bellorum traditur. nam & arma finitimis intulit; & Aegyptum, quæ ante multos annos deficiuerat, bello recuperauit. quo tēpore etiam sacra eorum, & Apim, in deum receptum, irrisisse traditur: quod postea Baguas, spado eius, natione Aegyptius, indignatus, contumeliam gentis morte regis ultus est. meminit autem huius Baguæ historia diuina. nam cū Holofernes iussu regis aduersus Iudæos duxerat exercitum, Baguam in iisdem castris fuisse memorauit. unde non immerito in argumentum nostræ opinionis adduxerim, ut rex ille Nabuchodonosor nuncupatus, Ochus fuerit, sub quo Baguam fuisse mundiales historici prodiderunt. Ceterum illud nemini mirum esse oportebit, quod scriptores sæcularium litterarum, nihil ex iis, quæ sacris uoluminibus scripta sunt, attigerunt, Dei spiritu præualente, ut intaminata ab ore corrupto, & falsis uera miscente, intra sua tantum mysteria contineretur historia; quæ separata a mundi negotiis, & sacris tantum uocibus proferenda, permisceri cum alijs uelut æquali sorte non debuit, etenim erat indignissimum, ut alia agentibus, aut alia quærentibus, hæc quoque cū reliquis miscerentur. Sed pergam ad cetera, ac per Iudith gesta, ut potero, paucis absoluam. Igitur reuersis, ut supra memorauimus, in solum patrium Iudæis, necdum composito rerum aut urbis statu, rex Persarum Medis bellum infert, atque aduersum regem eorum, Arphaxat nomine, acie configit. secundo euentu, perempto rege, gentem imperio adiungit. idem reliquis nationibus facit, præmissis Holoferne, quem principem militiæ delegerat, cum millibus peditum centum & uiginti, equitum duodecim. is, Cilicia, & Arabia bello uastatis, multas urbes aut ui capit, aut metu in deditionem compellit. iamq. Damascum admotus exercitus, magno Iudæos terrore perculerat. sed impares ad resistendum, neque ad deditionem acquiescentibus animis, expertis quippe usque ante captiuitatis mala, ad templum frequentes concurrunt, ibi communi gemitu, permixtoq. ululatu, diuinum auxilium implorant: satis se domino ob peccata uel crimina dedisse poenarum, reliquis saltem, seruitio nuper exemptis, parceret. Interea Holofernes, Moabitis in deditionem acceptis, atque aduersum Iudæos in societatem belli assumptis, cum ab eorum principibus inquireret, quibusnam uiribus freti Hebræi, deditioni animos nõ dedissent? Achior quidã cõperta edidit, Iudæos Dei cultores, pio a patribus ritu institutos, olim in Aegypto pependisse seruitiũ: inde diuino munere eductos, ac siccãtũ mare pedibus emensos: postremo, omnibus gentibus deuictis, habitatas a maioribus terras recepisse: exin, uario rerũ statu floruisse, aut concidisse, atque iterum malis emersisse, secundum merita iratum aut placatũ Deum uicissitudine expertos, dum peccates incursionibus hostiũ aut captiuitatibus coercerentur, propitio numine semper inuicti: ceterũ, si præsentis tempore absque peccato sint, nullo modo eos posse superari: sin aliter se habeant, facile uincendos. Ad hæc Holofernes, ferox multis uictoriis, nihil sibi inuictum ratus, ira accensus, cur ex peccato potissimum Iudæorum pendere illius uictoria putaretur, propelli Achior in castra Hebræorum iubet, ut cum his periret, quos uinci non posse affirmauerat. ac tum Iudæi montes petierant. ita, quibus id negotii datum, ima montium succedere, ibiq. uinctum Achior reliquerunt. quod ubi Iudæi animaduernerunt, exemptum uinculis in collem perducunt: causas rei quærentibus, gesta exponit, receptusq. parem exitum operiebatur. is post uictoriam circumcisus, Iudæus factus est. Igitur Holofernes, difficultate locorum comperta, quia adiri præcelsa non poterant, montes militibus circũdat, & summa cura Hebræos aquationibus prohibet: eoq. maturius obfidionem

Iudith. 4

obsidionem sensere. itaque uicti penuria aquæ, ad Oziam principem concurrunt, proni omnes ad deditionem. ille uero operiendũ paulisper, & diuinum auxilium expectandum respondens, quintodecimo die deditionis tempus cõstituit. quod ubi Iudith compertum, quæ uiro uidua, prædiues opibus, insignis specie, sed moribus, quam uultu, illustrior, tum in castris erat, arcus suorum rebus, etiam certo sibi exitio audendum aliquid, & tentandum rata, caput comit, uultu expolitur, comite ancilla castra hostium ingreditur: statimq. ad Holofernem deducta, perditas res suorum memorat, se transfugio uitæ consuluisse: deinde a duce post se liberum extra castra nocturno tempore egressum, orandi gratia. mandatum id uigilibus, portarumq. custodibus. sed ubi per triduum egrediendi ac redeundi consuetudine sibi, barbari, fidem fecit, Holofernem cupido incessit, dediticiæ corpore abuti. etenim forma excellenti Persam facile permouerat. ita ad ducis tentorium per Baguam eunuchum deducunt: initioq. conuiuui barbarus multo se uino obruit. tum, remotis ministris, priusquam uim mulieri inferret, somno captus est. Iudith, tempore arrepto, caput hostis defecat, secumq. aufert: et cum secundum consuetudinem castris egredi crederetur, incolumis ad suos regressa est. postero die Hebræi, caput Holofernis de superioribus ostentantes, eruptione facta, ad castra hostium pergunt. tum uero barbari signum pugnæ poscentes, tabernaculum ducis frequentes assistunt. ubi truncum corpus repertum, foeda formidine in fugam uersa, terga hostibus præbuerunt. Iudæi fugientes persecuti, caesisq. multis millibus, castris ac præda potiti: Iudith summis laudibus celebrata, centum & quinque annos uixisse traditur. Hæc, Ocho rege, ut opinamur, gesta sunt, anno imperii eius duodecimo. A tēpore Hierosolymæ restituta usque in id bellum, fuerunt anni duo & uiginti. Ceterum Ochus uiginti & tres annos regnauit. Fuit autem ultra omnes cruentus, & plusquam barbaro animo. Hunc Bagua spado ægrotantem uenenis sustulit. Post eũ Arses, filius eius, triennio imperiũ tenuit. Darius annos quatuor. Aduersum hunc Alexander Macedo acie conflixit. eo uicto, Persis imperium ademptum: quod ab initio Cyri steterat annos ducentos & quinquaginta. Alexander uictor fere omnium gentium, adisse Hierosolymæ templum dicitur, ac dona intulisse: edixitq. per omne imperium, quod sui iuris effecerat, ut Iudæis ibidem degentibus liberum esset in patriam reuerti. Exaeto duodecimo imperii anno, septimo, posteaquam Dariũ deuicerat, apud Babyloniam defunctus est. Regnum amici eius, qui simul cum illõ maxima illa bella gesserant, partiti sunt. Inde aliquanto tempore sine usurpatione regali susceptas partes procurauerunt, Arrideo quodam Philippo Alexandri fratre regnante, cui perimbecillo uerbo datum imperium uidebatur: res autem penes eos erat, qui sibi exercitum & prouincias distribuerant. Nec uero hic rerum status diu mansit, omnesq. se reges appellari maluerunt. Primus in Syria post Alexandrum Seleucus rex fuit, subiecta eidem Perside ac Babylone. Quæ tempestate Iudæi annuum stipendium trecenta argenti talenta regi dabant: nec tamen per ternos magistratus, sed per sacerdotes suos regerantur, patrioq. ritu uiuebant. donec plerique eorum longa rursus pace corrupti, miscere omnia seditionibus, & turbare cœperunt, affectantes summum sacerdotium libidine, auaritia, & dominandi cupidine. Namque primum sub rege Seleuco, Antiochi magni filio, Oniam sacerdotem, uirum sanctum atque integrum, Simon quidam falsis apud regem criminibus insimulatum, exquirere nequieuerat. Interiecto deinde tempore, Iason, frater Oniæ, Antiochum regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit, augmentum stipendii pollicens, si sibi summum sacerdotium traderetur. Et quamquam insolitum, neque ante permissum cuiquam erat perpetuo sacerdotio perfungi: sollicitus tamen regis animus, atque æger aua-

ritia, facile superatus est. ita depulso Onia, Iasoni sacerdotium est mandatum. Is foede admodum ciues, patriamq. laceravit. Dein cum per Menelaum quendam, Simonis illius fratrem, promissam regi pecuniam misisset, patefacta semel ambitioni uia, iisdem artibus, quibus Iason prius, Menelaus quoque sacerdotium obtinuerat. Nec multo post, cum is promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur. Lyfimachus substituitur. inde inter Iasonem & Menelaum foeda fuere certamina, donec Iason profugus patria excessit. His initiis corruptis moribus, eo usque processum, ut plerique popularium ab Antiocho poscerent, permitti sibi more gentiliu uiuere. quod cum rex petentibus annuisset, certatim pessimus quisque delubra extruere, idolis supplicare, legem profanare occiperat. interea Antiochus rediens ab Alexandria (namque tum bellum regi Aegypto intulerat, quod iussu senatus & populi Romani deposuit, Paulo & Crasso consulibus) Hierosolymam adiit, cum discordantem superstitionibus susceptis populum reperisset, legem Dei destruens: & his fauens, qui impia sequebantur, omnia templi ornamenta detraxit, ac multa caede uastauit, id gestum ab excessu Alexandri anno centesimo uno & quinquagesimo, Paulo, ut diximus, Crassoq. consulibus, post quinquennium fere quam Antiochus regnare coeperat. sed ut temporum ordo conferretur sit, ac liqueat euidentius, quis hic fuerit Antiochus, regum, qui post Alexandrum in Syria fuerunt, & nomina & tempora enumerabimus. Defuncto, ut supra retulimus, rege Alexandro, ab amicis eius regnum omne diuisum, ac regio nomine aliquandiu administratum est. Seleucus post nouem annos in Syria rex est appellatus, regnauitq. annos duos & triginta. post eum Antiochus, filius eius, annos unum de uiginti: inde Antiochus, Antiochi filius, qui Etthaus cognominatus est, annos quindecim. post hunc Seleucus filius, cognomine Callinicus, annos unum & uiginti. item Seleucus, filius Callinici, annos tres. hoc defuncto, Antiochus frater Callinici Asiam & Syriam tenuit, annos septem & triginta. hic est Antiochus, aduersus quem Scipio Africani frater bellauit: quo bello uictus, & imperii parte multatus est. Hic duos filios habuit, Seleucum & Antiochum, quem obsidem Romanis dederat. Ita Antiocho magno mortuo, Seleucus eius filius natu minor regnum adeptus est: sub quo Oniam sacerdotem a Simone infimularum diximus. tum Antiochus a Romanis dimissus, datusq. in locum eius obses Demetrius, Seleuci regis, qui eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo, anno imperii duodecimo regnum frater Antiochus, qui Romae obses fuerat, occupauit. is post quinquennium, quam regnare coeperat, ut supra docuimus, Hierosolymam depulatus est. etenim graue Romanis stipendium pensitans, ipse immensis sumptibus pane necessario cogebatur pecunias raptu quaerere, neque ullam praedandi occasionem ommittere. Post biennium deinde, pari rursus clade affectis Iudaeis, ne forte frequentibus malis compulsi bellum sumerent, praesidium arci imposuit. inde sacram legem euertere aggressus, mittit edictum, ut omnes, reliquis maiorum suorum traditionibus, gentiliu ritu uiuerent. Nec desuere, qui profano imperio uolentes parerent. tum uero foedum spectaculum, per uniuersam urbem palam in plateis diis litabatur: sacra etiam legis & prophetaru uolumina igni cremata. Ea tempestate Matathias, Ioannis filius, sacerdos erat hic cum a regis cogereur edicto parere, egregia constantia profana contemnens, Hebraum publice profanantem in ore omnium iugulauit. tum demum reperto duce facta secessio est. Matathias opido egressus, multis ad eum confluentibus speciem iusti exercitus effecerat. quibus omnibus destinatum erat, aduersus profanum imperium se armis tueri, & in bello potius occumbere, quam impias caerimonias exercere. Interea Antiochus per Graecas quoque urbes, quae in illius imperio erant, repertos Iudaeos sacrificare cogebat, inauditissq.

1. Mach. 2

inauditissq. cruciatibus reluctantes afficiebat. Qua tempestate illustris illa passio septem fratrum, matrisq. fuit: qui omnes, cum legem Dei & instituta maiorum uiolare supplicis cogentur, mori maluerunt. Ad extremum poenas mortesq. eorum comitata mater est. Interea Matathias moritur: uicarium exercitui, quem parauerat ducem, Iudam filium substituit. Huius ductu, aduersus regios frequentibus proeliis prospere pugnatum. nam primum Apollonium ducem hostium, qui magnis copiis in confictum descenderat, cum omni exercitu deleuit. Quod cum Seron quidam, qui tum Syriae praerat, comperisset, multiplicatis legionibus Iudam aggressus, ferox, quia numero praestabat, ubi in certamen descensum, fufus ac fugatus, octingentis ferme amissis, in Syriam regressus est. Id ubi compertum est Antiocho, ira & dolore succensus (quippe angebatur duces suos cum magnis exercitibus deuictos) auxilium per omne regnum contrahit, donatium militibus, exhaustis penitus thesauris, largitur. etenim tum praecipue grauer pecuniae inopia affectus erat. nam deficientibus Iudaeis ab eo, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua pensitauerant, praeterea Graecis urbibus multisq. regionibus persecutionis malo turbatis, ne gentilibus quidem pepercerat: quos deserere inueteratas superstitiones, & ad unum ritum deducere tentauerat: illis quidem, ubi nihil sancti erat, facile relinquentibus: sed tamen, omnibus metu ac clade affectis, uectigalia cessauerant. Quibus rebus astuans (etenim ipse olim omnibus regibus opulentior, suomet scelere inopiam persenserat) copias cum Lyfia partitur, eiq. Syriam & bellum aduersus Iudaeos committit, ipse in Persas ad cogenda uectigalia profectus. Igitur Lyfias duces belli delegit, Ptolemæum, Gorgiam, Doronem, & Nicanorem: his XL millia peditum, septem equitum data. Ac primo impetu magnum Iudaeis terrorem intulerunt. Tum Iudas cunctis desperantibus suos adhortatus, forti animo descenderent in praelium: Deo fretis, nihil inuictum fore: saepe antea a paucioribus aduersum plures bene pugnatum. Ieiunio indicto, celebratoq. sacrificio, in aciem descensum, fusae hostium copiae: Iudas castris potitus, multumq. ibi auri & Tyriarum opum repertum. namque ex Syria negotiatores nihil de uictoria dubitantes, regium exercitum secuti, spe captiuos mercandi, praedae fuere. Haec ubi Lyfias ex nunciis comperta, maiore cura copias parat: annoq. post immani exercitu Iudaeos aggreditur, uictus denuo Antiochiam se recepit. Iudas pulsus hostibus Hierosolymam regressus, purgare templum, & restituere, animum intendit: quod euersum ab Antiocho, profanatumq. a gentibus, foedam sui speciem praebat. Sed Syris arcem tenentibus, quae continua templo, & loci natura superior, atque inexpugnabilis erat, adiri subiecta non poterant, crebris eruptionibus prohibentibus. Aduersum hos Iudas ualidissimam suorum aciem obiecit. ita opus sacrae aedis curatum, templumq. muro circumdatum, constitutiq. qui perpetuum praesidium armati agitent. at Lyfias multiplicato exercitu in Iudaeam regressus, rursus uincitur, magna clade exercitus & auxiliorum, quae ei a ciuitatibus missa in bellum conspirauerant. Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memorauimus, opidum Elymum, regionis illius opulentissimum, fanumq. ibi situm, multo auro refertum, diripere conatus, confluentem undique ad defensionem loci multitudine, fugatus: insuper nuncium accepit, res uel a Lyfia, uel a Lyfimacho improspere gestas. ita ex maerore animi, corporis morbo incubuit. sed cum internis doloribus angeretur, reminiscens malorum, quibus populum Dei uexauerat, merito sibi illa accidisse confitebatur. deinde post paucos dies moritur, cum regnasset annos undecim. Antiocho filio regnum reliquit, cui Eupator nomen fuit. Ea tempestate Iudas Syros in arce positos obsidebat: qui cum fame atque inopia afficerentur, missis ad regem nunciis, praesidium implorant. ita Eupator

2. Mach. 7

1. Mach. 3

10

20

30

40

4

5

pator

pator cum centum millibus, & equitum viginti millibus, suis subsidio uenit: præ-
euntibus aciem cum ingenti terrorē elephantis. tum Iudas laxata obsidione, regi
obuiam tendit, primoq. prælio Syros fundit. Rex petit pacem: quia infido inge-
nio male usus, perfidiam consecuta ultio. Nam Demetrius Seleuci filius, quem Ro-
manis obsidem datum supra memorauimus, ut audiuit Antiochum decessisse, pe-
tiuit, ut se in regnum remitterent. Quod cum ei negatum fuisset, clam Roma pro-
fugit: in Syriam uenit, regnumq. occupauit, Antiocho filio, qui annum unum
& menses sex regnauerat, interfecto. hoc regnante, primum Iudæi a populo Roma-
no amicitiam foedusq. petiere: benigneq. excepta legatio. decreto senatus, focii
atque amici appellati. interim Demetrius aduersus Iudam per duces suos bel-
lum gerebat. Ac primum per Bacchidem quendam & Alchimium Iudæum du-
ctus exercitus: post Nicanor bello præpositus, in prælio occubuit. tum Bacchi-
des & Alchimus resumptis uiribus, auxiliisq. copiis, aduersum Iudam constringunt.
in ea pugna uictores Syri, cruenta admodū uictoria sunt usi. Hebræi in locum Iu-
dæ Ionathā fratrem eius deligunt. Interea Alchimus cum foede Hierosolymam uq.
stasset, moritur. Bacchides focio destitutus, ad regem redit. Dein post bienniū rur-
sus Bacchides bellū Iudæis intulit, uictus pacem petit. Quæ propositis conditio-
bus data, si perfugas, captiuosq. & omnia bello rapta redderet. Dum hæc intra
Iudæam geruntur, adolescens quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antio-
chi se esse filium dicitans, quod falsum erat, adiutus opibus Ptolemæi Regis Ale-
xandrini, in Syriam cum exercitu uenit: Demetrium bello superatum occidit, cum
regnasset annos XII. Hic Alexander, priusquam aduersus Demetrium conflige-
ret, foedus cum Ionatha fecerat, eumq. ueste purpurea & insignibus regis dona-
uerat: ob quod eum Ionatha auxiliis iuuerat: uictorq. Demetrio, primus omnium
congratulum occurrerat. Neque postea Alexander datam fidē uiolauit. ita quin-
quennio, quo rerum potitus est, res Iudæorum tranquillæ fuerunt. Igitur Deme-
trii filius, qui post mortem patris Crêtam confugerat, hortante Læsthene Creten-
siū duce, regnum patrium bello repetens, impar uiribus, Ptolemæum Philo-
metorem regem Aegypti, Alexandri socerum, iam tum genero infestum, ut sibi
sit auxilio, implorat. Ille uero non tam supplicis precibus, quam spe Syriæ occu-
pandæ illectus, copias cum eo iungit: ac filiam Alexandro nuptam dat Demetrio.
Aduersus hos Alexander acie confligit, eo prælio uincitur Ptolemæus, cadit Ale-
xander. uincitur Ptolemæus, & paulo post interficitur, cum regnasset annos V.
uel, ut in plerisque auctoribus reperi, nouem. Demetrius regnum indeptus, Io-
natham benigne habuit, foedus cum eo fecit, Iudæos legibus suis reddidit. Interea
11 Tryphon, qui partium Alexandri fuerat, præfectus Syriæ regno, eum bello prohi-
biturus, contra Ionathan in prælium descendit, terribilis XL millium exercitu.
12 Tryphon, ubi se imparem cernit, pacem simulat: receptumq. in amicitiam, in-
uitatumq. Ptolemaidam, interfecit. post Ionathan, summa rerum ad Simonem
13 fratrem defertur. Is suus fratris magnifice curauit: septemq. illas pyramidas no-
bilissimi operis extruxit, in quibus & fratrum & patris ossa condidit. Tum Deme-
trius, resecto cum Iudæis foedere, contemplatione cladis a Tryphone illatæ, nam
post Ionathæ necem urbes eorum atque agrös bello uastauerat, annua eius uecti-
galia in perpetuum remittit. etenim usque ad id tempus, regibus Syriæ, nisi cum
armis resisterent, stipendium pensauerant. Id gestum Demetrii regis anno secun-
do, quod ideo signauimus; quia usque in hunc annum, per tempora Asianorum
regum, cucurrimus, ut ratio temporum digesta luceret. nunc autem per tempo-
ra eorum, qui Iudæis uel pontifices, uel reges fuerunt, usque ad Christi natiuitatē
rerum ordinem digeremus. Igitur post Ionathan, Simon frater eius, ut supra di-
cimus

etum est, Hebræis præfuit iure pontificis. id enim ei tum a suis, tum & a populo
Romano honoris delatum. Hic cum secundo Demetrii regis anno ciuibus præesse
coepisset, post octo annos infidiis Ptolemæi circumuentus occubuit. Huic Ioan-
nes filius successit. qui cum aduersum Hyrcanos, gentem ualidissimam, egregie
pugnasset, Hyrcani cognomen accepit. Mortuus est anno VI & XX rerum po-
titus est. Post hunc Aristobulus pontifex substitutus, primus omnium post capti-
uitatem regium nomen assumpsit, capitq. diadema imposuit. exacto anno diem
functus est. Alexander deinde, filius eius, rex pariter & pontifex fuit: regnauit
annos VII & uiginti. in cuius actibus nihil, præter crudelitatem, memoria di-
gnum reperi. Hic cum Aristobulum & Hyrcanum paruos filios reliquisset, Soli-
na siue Alexandria uxor eius regnum per nouem annos tenuit. Post huius obitum
foeda inter fratres de regno certamina. Ac primum Hyrcanus imperium obtine-
bat: mox ab Aristobulo fratre pulsus, confugit ad Pompeium: qui tum Mithrida-
tico bello confecto, pacataq. Armenia & Ponto, uictor omnium gentium, quas
adierat, ultrorsum pergere, & uicina quæque Romano imperio adiungere cupiens,
causas belli & materiam uincendi quærebat. igitur Hyrcanum libens excepit, du-
ctiq. eius Iudæos aggreditur: urbe capta, atque arce, templo pepercit: Aristobu-
lum uictum Romam mittit, Hyrcano ius pontificatus restituit: impositoq. Iudæis
stipendio, procuratorem eis Antipatrum quendam Ascalonitem præposuit. Hyr-
canus quattuor & triginta annos rerū potitus, dum aduersum Parthos bella gerit,
capitur. Tum Herodes alienigena, Antipatri Ascalonitæ filius, regnum Iudææ a
senatu & populo Romano petiit, accepitq. Hunc primum Iudæi externum regem
coeperunt habere. etenim iam aduentante Christo necesse erat, secundum uati-
cincia prophetarum, suis eos ducibus priuari, ne quid ultra Christum expectarent.
Sub hoc Herode, anno imperii eius tertio & XXX, Christus natus est, Sabino
& Rufino consulibus, VIII. Kalend. Ianuarias. Verum hæc, quæ euangelis ac de-
inceps apostolorū actibus continentur, attingere non ausus, ne quid forma præci-
si operis, rerum dignitatibus diminueret, reliqua exequar. Herodes post natiui-
tatē domini regnauit annos IIII. Nam omne imperii eius tempus, VII. & XXX.
anni fuerunt. Post quem Archelaus tetrarcha annis IX. Herodes an. XX. & IIII.
Hoc regnante, anno regni octauo & decimo, dominus crucifixus est, Fusio Gemi-
no & Rebello Gemino cōsulibus. A quo tempore usque in Stiliconem consulem,
sunt anni C C C L X X I I. Apostolorum actus Lucas edidit, usque in tempus quo
Paulus Romam deductus est, Nerone imperante: qui non dicā regum, sed omnium
hominum, & uel immanium bestiarum sordidissimus, dignus extitit, qui persecu-
tionem in Christianos primus inciperet: nescio an & postremus expleat. siquidem
opinionem multorum receptum sit, ipsum Antichristum uenturum. huius uitia ut
plenius exponerem, res admonebat, nisi non esset huius operis tam uasta ingredi:
id tantum adnotasse contentus sum, hunc per omnia foedissima & crudelissima eo
processisse, ut matrem interficeret: post etiam Pythagoræ cuidā, in modum sollemp-
nium coniugiorum nuberet, inditumq. Imperatori flammeum, dos & genialis tho-
rus & faces nuptiales: cuncta denique, quæ uel in feminis nō sine uerecundia con-
spiciuntur, spectata. Reliqua uero eius, incertum pigeat an pudeat magis differe-
re. hic primus Christianum nomē tollere aggressus est: quippe semper inimica uir-
tutibus uitia sunt, & optimi quique ab improbis quasi exprobrantes aspiciuntur.
Namque eo tempore diuina apud urbem religio inualuerat, Petro ibi episcopa-
tum gerente; & Paulo, postea quam ab iniusto præfulis iudicio Cæsarem appella-
uerat, Romam deducto: ad quem tum audiendum plures conueniebant, qui ueri-
tate intellecta, uirtutibusq. apostolorum, quas tum crebro ediderant, permoti, ad
cultum

Niceph. in
Chronol.
Idem lib. 1. c. 6
Hist. Eccl.

Ioseph. 14.
cap. 24
Niceph. 1. c. 6
Hist. Eccl.
Iac. lib. 21

Cic. pro L.
Flacco.

Niceph. lib. 1
c. 9. Hist. Eccl.

Euseb. lib. 1. c.
13. Hist. Eccl.

Idem lib. 1. c. 5
& 10

cultum Dei sese conferebant. etenim tum illustris illa aduersus Simonem, Petri ac
 Pauli congressio fuit. Qui cum magicis artibus, ut se Deum probaret, duobus suf-
 fultus dæmonis euolasset, orationibus apostolorum fugatis dæmonibus, dela-
 psus in terram, populo inspectante disruptus est. interea abundante iam Christia-
 norum multitudine, accidit ut Roma incendio cōflagraret, Nerone apud Antium
 constituto. sed opinio omnium inuidiam incendii in Principem retorquebat, cre-
 debaturq. Imperator gloriam innouandæ urbis quæsisse. neque ulla re Nero effi-
 ciebat, quin ab eo iussum incendium putaretur. igitur uertit inuidiam in Christia-
 nos, actaq. in innoxios crudelissimæ quæstiones: quin & nouæ mortes excogitata,
 ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flam-
 ma usti. Plerique in id reseruati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni luminis
 urerentur. hoc initio in Christianos sauari ceptum. Post etiam datis legibus reli-
 gio uetabatur: palamq. edictis propositis, Christianum esse non licebat. Tum Pau-
 lus ac Petrus capitis damnati: quorum uni ceruix gladio defecta, Petrus in crucem
 sublatus est. Dum hæc Romæ geruntur, Iudæi, præsidis sui Festi Flori iniurias non
 ferentes, rebellare coeperunt. Aduersus eos Vespasianus proconsulari imperio a
 Nerone missus, multis grauibsq. præliis deuictos, coegit intra muros Hierosoly-
 mæ confugere. Interim uero iam etiam sibi pro conscientia scelerum inuisus, hu-
 manis rebus eximitur: incertum an ipse sibi mortem conscuerit. certe corpus il-
 lius interemptum. unde creditur, etiam si se gladio ipse transfixerit, curato uulne-
 re eius seruatus: secundum illud quod de eo scriptum est, Vt plaga mortis eius cu-
 rata est, sub sæculi fine mittendus, ut mysterium iniquitatis exerceat. igitur post
 excessum Neronis, Galba imperium rapuit: mox Otho, Galba interfecto, occu-
 pauit. tunc Vitellius in Gallias, fretus exercitibus, quibus præerat, urbē ingressus,
 Othone interfecto, summam rerum usurpauit: quæ posteaquam ad Vespasianum
 delata, licet malo exemplo, bono tamen affectu reip. ab improbis uindicandæ,
 cum Hierosolymam obsideret, sumit imperium: & ut mos est, diademate capiti
 imposto ab exercitu Imperator consalutatus, Titum filium Cæsarem facit. eidem
 pars copiarum, & obsidendæ Hierosolymæ negotiū datum. Vespasianus Romam
 profectus summo fauore senatus & populi receptus, cum se Vitellius interfecisset,
 imperium confirmauit. interea Iudæi obsidione clasi, quia nulla neque pacis ne-
 que deditiois copia dabatur, ad extremum fame interibant, passimq. uia opple-
 ri cadaueribus cœpere, uicto iam officio humandi: quin omnia nefanda insuper
 ausi, ne humanis quidem corporibus pepercerunt, nisi quæ eiusmodi alimentis ta-
 bes præripuerat. igitur defessis defensoribus irrupere Romani. Ac tū forte in diem
 Paschæ omnes ex agris aliisq. Iudææ opidis multitudo cōuenerat: nimirū ita Deo
 placitum, ut eo tempore, quo dominum cruci affixerat, gens impia internicioni
 daretur. Pharisei aliquantisper pro templo acerrime resisterunt: donec obstina-
 tis ad mortem animis, ultro se subiectis ignibus intulerunt. Numerus perempto-
 rum ad undecies centena millia refertur: capta uero C. millia, ac uenundata. Fer-
 tur Titus adhibito consilio prius deliberasse, an templum tanti operis euerteret.
 etenim nonnullis uidebatur, ædem sacratam, ultra omnia mortalia illustrem, non
 debere deleri: quæ seruata modestiæ Romanæ testimonium, diruta perennem cru-
 delitatis notam præberet. At contra alii, & Titus ipse euerendum templum in pri-
 mis censebant, quo plenius Iudæorum & Christianorum religio tolleretur: quip-
 pe has religiones, licet contrarias sibi, iisdem tamen auctoribus profectas: Chri-
 stianos ex Iudæis extitisse: radice sublata, stirpem facile perituram. ita Dei nutu,
 accensis omnium animis, templum dirutum, abhinc annos trecentos triginta &
 unum. Atque hæc ultima templi euersio, & postrema Iudæorum captiuitas, qua
 extorres

Aug. in ser. de
Sanctis.

Cor. Trac.
lib. 15

Diony. 1. Co-
rinth. epist.
Euseb. lib. 2. c.
35. & 36. Hist.
Eccl.
Niceph. a. c. 35

Ioseph. lib. 7
c. 7. & 8. de bel-
lo Iud.

extorres patria, per orbem terrarum dispersi cernuntur: quotidie mundo testimo-
 nio sunt, non ob aliud eos, quam ob illatas Christo impias manus, fuisse punitos.
 nam sæpe alias cum propter peccata captiuitatibus traderentur, nunquam tamen
 ultra septuaginta annos seruitutis pœnam pependerunt. interiecto deinde tempo-
 re, Domitianus, Vespasiani filius, persecutus est Christianos. quo tempore Ioan-
 nem apostolum, atque euangelistam, in Pathmum insulam relegauit: ubi ille arca-
 nis sibi mysteriis reuelatis, librum sacræ Apocalypsis, qui quidē a plerisque aut
 stulte aut impie non recipitur, conscriptum edidit. Non multo deinde interuallo,
 tertia persecutio per Traianum fuit. qui cum tormentis & quæstionibus nihil in
 Christianis morte aut pœna dignum reperisset, sauari in eos ultra uetuit. Sub Ha-
 drianō deinde Iudæi rebellare uoluerunt, Syriam ac Palæstinam diripere conati:
 missoq. exercitu subacti sunt. Qua tempestate Hadrianus existimans se Christianā
 fidem loci iniuria perempturum, in templo ac loco dominicæ passionis dæmo-
 num simulacra constituit. Et quia Christiani ex Iudæis potissimum putabantur
 (namque tum Hierosolymæ non nisi ex circumcissione habebat ecclesia sacerdotē)
 militum cohortem custodias in perpetuum agitare iussit, quæ Iudæos omnes Hie-
 rosolymæ aditu arceret. quod quidem Christianæ fidei proficiebat: quia tum pæ-
 ne omnes Christum Deum sub legis obseruatione credebant. Nimirum id domi-
 no ordinatē dispositum, ut legis seruitus a libertate fidei atque Ecclesiæ tolleretur.
 ita tum primum Marcus ex gentibus apud Hierosolymam episcopus fuit. Quarta
 sub Hadriano persecutio numeratur, quam tamen postea exerceri prohibuit: inui-
 sum esse pronuncians, ut quisquam sine crimine reus constitueretur. Post Hadria-
 nū Antonino Pio imperante pax ecclesiis fuit. Sub Aurelio deinde, Antonini fi-
 lio, persecutio quinta agitata. Ac tum primum intra Gallias martyria uisa, serius
 transalpes Dei religione suscepta. Sexta deinde, Seuero imperatōre, Christianorum
 uexatio fuit. Quo tempore Leonidas, Origenis pater, sacrum in martyrio sangui-
 nem fudit. interiectis deinde annis VII & XXX pax Christianis fuit: nisi quod
 medio tempore, Maximinus nonnullarum ecclesiarum clericos uexauit. Mox De-
 cio imperante, iam tum septima persecutione sauiunt in Christianos. Inde Vale-
 rianus octauus sanctorum hostis fuit. Post eum, interiectis annis fere quinquagin-
 ta, Diocletiano & Maximiano imperantibus, acerbissima persecutio exorta, quæ
 per X continuos annos plebem Dei depopulata est. qua tempestate omnis fere sa-
 cro martyrum cruore orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina rue-
 batur, multoq. auidius tum martyria gloriosis mortibus quærebatur, quam nunc
 episcopatus prauis ambitionibus appetuntur. nullis unquam magis bellis mun-
 dus exhaustus est: neque maiore unquam triumpho uicimus, quam cum decem
 annorum stragibus uinci non potuimus. Extant etiam mandatæ litteris præclaræ
 eius temporis martyrum passionēs: quas connectendas non putauit, ne modum
 operis excederem. Sed finis persecutionis illius fuit, abhinc annos IX & LXXX.
 a quo tempore Christiani imperatores esse coeperunt. Namque tum Constantinus
 rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum principum Christianus fuit.
 Sane tum Licinius, qui aduersum Cōstantinum de imperio certauit, milites suos
 litterare præceperat: abnuentes, militia reiciebat. sed id inter persecutiones non
 computatur: adeo res leuioris negotii fuit, quam ut ad ecclesiarum uulnera per-
 ueniret. Exinde tranquillibus rebus pace perfruimur: neque ulterius persecutionem
 fore credimus, nisi eam quam sub fine iam sæculi Antichristus exercebit. Etenim
 sacris uocibus, decem plagis mundum afficiendum, pronunciatum est: ita cum
 iam IX fuerint, quæ superest, ultima erit. Hoc temporum tractu mirum est quan-
 tum inualuerit religio Christiana. tum siquidem Hierosolyma horrens ruinis, fre-
 quentissimis

Euseb. libro 3.
Eccl. Hist. c. 26
17. & 18
Ibid. c. 25. c. 32
Niceph. lib. 3.
c. 16. & 17. Hi-
sto. Eccl.

Euseb. lib. 4. c.
6. Eccl. Hist.
Aristo. Pelleus
Oros. lib. 7. c.
13.
Niceph. lib. 3.
c. 24

Epiph. lib. 2

Euseb. lib. 4.
c. 8
Niceph. lib. 3
c. 27

Euseb. lib. 8. c.
23. 4. 5. 6. 7. 8
& 9

quentissimis ac magnificentissimis ecclesiis est adornata. namque Helena, mater principis Constantini, quæ Augusta cum filio regnabat, cum Hierosolymam agnoscere concupisceret, reperta ibi idola ac templa protulit: mox usa regni uiribus, basilicam in loco dominicæ passionis & resurrectionis & ascensionis constituit. illud mirum, quod locus ille, in quo postremum institerant diuina uestigia, cum in cælum dominus nube sublatus est, continuari pauimento cum reliqua stratorum parte non potuit. siquidem quæcumque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, excussis in ora apponētium sæpe marmoribus. quin etiam calcati Deo pulueris adeo perenne documentum est, ut uestigia impressa cernantur: et cum quotidie confluentium fides certatim domino calcata diripiat, damnatum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc sui speciem, uelut impressis signata uestigiis, terra custodit. Eiusdem reginæ beneficio crux domini tum reperta: quæ neque in principio obsistentibus Iudæis potuerat consecrari, & postea diruta ciuitatis oppressa ruderibus, non nisi tam fideliter requirenti meruit ostendi. Igitur Helena primū de loco passionis certior facta, admota militari manu, atque omnium prouincialium multitudine, in studia reginæ certantium, effodi terram, & contigua quæque ac uastissima ruinarū purgari iubet: mox pretium fidei & laboris tres pariter cruces, sicut olim domino ac latronibus duobus fixæ fuerant, reperiuntur. Hic uero maior dignoscendi patibuli, in quo dominus pependerat, difficultas omnium animos mentesque turbauerat, ne errorem mortalium forsitan pro cruce domini latronis patibulum consecrarent. Capiunt deinde consilium, ut aliquem recens mortuum crucibus admouerent. Nec mora, quasi Dei nutu funeris extincti sollemnibus exequiis deferebatur, cōkursq; omnium feretro corpus eripitur. duabus prius frustra crucibus admotis, ubi Christi patibulo attachum est, dictū mirabile, trepidantibus cunctis, funus excussum, & inter spectatores suos adstitit: crux reperta, dignoq; ambitu consecrata.

His per Helenam gestis, principe Christiano libertatem atque exemplum fidei mundus acceperat: sed longe atrocius periculum cunctis ecclesiis illa pace generatum. namque tum hæresis Arii prorupit, totumq; orbem inuecto errore turbauerat. Etenim duobus Ariis, acerrimis perfidiæ huius auctoribus, imperator etiam deprauatur: dumq; sibi religionis officium uidetur implere, uim persecutionis exercuit: atq; in exilium episcopi, seuitum in clericos, animaduersum in laicos, qui se ab Arianorum communione secreuerant. Quæ autem Ariani prædicabant, erant huiusmodi: patrem domini instituendi orbis causa genuisse filium: et pro potestate sui ex nihilo, in substantiam nouam atque alteram, factū dominum nouum, alterumq; fuisse autem tempus, quo filius non fuisset. Igitur huius mali causa synodus apud Nicæam ex toto orbe contrahitur. CCC. siquidem & duo de uiginti episcopis congregatis, fides plena conscribitur: hæresis Ariana damnatur, Imperator decretum episcopale complectitur. Ariani nihil contra sanam fidem retractare ausi, se quoque, tamquam acquiescentes, nec aliud sentientes, ecclesiis miscuerunt: manebat tamen in pectoribus eorū insitum in catholicos uiros odium: & aduersus quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus, fictisq; criminibus appetebant. Itaque primum Athanasium Alexandriæ episcopum, iuriconsultum, qui apud Nicæam synodum diaconus adfuerat, aggrediuntur, absentemq; condemnant. Etenim ad crimina, quæ falsi testes conuegerant, aggregabant, quod Marcellum atque Photinum, hæreticos sacerdotes, synodi iudicio damnatos, prauo studio recepisset. Sed de Photino dubium non erat, merito fuisse damnatum: in Marcello nihil tum damnatione dignum repertum uidebatur, maximeq; ei studium partium innocen-

tium

tium accesserat, quod eosdem illos iudices, a quibus fuerat condemnatus, hæreticos esse nemo dubitabat. Ceterum Ariani non hos potius, quam Athanasium, remouere cupiebant. itaque Imperatorē eo usque compellunt, ut Athanasium exulatum ad Gallias mitteretur. Mox in Aegypto octuaginta episcopi congregati, Athanasium iniuste condemnatum esse pronunciant. Res ad Constantinum referuntur. iubet ex toto orbe apud Sardycam episcopos congregari, atque omnem iudicium, quo Athanasium damnatus fuerat, retractari. Inter hæc Constantinus moritur: synodus congregata iam Constantino Imperatore, Athanasium absoluit: Marcellus quoque episcopatu reddidit. Nam de Photino episcopo Sirmiensi non est rescissa sententia, quia etiam nostrorum iudicio hæreticus probabatur. Et tamen hoc ipsum Marcellum grauabat, quia Photinus auditor eius fuisse in adolescentia uidebatur. Veruntamen ad Athanasii absolutionem etiam illud accesserat, quod Ursatius & Valens principes Arianorum, cum post synodum Sardicensem uiderentur a communione secreti, coram positi, a Iulio Romanæ urbis episcopo ueniam poposcerunt, quod innoxium condemnassent: meritoq; eum sententia concilii Sardicensis absolutum professi sunt. Interiecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanæ fidei esse penitus comperisset, a communione suspendit. habuitq; ille hanc uerecundiam, ut tanti uiri iudicio notatus, sponte concederet. Ceterum antea innocens, postea deprauatus, uideri poterat iam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat iudicatum. Nacti ergo Ariani istiusmodi occasionem, conspirant penitus Sardicensis synodi decreta subuertere. Etenim eis color quidam suppetere uidebatur, quod tam iniuste fuisset pro Athanasio iudicatum, quam Marcellus fuerat absolutus, qui nunc etiam Athanasii iudicio hæreticus esse probaretur. namque Marcellus Sabellianæ hæresis assertor extiterat. Photinus uero nouam hæresim iam ante protulerat, a Sabellio quidem in unione dissentiens, sed initium Christi ex Maria prædicabat. Igitur Ariani astuto consilio miscent innoxium criminosis, damnationemq; Photini & Marcelli & Athanasii eadem sententia comprehendunt: illud nimirum apud Imperatorum animos præfruentes, ut non putarentur de Athanasio perperam iudicasse, qui de Marcello atque Photino uera sensissent. Veruntamen ea tempestate Ariani perfidiam suam occultabant, non ausi palam erroris sui dogmata prædicare, catholicos se gerebant, nihil sibi prius agendum rati, quam ut Athanasium ecclesia submouerent, qui semper eis uelut murus obstiterat: quo remoto, reliquos in libidinem suam cefuros sperabant. Sed pars episcoporum, quæ Arium sequebatur, damnationem Athanasii cupitam accepit: pars coacti metu & factione, in studia partium concesserant. pauci, quibus fides cara, & ueritas potior erat, iniustum iudicium non receperunt: inter quos Paulinus episcopus Treuerorum, oblata sibi epistola, ita scripsisse traditur, se in Photini atque Marcelli damnationem præbere consensum, de Athanasio non probare. Tum uero Ariani, ubi doli parum processerant, ui agere decernunt. Nam quodlibet audere atque agere facile erat, regis amicitia subnixis, quem sibi prauis adulationibus deuinxerant. Quinetiam ex cōsensione multorum inexpugnabiles erant. nam omnes fere duarum Pannoniarum episcopi, multiq; orientalium, ac tota Asia in perfidia eorum coniurauerant. Sed principes mali istius habebantur, a Singiduno Ursatius, Valens a Mursia, ab Heraclia Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acacius a Cæsarea, Menophanes Epheso, Georgius Laodicea, Narcissus a Neapoli. Hi ita Palatium occupauerant, ut nihil sine eorum nutu ageret Imperator: obnoxius quidem omnibus, sed præcipue Valenti deditus. Nam eo tempore quo apud Morsam contra Magentium armis certatum, Constantinus descendere in conspectum pugnæ non ausus, in basilica martyrum

Y extra

Ambr. in orat. de obitu Theo.

Rufin. c. 8. histo. eccl. Niceph. lib. 8. c. 29. Symeon Metaph. in uita Helene. Cassiodorus lib. 3. Trip. hist. Theod. lib. 1. eccl. Hist. c. 10.

Epiph. contra Arian.

Socr. lib. 3. c. 8. hist. Tri. Theod. lib. 1. c. 30. hist. eccl.

Socr. lib. 5. c. 8. Epiph. lib. 3. To. 1. contra phor.

Trip. hist. lib. 4. c. 34

Epiph. lib. 3. Tom. 1. contra Marcel.

extra opidum sita, Valente tum eius loci episcopo in solatium assumpto, diuersatus est. Ceterum Valens callide per suos disposuerat, ut, quis proclii fuisset euentus, primus cognosceret: uel gratiam regis captans, si prior bonum nuncium detulisset: uel uitæ consulens, ante capturus fugiendi spatium, si quid contra accidisset. Itaque paucis, qui circa regem erant, metu trepidis, Imperatore anxio, primus nunciat hostes fugere. Cum ille iudicem ipsum intromitti posceret, Valens ut reuerentiam sui adderet, angelum sibi fuisse nuncium respondit. Facilis ad credendum imperator, palam postea dicere est solitus, se Valentis meritis, non uirtute exercitus uicisse. Ab hoc initio illecti principis, extulere animos Ariani, potestate regis usuri, ubi auctoritate sua parum ualuisse. Igitur cum sententiam eorum, quam de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictum ab Imperatore proponitur, ut qui in damnationem Athanasii non subscriberent, in exilium pellerentur. Ceterum a nostris tum apud Arelatem, ac Buteras, opida Galliarum, episcoporum concilia fuere. Petebatur, ut priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent: nec tum demum de re cognoscendum, cum de persona iudicium constitisset. Sed Valens sociiq. eius prius Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi. Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus. Interea Mediolanum conuenitur, ubi tum aderat Imperator, eadem illa contentio nihil inuicem relaxabat. Tum Eusebius Vercellensium, & Lucifer Caralensis Sardinia, episcopi relegati. Ceterum Dionysius Mediolanensem sacerdos, in Athanasii damnationem se consentire subscripsit, dummodo de fide inter episcopos quæreretur. Sed Valens, & Ursatius, ceteriq. metu plebis, quæ catholicam fidem egregio studio conseruabat, non ausi piacula profiteri, intra Palatium congregantur. Illinc epistolam sub Imperatoris nomine emittunt, omni prauitate refertam, eo nimirum consilio, ut, si ea æquis auribus populus recepisset, publica auctoritate cupita proferrent: sin aliter fuisset excepta, omnis inuidia esset in rege, & ipsa uenialis: quia etiam tum cathecumenus sacramentum fidei merito uideretur potuisse nescire. igitur lectam in ecclesia epistolam populus auersatur. Dionysius, quia non esset assensus, urbe pellitur, statimq. eius in locum episcopus subrogatur. Liberius quoque urbis Romæ, & Hilarius Pictauiorum episcopus, dantur exilio. Rhodanum quoque, & Dofanum antistitem (qui natura lenior, non tam suis uiribus, quam Hilarii societate non cesserat) Arianis eadem condicio implicuit: cum tamen homines parati essent Athanasium a cõmunionem suspendere, modo ut de fide inter episcopos quæreretur. Sed Arianis optimum uisum, præstantissimos uiros a certamine submouere. ita pulsati in exilium, quos supra memorauimus, abhinc annos quinque & quadraginta, Arbitione & Lolliano consulibus. Sed Liberius paulo post urbi redditur, ob seditiones Romanas. Ceterum exules satis constat totius orbis studiis celebratos, pecuniasq. eis in sumptum affatim congestas, legationibus quoque eos plebis catholicae ex omnibus fere prouinciis frequenteratos. Interea Ariani non occulte, ut antea, sed palam ac publice hæresis piacula prædicabant: quinetiam synodum Nicenam pro se interpretantes, quam unius litteræ adiectione corruerant, caliginem quandam iniecerant ueritati. nam ubi *ὁμοίσιον* erat scriptum, quod unius est substantiæ: illi *ὁμοιόσιον*, quod est similis substantiæ, scriptum esse dicebant: concedentes similitudinem, dum adimerent unitatem: quia multum ab unitate similitudo distaret: ut, uerbi gratia, pictura humani corporis esset homini similis, nec tamen haberet hominis ueritatem. Sed quidam ex his ultra processerant, *ἡνομοίσιον*, idest, dissimilem substantiam confirmantes. Eoq. his certaminibus processum, ut istiusmodi piaculis orbis terrarum implicaretur, nam Italiam, Illyricum, atque Orientem

Sozom. lib. 5.
c. 14. Trip. hist.
Soz. lib. 6. c. 19
Trip. hist.

Ruf. lib. 10. c.
27. hist. eccl. c.
17. hist. Trip.

rientem Valens & Ursatius, ceteriq. quorum nomina edidimus, insicerent. Gallias nostras Saturninus Arelatensem episcopus, homo impotens & factiosus, premebat. Ofum quoque ab Hispania in eandem perfidiam concessisse, opinio fuit: quod eo mirum atque incredibile uidetur, quia omni fere ætatis suæ tẽpore constantissimus nostrarum partium, & Nicœna synodus auctore illo confecta habebatur: nisi fatiscente æuo (etenim maior centenarius fuit, ut sanctus Hilarius in epistolis refert) delirauerit. quibus rebus perturbato orbe terrarum, & morbo quodam ecclesiis languentibus, segnior quidem, sed non minus grauis cura Principem exercebat: quod licet Ariani, quibus fauebat, superiores uiderentur, necdum tamen de fide inter episcopos conueniret. igitur apud Ariminum, urbem Italiae, Synodum congregari iubet, idq. Tauro præfecto imperat, ut collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem consentirent, promisso eidem consulari, si rem effectui tradidisset. ita missi per Illyricum, Italiam; Africam, Hispanias, Galliasq. magistris officialibus, acciti numeratq. quadringenti & aliquanto amplius occidentales episcopi, Ariminum conuenere: quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat. sed id nostris, idest Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens uisum, repudiatis fiscalibus, propriis sumptibus uiuere maluerunt. Tres tantum ex Britannia, inopia proprii, publico usi sunt, cum oblatam a ceteris collationem respiciissent: sanctius putantes fiscum grauare, quam singulos. Hoc ego cauidium episcopum nostrum, quasi obrestantem referre solitum audiui. sed longe aliter senserim: laudiq. attribuo episcopis, tam pauperes fuisse, ut nihil proprium haberent, neque ab aliis potius quam fisco sumerent, ubi neminem grauabant, ita in utriusque egregium exemplum. De reliquis nihil memoria dignum traditur. Sed redeo ad ordinem. Postquam omnes, ut supra dictum, in unum collecti sunt, fit partium secessio. Ecclesiam nostri obtinent, Ariani Edentum de industria uacantem, orationis loco capiunt: sed hi nõ amplius quam octoginta. reliqui nostrarum partium erant. igitur frequentibus cõciliis nihil actum, nostris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus. Ad postremum placuit, decem legatos mitti ad Imperatorem, ut quæ esset partium fides & sententia cognosceret, sciretq. pacem cum hæreticis esse non posse. Idem Ariani faciunt, mittuntq. numero pari legatos, qui aduersum nostros coram Imperatore confligerent. sed ex parte nostrorum leguntur homines adolentes, parum docti, & parum cauti. ab Arianis autem missi senes, callidi, & ingenio ualentes, ueterno perfidiæ imbuti, qui apud regem facile superiores extiterunt. Sed nostris mandatum, ne quo modo cum Arianis communionem inirent, omniaq. integra synodo referuarent. interim in oriente exemplo occidentalium, Imperator iubet cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauria opidum congregari. Qua tempestate Hilarius, quartum iam exilii annum in Phrygia agens, inter reliquos episcopos, per uicarium ac præsidem data euectionis copia, adesse compellitur: cum tamen nihil de eo specialiter damnaffet Imperator, iudices tantum generalem iussionem secuti, qua omnes episcopos ad concilium cogere iubebantur; hunc quoque inter reliquos uolentes miscere, ut ego coniicio: Dei nutu ita gestum, ut uir diuinarum rerum instructissimus, cum de fide disceptandum erat, interesset. is ubi Seleuciam uenit, magno cum fauore exceptus, omnium in se animos & studia conuerterat, ac primum quæsitum ab eo, quæ esset Gallorum fides: quia tum Arianis praua de nobis uulgantibus, suspecti ab orientalibus habebamur, trionymam solitarii Dei unionem secundum Sabellium credidisse. sed exposita fide sua, iuxta ea quæ Nicææ erant a patribus conscripta, occidentalibus perhibuit testimonium. ita absolutis omnium animis, intra conscientiam communionis, nec non etiam in socie

Soz. lib. 5. c. 9
Trip. Hist.
Isto. de uitis
illustribus.

Trip. Hist. lib.
5. cap. 16

Soz. lib. 5. ca.
34. Trip. Hist.

Socras. lib. 5. c. 34. Hist. Trip.

tatem receptus, concilioq. ascitus est. Agi deinde coeptum: repertiq. prauæ hæresis auctores, atque ab Ecclesiæ corpore auulsi. in eo numero fuere, Georgius ab Alexandria, Acatius, Eudoxius, Vranus, Leontinus, Theodosius, Euagrius, Theodulus. sed confecta synodo, decreta ad Imperatorem legatio, quæ gesta insinua- ret. damnati quoque ad regem profecti, satis freti sociorum uiribus, & Principis societate. Interea legatos Ariminensis concilii ex parte nostrorum compellit Imperator, uniri hæreticorum communioni: eisdemq. conscriptam ab improbis fidem tradit, uerbis fallentibus inuolutam, quæ catholicam disciplinam, perfidia latente, loqueretur. namque Vsiæ uerbum tamquam ambiguum, & temere a patri bus usurpatum, neque ex auctoritate scripturarum profectum, sub specie falsæ rationis abolebat, ne unius cum patre substantiæ filius crederetur. eadem fides simi- lem patri filium fatebatur. sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non es- set æqualis. ita dimissis legatis, præfecto mandatum, ut synodum non ante laxa- ret, quam conscriptæ fidei consentire se omnes subscriptionibus profiterentur: ac, si qui pertinacius obfisterent, dummodo is numerus intra quindecim esset, in exi- lium pellerentur. sed regressis legatis, licet uim regiam deprecantibus, negata com- munitio. enim uero compertis, quæ decreta erant, maior rerum & consiliorum per- turbatio: dein paulatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenii, partim rædio peregrinationis euidi, dedere se aduersariis, iam post reditum legatorum superioribus, & ecclesiis nostris inde detrusis, obtinentibus. factaq. semel incli- natione animorum, cateruatim in partem alteram concessum: donec ad uiginti usque nostrorum numerus imminutus est. sed hi quanto pauciores, tanto ualidior res erant. constantissimusq. inter eos habebatur noster Fagadius, & Seruatio Tum- grorum episcopus. hos, quia minis & terriculis non cesserant, Taurus precibus ag- greditur, ac lacrymans obtestatur, mitiora uti consulerent: clausos intra unam urbem episcopos iam septimum mensem agere: iniuria hyemis & inopia conse- ctis, nullam spem reuersionis dari: quis tandem esset finis? sequerentur plurimum exemplum, auctoritatem saltem ex numero sumerent. enim uero Fagadius pa- ratum se exilio, atque ad omne supplicium, in quod deposceretur, profiteri: se ab Arianis conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc certamine aliquot dies tra- cti, ubi parum ad pacem proficiebant, paulatim & ipse infractor, ad extremum pro- posita condicione euincitur. Namque Valens & Ursatius affirmantes, præsentem fidem catholica ratione conceptam, ab orientalibus Imperatore auctore prola- tam, cum piaculo repudiari, ut quis discordiarum finis foret, si quæ orientalibus placuisset, occidentalibus displiceret? Postremo si quid minus plene præsentis fide editum uideretur, ipsi adderent, quæ addenda putarent: præbituros se in iis, quæ essent adiecta, consensum. Favorabilis professio pronis omnium animis excepta, nec ultra nostri repugnare ausi, iam quoquo modo finem rebus imponere cupien- tes. Dein concepta a Fagadio & Seruatione professio, edi coepere: in quis pri- mum damnatur Arius, totaq. eius perfidia: ceterum non etiam patri æqualis, & sine initio, sine tempore Dei filius pronunciatur. tum Valens tanquam nostros ad- iuuans, subiecit sententiam, cui inerat occultus dolus: filium Dei non esse crea- turam, sicut ceteras creaturas. fefellitq. audientes fraus professionis. Etenim his uerbis, quibus similis esse ceteris creaturis filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris, pronunciabatur. ita neutra pars uicisse se penitus, aut uictam putare poterat: quia fides ipsa pro Arianis, professiones uero postea adiectæ pro nostris erant, præter illam, quam Valens subiunxerat, quæ tum non intellecta, sero demum animaduersa est. hoc uero modo concilium dimissum, bono initio, scædo exitu est consummarum. Igitur Ariani rebus nimium prospere & secundum uota fluentibus,

fluentibus, Constantinopolim ad Imperatorem concurrunt: ibi repertos Seleu- censis synodi legatos, ui regia compellunt, exemplo occidentalium, prauam il- lam fidem recipere. plerique abnuentes, iniuriola custodia ac fame uexati, capti- uam conscientiam dedere. Multi constantius retinentes, adempto episcopatu in exilium detrusi, atque in eorum locum alii dati. ita optimis sacerdotibus aut me- tu territis, aut exilio deductis, perfidiæ paucorum cuncti concesserant. Aderat ibi tum Hilarius, a Seleucia legatos secutus, nullis certis de se mandatis operiens Im- peratoris uoluntatem, si forsitan redire ad exilium iuberetur. is ubi extremum fi- dei periculum animaduertit, occidentalibus deceptis, orientales per scelus uinci- ci: tribus libellis publice datis audientiam regis poposcit, ut de fide coram aduer- sariis disceptaret. id uero Ariani maximopere abnuere. Postremo quasi discordiæ seminariū & perturbator orientis, redire ad Gallias iubetur, absque exilii indul- gentia. Verum ubi permensus est orbem pæne terrarum, malo perfidiæ infectum, dubius animi, & magna curarum môle æstuans, cum plerisque uideretur non in- eundam cum his communionem, qui Ariminensem synodum recepissent, opti- mum factu arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & pænitentiam fre- quentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere epistolis de errore profiten- tibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum ecclesiarum fi- dem reformant. Resistebat sanis consiliis Saturninus, Arelatensium episcopus, uir sane pessimus, & ingenio malo, prauoq. uerum etiam præter hæresis infamiam, multis atque infandis criminibus conuictus, ecclesia eiectus est. ita partium uires amisso duce infractæ. Paternus etiam a Petrocoris æque uecors, nec detrectans perfidiam profiteri, sacerdotio pulsus, ceteris uenia data. Illud apud omnes con- stitit, unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. Ceterum Lucifer tum Antiochiæ longe diuersa sententia fuit. Nam in tantum eos, qui Ari- mini fuerant, condemnauit, ut se etiam ab eorum communionem seceuerit, qui eos sub satisfatione uel pænitentia recepissent. id recte, an perperam constitu- erit, dicere non ausim. Paulinus & Rhodianus in Phrygia defuncti. Hilarius sexto anno post, quam redierat, in patria obiit. Sequuntur tempora ætatis nostræ gra- uia, & periculosa, quibus non usitato malo pollutæ ecclesiæ, & perturbata om- nia. namque tum primum illa Gnosticorum hæresis intra Hispanias depre- hensa, superstitione exitiabilis, arcanis occultata secretis, origo istius mali, oriens ab Aegyptiis. Sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile est differere. pri- mus eam intra Hispanias Marcus intulit Aegypto profectus, Memphi ortus. huius auditores fuere, Agape quædam, non ignobilis mulier, & rhetor Hel- pidius. Ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, prædiues opibus, acer, inquires, facundus, multa lectione eruditus, differendi ac disputandi prom- ptissimus, felix profecto, si non prauo studio corrupisset optimum ingenium. profusus multa in eo animi & corporis bona cerneret. uigilare multum, famem ac sitim ferre poterat, habendi minime cupidus, utendi parcissimus. sed idem uanif- simus, & plus iusto inflator profanarum rerum scientia: quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse creditum est. Is ubi doctrinam exitiabilem aggre- fus est, multos nobilium, pluresq. populares auctoritate persuadendi, & arte blandiendi allucit in societatem. ad hoc mulieres nouarum rerum cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio, cateruatim ad eum confluabant. quippe humi- litatis specie ore & habitu prætendens, honorem sui & reuerentiam cunctis inie- cerat. Iamq. paulatim perfidiæ istius tabes, pleraque Hispaniæ peruaserat: quin & nonnulli episcoporum deprauati, inter quos Instantius & Saluianus, Priscillianum non solum consensione, sed sub quadam etiam coniuratione susceperant. Quo

Sozom. lib. 5. cap. 35. Trip. Hist.

Ibidem. 37

Trip. Hist. lib. 6. c. 24

Leo Papa Ep. 93. ad Tur.

Adyginus, episcopus Cordubensis, ex uicino agens, comperto, ad Idatium emeritæ ætatis sacerdotem refert. is uero sine modo, & ultra quam oportuit, Instantiū sociosq. eius laceffens, facem quandam nascenti incendio subdidit: ut exasperauerit malos potius, quam compresserit. Igitur post multa inter eos, et digna memoratu certamina, apud Cæsaraugustam synodus congregatur: cui tum etiam Aquitani episcopi interfuere. Verum hæretici committere se iudicio non ausi, in absentes tum lata sententia, damnatiq. Instantius & Saluianus episcopus, Hæpeditus & Priscillianus laici. additum etiam, ut, si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promendam. Atque id Ithacio Sossubenſi episcopo negotium datum, ut decretum episcoporum in omnium notitiam deferret, maximeq. Iginum extra communionem faceret: qui cum primus omnium infectari palam hæreticos cœpisset, postea turpiter deprauatus, in communionem eos recepisset. Interim Instantius & Saluianus damnati iudicio sacerdotum, Priscillianum etiam laicum, sed principem malorum omnium, una secum Cæsaraugustana synodo notatum, ad confirmandas uires suas episcopum in Labilenſi opido constituunt: rati nimirum, si hominem acrem & callidum sacerdotali auctoritate armassent, tutiores fore sese. Tum uero Idacius atque Ithacius acrius instare, arbitantes posse inter initia malum comprimi: sed parum sanis consiliis, sacula res iudices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus hæretici urbibus pellerentur. Igitur post multa & foeda Idacio supplicante, elicitur a Gratiano tum Imperatore rescriptum, quo uniuersi hæretici excedere non ecclesiis tantum aut urbibus, sed extra omnes terras propelli iubebantur. quo comperto, Gnostici diffisi rebus suis, non ausi iudicio certare, sponte cessere, qui episcopi uidebantur: ceteros metus disperfit. At tum Instantius, Saluianus, & Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum, urbis ea tempestate episcopum, obiecta purgarent. sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: ubi tum ab imperitis magnifice suscepti, sparsere perfidiæ semina: maximeq. Elusanam plebem, sane tum bonam, & religioni studentem, prauis prædicationibus peruertere. a Burdigala per Delphinū repulsi, tamen in agro Euchrociæ aliquantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. inde iter cœptum ingressi, turpi sane, pudibundoq. comitatu, cum uxore, atque alienis etiam feminis, in quis erat Euchrocia, ac filia eius Procula, de qua fuit in sermone hominum, Priscilliani stupro grauidam, partum sibi graminibus abegisse. Hi ubi Romam peruenere, Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem eius admissi sunt. regressi Mediolanum, æque auersantem sibi Ambrosium repererunt. tum uertere consilia, ut, quia duobus episcopis, quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant, largiendo, & ambiendo ab Imperatore cupita extorquerent. ita corrupto Macedonio, tum Magistro officiorum, rescriptum eliciunt, quo, calcatis quæ prius decreta erant, restitui ecclesiis iubebantur. Hoc freti Instantius & Priscillianus, repetiuere Hispanias. nam Saluianus in urbe obierat: ac tum sine ullo certamine ecclesias, quibus præfuerant, recepere. Verum Trachio ad resistendum non animus, sed facultas defuit: quia hæretici, corrupto Voluentio proconsule, uires suas confirmauerant. Quinetiam Ithacius, ab his quasi perturbator ecclesiarum reus postulatus, iussusq. per atrocē executionem deduci, trepidus profugit ad Gallias. ibi Gregorium præfectum adiit, qui, compertis quæ gesta erant, rapi ad se turbarum auctores iubet, ac de omnibus ad Imperatorē refert, ut hæreticis uiam ambiendi præcluderet. sed id frustra fuit: quia per libidinem, & potentiam paucorum, cuncta ibi uenalia erant. Igitur hæretici suis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, ut Imperiali auctoritate præfecto erepta cognitio, Hispaniarum uicario deferatur. nam iam pro-

consulem

consulē habere desierant: missiq. a Magistro officiales, qui Ithaciū tum in Aruernis agentem ad Hispanias retraherent. quos ille callide frustratur: ac postea per Pritanium episcopum defensus illuſt. Iam rumor inceſſerat Clementē Maximum intra Britannias sumpsisse imperium, ac breui in Gallias erupturum. ita tum Ithacius statuit, licet rebus dubiis, noui Imperatoris aduentum expectare: interim sibi nihil agitandum. Igitur ubi Maximus opidum Treuerorum uictor ingressus est, ingerit preces in Priscillianum ac socios eius inuidiæ atque criminum. Quibus permotus imperator, datis ad præfectum Galliarum atque ad uicarium Hispaniarum litteris, omnes omnino, quos labes illa inuoluerat, deduci ad synodum Burdegalensem iubet. Ita deducti Instantius & Priscillianus: quorum Instantius prior iussus causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse episcopatu pronunciatus est. Priscillianus uero, ne ab episcopis audiretur, ad Principem prouocauit. permiffumq. id nostrorum inconstantia, qui aut sententiam in refragamem ferre debuerant, aut, si ipsi suspecti habebantur, aliis episcopis audientiam referuare, non causam Imperatori de tam manifestis criminibus permittere. ita omnes, quos causa inuoluerat, ad regem deducti. secuti etiam accusatores, Idacius, & Ithacius, episcopi: quorum studium in expugnantis hæreticis non reprehenderē, si non studio uincendi plus, quam oportuit, certassent. Ac mea quidem sententia est, mihi tam reos, quam accusatores displicere. certe Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse definitio. fuit enim audax, loquax, impudens, sumptuosus, uentri & gulæ plurimū impertiens. hic stultitiæ eo usque proceſſerat, ut omnes etiam sanctos uiros, quibus aut studium inerat lectionis, aut propositū erat certare ieiuniis, tamquam Priscilliani socios, aut discipulos in crimen arceſſeret. Ausus etiam miser est, ea tempestate Martino episcopo, uiro plane apostolis conferendo, palam obiectare hæresis infamiam. namque tum Martinus apud Treueros constitutus, non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desisteret: Maximum orare, ut sanguine infelicium abſtineret: satis superq. sufficere, ut episcopali sententia hæretici iudicati ecclesiis pellerentur: nouum esse & inauditum nefas, ut causam ecclesiæ iudex sæculi iudicaret. Denique quoad usque Martinus Treueris fuit, dilata cognitio est. & mox discessurus, egregia auctoritate a Maximo elicit sponſionem, nihil cruentum in reos constituendum. sed postea Imperator per Magnum & Rufum episcopos deprauatus, & a mitioribus consiliis defexus, causam præfecto Emodio permittit, uiro acri, & seuro. qui Priscillianum gemino iudicio auditum, conuiſumq. maleficii, nec diffidentem obſcenis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egisse conuentus, nudumq. orare solitum, nocentem pronunciauit, rededitq. in custodiam, donec ad Principem referret. Gestis ad Palatium delatis, censuit Imperator, Priscillianum, sociosq. eius capitibus damnari oportere. Ceterum Ithacius uidens, quam inuidiosum sibi apud episcopos foret, si accusato, etiam postremis rerum capitalium iudiciis astitisset, etenim iterari iudicium necesse erat, subtrahit se cognitioni, frustra, callido iam scelere perfecto. At tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam, fisci patronus. Ita eo insistente, Priscillianus capitibus damnatus est, unaq. cum eo Feliciffimus, & Armenius, qui nuper a catholicis, clerici Priscillianum secuti, descuerant. Latronianus quoque, & Euchrocia, gladio perempti. Instantius, quem superius ab episcopis damnatum diximus, in Sylinam insulam, quæ ultra Britanniam sita est, deportatus. itum deinde in reliquos sequentibus iudiciis, damnatiq. Asarinus & Aurelius diaconus, gladio. Tyberianus, ademptis bonis, in Sylinam insulam datus. Tertullus, Potamius, & Ioannes, tanquam uiliores personæ, & digni misericordia, quia ante quæſtionem se ac socios prodidissent, temporario exilio intra Gallias re-


lias relegati. Hoc fere modo homines luce indignissimi, pessimo exemplo necati, aut exiliis multati: quod initio iure iudiciorum & egregio publico defensum, postea Ithacius in iurgiis solitus, ad postremum conuictus, in eos retorquebat, quorum id mandato & consiliis effecerat. solus tamen omnium episcopatu detrusus Nardacius, licet minus nocens, sponte se episcopatu abdicauerat. sapienter id, & uerecunde, nisi postea amissum locum repetere tentasset. Cæterum Prisciliano occiso, non solum non repressa est hæresis, quæ illo auctore proruperat, sed confirmata, latius propagata est. namque sectatores eius, qui cum prius ut sanctum honorauerant, postea ut martyrem colere coeperunt. Peremptorum corpora ad Hispanias relata, magnisq; obsequiis celebrata eorum funera. quin & iurare per Priscillianum summa religio putabatur, ac inter nostros perpetuum discordiarum bellum exarserat: quod idem per quindecim annos foedis dissensionibus agitatum, nullo modo sopiri poterat. & nunc, cum maxime discordiis Episcoporum turbati aut misceri omnia cernerentur, cunctaq; per eos odio, aut gratia, metu, inconstantia, inuidia, factione, libidine, auaritia, arrogantia, somno, desidia essent deprauata: postremo plures aduersum paucos bene consulentes, insanis consiliis & pertinacibus studiis certabant: inter hæc plebs Dei, & optimus quisque probro atque ludibrio habebatur.

FINIS.

261

DOROTHEI, EPISCOPI TYRI,
qui sub Constantino magno uixit, De uita ac
morte prophetarum, & apostolorum,
synopsis.

De ipsius Dorothei uita, ac morte.



CELEBRIS hic uir uarias cum Latinas, tum Græcas post se lucubrations reliquit. nam utriusque linguæ peritus, & multarum rerum gnarus propter ingenii dexteritatem fuit. post mortem autem Diocletiani, & Licinii, exilio liberatus, & ipse parociam suam recepit: ecclesiã enim Tyri ad Iulianum usque Tyrannum rexit. Quoniam uero Iulianus non manifeste per se, sed occulte per principes suos Christianos occidebat; iterum Dorotheus ad Odissæam ciuitatem uenit: ubi & a Iuliani principibus prehensus, multaq; uerbera passus, in grandæua senectute, propter Christi confessionem, inter ipsa tormenta, cum annorum esset 107, mortuus est. Igitur inter commentarios ecclesiasticos, quos, ut diximus, magnus hic presbyter post se reliquit, de aliis etiam nonnulla memoriæ prodidit, utpote de omnibus seruatoris nostri discipulis, uidelicet apostolis, cum duodecim illis, tum septuaginta, imo & de prophetis, ubi quisque illorum, & quo modo uitam finierit.

DE PROPHETIS.

. O S E A S .

HIC duodecim prophetarum primus habetur. Diuina dignatione de domino Christo ad hunc modum locutus est. Quando in tribulatione erunt, mane uigilabunt ad me dicentes: Venite, reuertamur ad dominum Deum nostrum: quoniam ipse rapuit, atque iterum sanabit nos, percussit, & curabit nos, sacrificabit nos post duos dies: die tertia refurgemus coram eo, & cognoscemus, &c. Ex isto oraculo apostolus Paulus Corinthiis dicit. Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quod Christus pro peccatis nostris mortuus est secundum scripturas, & quod sepultus fuit, & excitatus tertia die secundum scripturas. hoc enim est, quod hic propheta dicit, Tertia die refurgemus coram eo. Nusquam alibi de tertia die quidquam in ueteris instrumenti scriptura inuenire est. Iterum hic propheta dicit: Quod Christo domino adaptatur, caro mea ex ipsis. Item: Circumdedit me in mendacio Ephraim, & in impietate domus Israel, & Iuda. nunc cognouit eos Deus, & populus Dei sanctus uocabitur. quoniam ex hac tribu declaratur uenisse dominus Christus, populum hunc Iudam sanctum uocat. Rursus idem propheta: De manu inferi, inquit, redimam eos. Vbi est mors uictoria tua, ubi est inferne stimulus tuus. Hoc oraculo usus est apostolus Paulus de resurrectione disputans. Hic Osee erat ex Belemoth, de tribu Isachar, & sepultus est in terra sua, in pace.

A M O S .

HIC Amos alter propheta est. Et ipse dignatione diuina accepit, ut de aduentu domini Christi hoc modo locutus sit: Quapropter ecce ego firmans tonitruum, & creans

Amos. 9 creans spiritum, & annuncians in homines Christum suum. Rursus: In die illa suscitabo tabernaculum Dauidis, quod prolapsum fuerat, & restaurabo ruinas eius, & restaurabo illud, sicuti in diebus antiquis, ut quærant dominum, qui reliqui sunt ex hominibus, & omnes gentes, super quibus inuocatum est nomen meum, dicit dominus, faciens ista. Huius oraculi meminit Iacobus in actis apostolorum.

Act. 15 Iste Amos erat ex Thecua. hunc Amefias crebro uerberauit: & tandem filius ipsius

Epiph. in uitis proph. eum, clauo temporibus capitis percussis, necauit. Spirans adhuc in terrâ suam percussus uenit, post duos uero dies mortuus, ibiq. sepultus est.

MICHEAS.

Micheas. 5 HIC tertius est, qui & ipse diuino munere accepit, ut de aduentu domini Christi locutus sit dicens. Et tu Bethlehem domus Ephrata, minima es, ut sis in millibus Iudah. Ex te mihi egredietur, qui princeps sit in Israele. Et egressus eius ab initio a diebus sæculi. Oraculum hoc usurparunt summi sacerdotes & scribæ Iudæorum, cum ab Herode, ubi Christus nasceretur, interrogarentur, ac dixerunt, in Bethlehem. unde & Magos Herodes in Bethlehem misit. Iterum dicit propheta:

Michea. 6 Ipse cõuertet & miserabitur nos, obteget peccata nostra, & abiiciet in profundum maris iniustitias nostras. Dabit Iacob ueritatem, misericordiam Abraham, sicut iurauit patribus nostris, secundum dies priores. Hic Micheas erat a Marathi, de tribu Ephraim. & cum multis egisset cum Achab, a Ioram filio ipsius præcipitio necatus est: propterea quod arguerat eum super impietatibus patrum ipsius. Sepultus est in terra sua, prope Polyandrium Enakim.

IOEL.

Ioel. 2 HIC quartus est. Datum est etiam isti de mysterio domini Christi uaticinari. nam sic dicit: Et erit post hæc, ut effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii uestri & filia uestra, ac senes uestri in somnis somniabunt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Et super feruos meos, & super ancillas meas, in diebus illis effundam de spiritu meo, & dabo prodigia superne in cælo & super terram sanguinem, & ignem, & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam ueniat dies domini magnus & illustis. Et erit, ut, quisquis nomen domini inuocauerit, saluus fiat. Huius oraculi meminit B. Petrus in actis apostolorum, ut quod tunc adimplebatur, cum iam descensus spiritus sancti super apostolos in die pentecostes factus esset. Hic Ioel uicinus erat agro Bethoron in Rubim, ubi & mortuus ac sepultus est in pace.

ABDIAS.

Abd. 1 HIC quintus est. Dedit & huic Dei gratia, ut de mysterio Christi loqueretur. nam sic dicit: Quapropter prope est dies domini super omnes gentes. Dictum quidem hoc superficie tenus est contra Scythas, hoc est cõtra Gog & Magog, certius autem & magis proprie domino Christo conuenit. Nam paulo post subiungit: Erit autem salus in monte Sion. Iste Abdias erat ex terra Sychem, agro Bethacharam, fuit discipulus Eliæ, & cum illius nomine multa passus esset, seruatus est. Tertius fuerat ex quinquagenariis, cui Elias pepercerat, descenderatq. ad Ochozian, ac ministerio regis sui postea relicto, prophetiæ gratiam acquisiuit, mortuusq. est, ac sepultus cum patribus suis.

IONAS.

Matth. 12 SEXTVS hic est, qui non uerbis, sed re ipsa, ac typo resurrectionem Christi prænuñciauit. dicit enim dominus: Sicut Ionas mansit in uentre ceti tres dies ac tres noctes, sic erit filius hominis in corde terræ tres dies, ac tres noctes. quemadmodum enim cetus incorruptum Ionam euomuit: ita sepulcrum dominum in meliorem uitam reddidit. Hic Ionas erat ex terra Cariathmaus, prope Azotum

maritimam gentium ciuitatem. Ex uentre ceti eiectus, inq. ciuitatem Niniuen profectus, in terra illius non mansit, sed assumpta matre, peregrinus in Assur gentium alienigenarum regione habitauit. cogitabat enim, hoc pacto tollam probrum meum, quod falso contra Niniuen ciuitatem magnam prophetando acquisiui, sicut & Elias eo tempore, postquã contra domum Achaab prophetauerat, famemq. super terram uocauerat, aufugit, & uiduam cum filio nactus apud eos mansit, ne quibat enim apud incircumcisos manere) illamq. benedixit. Ionam uero mortuum Deus uitæ restituit per Eliam; uoluit enim illi ostendere, quod manum Dei effugere nequiret. Post famem uero Ionas, regione illa relicta, uenit in terram Iudah, & cum mater in itinere mortua esset, sepeliuit eam prope montem Libanum. Mortuus est autem & ipse in Saar, ac sepultus in spelunca Cenzei, qui iudex fuerat unius tribus in terra sua factus, eo tempore, quò terra principe carebat, deditq. prodigia super Hierusalem ac totam terram, lapidem uidelicet miserabiliter clamantem, quod finis appropinquet; & quando ab omnibus gentibus Hierusalem calcaretur, quod tunc ciuitas illa abolenda esset.

NAVM.

SEPTIMVS hic est. Dignus & ipse habitus, qui de resurrectione domini Christi uaticinaretur: dicit enim: Celebra, Iuda, festiuitates tuas, redde domino uota tua, quia nequaquam ultra adiicient, ut transeant in uetustatem, completus est, consummatus est, ascendit insuffians in faciem tuam, qui te eruit ex tribulatione. Hic Naum erat ab Eltes trans Bethabaram, de tribu Simeon. Post Ionam prodigia edidit Niniuitis, quod uidelicet perituri essent ab aquis dulcibus, & igne subterraneo, quod & factum est. nam stagnum quo ciuitas illa circumdata erat, facto terræ motu, submersit eam ac perdidit, & ignis e solitudine ortus, superiorem illius partem consumpsit. Mortuus est autem Naum in pace, & in terra sua sepultus.

AMBACVM.

ISTE octauus est. Accepit & ipse diuino munere, ut de resurrectione Christi uaticinaretur, ad hunc modum locutus: Videte contemptores, aspiciete & admiramini, & disperdimini, quoniam opus ego operor in diebus uestris, quod non credetis, si quisquam uobis narrauerit. Oraculum hoc Paulus concinne de resurrectione domini Iesu Christi Antiochiæ Pifidiæ usurpauit. Hic Ambacum erat de tribu Simeon, ex agro Bithicuchar. Captiorem urbis Hierusalem ante captiuitatem uidit, & uehementer luxit. et cum ascenderet Nabuchodonosor, in Ostraciam aufugit, & factus est incola in terra Ismaelitarum. Cum uero qui in Chaldæa captiui fuerant, reuerteretur, & ii, qui Hierosolymis reliqui erant, in Aegyptum descenderent, habitabat in terra sua. & cum aliquando messoribus agri sui ministraret, & pulmentum fumeret, ad suos prophetauit, dicens: Proficiscor in terram longinquam, ac cito reuertar. si uero tardauero, ferte messoribus escam ipsorum. Cum autem in Babylone fuisset, & prandium Danieli dedisset, adstitit messoribus uescantibus; nec quidquam dixit eorum, quæ facta erant. Sciebat autem, populum breui reuersurum e Babylone: & biennio antequam reuerteretur, mortuus est ac sepultus in agro suo solus, in terra Iudæa uaticinatus etiã est de consummatione templi quod in potestate gentis occidentalis futurum esset. Tunc, inquit, pandetur secretior templi pars, & capita duarum columnarum auferentur; nec sciet quisquam, ubinam seruentur. asportabuntur autem in solitudinem ab angelo, unde & initio ascendit tabernaculum testimonii. Et circa finem cognoscetur in ipsis dominus, & illuminabit eos qui persecutionem passi sunt a serpente, in tenebris, sicut ab initio.

SOPHONIAS.

NONVS hic est. Dignus & ipse habitus est qui prophetaret de domino Iesu Christo:

Soph. 2 Christo: nam ita loquitur: Manifestabitur super eos dominus, & exterminabit omnes gentium deos de terra, & adorabunt eum, quisque suo loco, omnes insule gentium. Rursus dicit: Quoniam conuertam super populos linguam in generationem eius, ut innocens omnes nomen domini, ac seruiant ei sub iugo uno. De finibus fluminum Aethiopiae accipiam dispersos meos, adferent mihi uictimas. Et iterum. Gaude uehementer filia Hierusalem, laetare & iucundare ex toto corde tuo filia Hierusalem. abstulit dominus iniustitias tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum. regnabit dominus in medio tui. non uidebis amplius mala. Haec magis proprie domino Iesu Christo conueniunt. Hic Sophonias erat ex tribu Symeon, ex agro Sabaratha. prophetauit de ciuitate, & sine Israelis, deq. confusione impiorum. Mortuus est, ac sepultus in agro suo.

A G G A E V S.

Agg. 2 HIC decimus est. Datum & ipsi est, ut de domino Christo uaticinaretur, ac sub persona Zorobabelis domino Christo competentia diceret, utpote: Ponam te signaculum, quoniam te elegi, dicit dominus omnipotens. Quemadmodum & *Ioan. 6* Ioannes euangelista dicit: Hunc enim pater signauit Deus. Hic Aggaeus cum iuuenis esset, e Babylone uenit Hierosolyma, & manifeste de reditu populi uaticinatus est, & ex parte quoque templi restorationem uidit. Mortuus autem & sepultus est prope sepulturam sacerdotum, cum honore, quo sacerdotes sepeliri solebant.

Z A C H A R I A S.

Zach. 9 VNDECIMVS hic est. Et iste diuinitus accepit, ut de aduentu Christi praediceret: dicit enim: Gaude uehementer filia Sion, praedica filia Hierusalem. ecce rex tuus uenit, iustus, & saluator, ipse mansuetus, ascendens super subiugalem & pullum iuueniculum. Hoc oraculum hyperbolice quidem de Zorobabele dixit; exitum uero proprie habuit in domino Iesu Christo. iterum dicit. Et dicam ad eum: quae sunt plagae istae, quae sunt in medio manuum tuarum? Et respondebit: haec sunt, quibus percussus sum in domo dilecta mea. Et paulo post: Percutiam pastorem, & dispergetur oues gregis. Oraculi huius meminit dominus, tempore passionis suae; *Matth. 26* usurpans illud & transferens in se, cum esset prodendus. Hic Zacharias a Chaldaea uenit, cum aetate iam esset prouecta: atque ibi populo multa uaticinatus est; prodigiaq. probandi gratia edidit, & sacerdotio Hierosolymis functus est. Idem & *Mar. 14* Sathiel cum filiis benedixit, & nomen Zorobabel imposuit, & Persis sub Cyro dedit uictoriam cultu illius, quem facturus erat Hierosolymis, prophetauit, illumq. uehementer benedixit. Quae uero prophetiam concernebant, uidit Hierosolymis: & de fine gentium, de templo, de otio, de prophetis, & sacerdotibus, ac de duplici iudicio exposuit. Mortuus est in senectute graui, sepultusq. prope Eleutheropolim, stadiis quadraginta, in agro Noeman, temporibus uero Ephidi episcopi manifestatus, quod ipse esset Zacharias filius Barachiae, cuius meminit Esaias. *Ioseph. libro 11. c. 4. An. itiq. Iud.* agro autem, ubi iacet, nomen Betharia, a Hierosolymis distat stadiis CL.

M A L A C H I A S.

Malach. 1 ISTE duodecimus est, cui etiam datum est, ut de iis, quae dispensationem domini Iesu Christi concernunt, uaticinaretur. etenim & ipse sic dicit: Propterea ab oriente ad occasum usque glorificatum est in gentibus nomen meum, & in quouis loco incensum offertur nomini meo, & oblatio munda. quapropter magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Et iterum dicit: Ecce ego mittam angelum meum ante faciem tuam. Et hoc oraculum dominus de se, & Ioanne Baptista usurpauit. Iterum idem propheta dicit: Et orietur uobis timens nomen meum Sol iustitiae & sanitas in altis: & exhibitis & exilietis, sicut uituli e uinculis relaxati, & conculcabit iniquos: propterea erunt cinis sub pedibus uestris

uestris in die, quam ego constituam, dicit dominus omnipotens. Et ecce ego mitto uobis Eliam Thesbiten, antequam ueniat dies domini magnus, & illustris. quem ad modum de Ioanne dominus ad Iudaeos dixit. Si uolueritis recipere, ipse est Elias, qui uenturus est. Hic Malachias post reditum populi e Babylone nascitur in Supha, & cum adhuc adolescens esset, uel alimoniam nutricem habuit admirabilem, & uitam honestam. Et quoniam uniuersus illum populus uelut sanctum ac mansuetum uenerabatur, uocarunt eum Malachiam, quod idem est, si interpretaris, atque angelus. Erat enim & specie corporis eleganti, immo quaecumque in prophetia dixit, eo ipso die secundo uisus est angelus domini, sicut factum est in diebus, quibus nullus erat princeps, ut scriptum est in libro Iudicum. Mortuus est autem, cum adhuc adolescens esset, & appositus patribus in agro ipsius.

Malach. 4
Matth. 11
Epi. in uitis proph.
10 HI SVNT duodecim prophetae, uno libro comprehensi, consequenter narabimus & de quatuor magnis, quorum quisque proprium habet uolumen. Insuper & de reliquis illustribus prophetis dicemus, quorum nulla scripta circumscribuntur, ubi primum ista uiderimus.

Omnes quidem prophetae uaticinati sunt ad Iudaeos, admonueruntq. eos de promissionibus Dei, quos patribus fecit, quibus uidelicet uniuersas Gentes benedicturum se in semine Abraham per futuram domini Iesu Christi dispensationem, pollicitus est, deinde quomodo eos paulo ante ex seruitute Aegyptiaca cum brachio excelso redemerit, ac terram promissionis dederit, denique quomodo a Nabuchodonosor captiui in Babylone abducendi essent, & inde cum gloria redituri. Adhaec quod & ab Antiocho, & gentibus circumquaque finitimis adstingendi, & tamen ibi quoque, diuina freti potentia, superaturi essent. Et postremo, quod tunc ad salutem totius mundi secundum praecedentes promissiones uenturus esset, qui ex semine Abraham promissus expectabatur. et hoc commune fuit omnium prophetarum institutum. e quibus nonnulli libros sibi conscripserunt, utpote: Dauid, qui sibi psalmodum librum congeffit, et Daniel qui iussus est in captiuitate litteris mandare, quae per uisiones reuelata accepit, Et quidam alii. Reliqui uero non ipsi prophetias suas, sed scribae, qui in templo erant, cuiusq. prophetae sermonem ueluti cum dierum supputatione conscripserunt. Et quando propheta quispiam a Deo mittebatur, ut uel de Hierusalem, quod in captiuitatem esset abducenda, uel de Samaria, aut aliis locis, uel de reditu, uel de Antiocho, uel de gentibus finitimis, aut de ipso domino Christo praedicaret, singulis diebus uaticinabatur, & scribebatur id, quod propheta singulis sermonibus praedicabat. Praedicabat autem de re quapiam certa, & cum alio tempore rursus de alia predicabat, iterum scribebatur, & quae dicta erant, certis capitibus, initio praesignatis, subiiciebantur, atque hoc modo iustus & integer liber ex uariis sermonibus prophetae illius componebatur. Hinc est, quod in prophetarum libris inuenitur principio notatum caput, & adaptatum uel ad captiuitatem Babylonicam, uel ad reditum ex illa, deinde mox aliud caput, uel de Christo, uel de materia quapiam alia, & confestim rursus aliud de alia causa, & iterum statim aliud de causa priore, et uno uerbo dicam, nisi considerate quis legat, reperiet ista confuse posita. Non autem prophetica tantum, sed & Regnorum libros ad hunc modum in templo per partes scripserunt. Utpote temporibus Saulis quae usque ad regnum illius gesta fuerant, & tempore Dauidis, quae sub Saule usque ad ipsum Dauidem contigerant, atque hoc pacto quae sub unoquoque rege acta fuerunt, singula suis temporibus scripserunt, quemadmodum & Paralipomena in regum Chronicis congesta sunt. Pentateuchon uero Moyses conscripsit, historiam uidelicet eorum, & quae ante ipsum, & quae sub ipso gesta sunt & quae post ipsum futura erant. Iesus Naue suum ipse librum composuit. Iudicum li-

bri & ipsi in templo, uidelicet, in tabernaculo scripti sunt. similiter & Ruth. Salomon sua ipse conscripsit, Prouerbia, canticum Cantorum, & ecclesiastem. Cum enim sapientiæ gratiam a Deo accepisset, cunctos admonuit, ut in hac uita sapienter conuersarentur. Prophetiæ uero donum non accepit. Iam enim antea recensuimus eos, qui diuino munere acceperunt, ut de Christo uaticinarentur. Iam deinceps etiam de quatuor aliis prophetis cōmemorabimus, quæ illi quoque de dispensatione domini Iesu Christi uaticinari meruerunt, ad quam uniuersus diuinæ scripturæ ornatus & concinna structura prospicit. Et principio proferatur primus ex illis, magniloquentissimus Esaias, cui datum est, ut & typo, & sermone uideret, ac uaticinaretur de Christi mysterio.

ISAIAS.

Esa. 1 **MAGNVS** iste Isaias filius Amos, in Typo mysterium Christi prauidit, quando dominū uidit in throno sublimi, & exaltato sequentem, ubi & Seraphim, *6* inquit, stabant in circuitu illius, & sex alæ uni, & sex alæ alteri, quibus sese uelabant, & clamabant alter ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus dominus Zabaoth, plena est omnis terra gloria eius. Interea missus est unus ex Seraphim, is carbone, quem forcipe de altari acceperat, tetigit labia eius dicens: Hoc auferet peccata tua. Ita manifeste per ostensam uisionem, hymnum ac typum instructus est, ut Christi mysterium præsignaret. Rursus & id muneris accepit, ut sermone *20* que de mysterio Christi uaticinaretur, dicens: Sicut ovis ad maclationem ductus est, & sicut agnus coram tondente se, obmutuit. Hoc oraculum cum Aethiops Eunuchus legeret, Philippum rogabat, ut exponeret, qui & citissime, ac uerissime *Act. 8* ista de domino Christo a propheta dici exposuit. Rursus dicit: Homo in plaga constitutus, & sciens ferre languorem. Et iterum: Iniquitatem non fecit, neque dolus inuentus est in ore eius, Et dominus uult eum mundare a plaga & illi lucem *Esa. 53* ostendere. Item. Sic dicit Dominus, Ecce ego ponam in fundamentis Sion lapidem preciosum, electum, angularem, & honorificum in fundamento eius, et qui crediderit in illum, non pudebit. Iterum. Spiritus domini supra me, propterea unxit me, &c. Hoc cum dominus in Synagoga Sabbatis legisset, dixit: *30* Amen dico uobis, Hodie impleta est scriptura ista in auribus uestris. Isaias iste Hierosolymitanus erat. Mortuus est autem Hierosolymis sub rege Manasse, sectus in duas partes, conditusque sub quercu est prope fontem Rogel, iuxta transitum aquarū, quas Ezechias rex puluere obstruxerat. Et monumentum Siloam Deus per hunc prophetam operatus est. Nam cum spiritus eius, ante quam moreretur, deficeret, aquæ potum petiit, qui & cōfestim ei ex hoc torrente missus est. Quapropter etiam Siloam uocatus est, quod missum sonat, si interpreteris. Et sub Ezechia, antequam *40* is lacus & Colymbethras faceret, per orationem Esaiæ modicum aquæ emanauit. Nam erat populus in campestribus Moabitariū alienigenarū. Et ne ciuitas periret, tamquam aqua destituta. (Sciscitati namque fuerant hostes, unde biberent, & urbe aggere cincta, torrentem Siloam obsidebant) quando orabant cum Isaias Iudæi, egrediebatur aqua. Propterea etiam in hodiernum usque diem continuo promanat, ut ostendatur magnum hoc mysterium. Et quoniam per Isaiam fuerat hoc factum, memoriæ gratia populus Iudæorum prope Siloam illum accurate, & cum honore sepelierunt, ut per sanctas illius preces, etiam post mortem eius consimili modo aquæ huius beneficio frui liceret. Erat enim illi oraculum etiam datum, ut hoc ita faceret. Est autem sepulcrum eius uicinum sepulturæ regum, retro sepulcrum Iudæorum, Austrum uersus. Salomon enim sepulcrum Dauidis constituit, ad Orientem montis Sion dispositam, & ingressum habentē ab ea parte

Epiph. in uitis proph.

te qua uenitur a Gabaon, ab urbe stadiis uiginti. Fecit autem eam obliquam, & ita compositam, ut nullam de se suspicionē obiciat. Et introitus in hunc usque diem multis sacerdotibus & uniuerso populo ignotus est. Habuit ibi rex Salomon aurum ex Aethiopia reconditum, & aromata. Et quoniam Ezechias ostendit & contaminauit ossa patrum ipsius, propterea asseuerauit illi Deus, futurum, ut semen eius feruiat hostibus eius, fecitq. illum sterilem ab eo die, ac infecundum.

IEREMIAS.

ET hic Ieremias diuina dignatione accepit, ut de mysterio Christi uaticinaretur. nam ita dicit: Et acceperunt triginta argenteos, pretium æstimati, quem pretio emerunt a filiis Israel, & dederunt eos ad comparandum agrum figuli, sicut *91* præcepit mihi dominus. Huius oraculi meminit etiam euangelista Matthæus, tanquam completi tempore passionis Christi. Rursus dicit idem propheta. Ecce dies uenient, dicit dominus, & disponam domui Israel, & domui Iudas testamentum nouum, non secundum testamentum, quod condidi patribus eorum, in die quā apprehendi manum eorum ut educerem eos ex Aegypto. nam ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus, sed hoc est testamentum meum, quod disponam domui Israel. Post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & in cor eorum scribam eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: et haudquaquam docebunt quisque fratrem suum, & *20* quisque proximum suum, dicendo cognosce dominum. nam omnes cognoscent me a minimo usque ad maximum eorum. quoniam propitius ero iniustitiis eorum, & peccatorum ipsorum non recordabor amplius. Huius oraculi mentionem facit apostolus in epistola ad Romanos. Hic Ieremias erat ex Anathoth, & in *Hier. 1* Ta- phnis Aegyptiorum lapidibus a populo adobrutus est ac mortuus, sepultus autem iacet eo loco, quem inhabitauit Pharao. nam Aegyptii beneficiis ab eo affecti, id honoris illi impenderunt. orauerat enim pro illis, cum a bestiis aquaticis turbarentur, quas Aegyptii Menephoth, Græci uero Crocodilos uocant. Et hodie quoque qui fideles sunt Deo, in eo loco orant, ac puluerem inde tollunt, quo *30* mortales a bestiis illis læsos curant. multi ex illis ipsas etiam bestias in aduersas a- quas fugant. Nos uero ex posteris Antigoni & Ptolemæi, uiris iam grandæuis, audiuius, quod Alexander rex Macedonum, cum ad eum prophetæ locum uenisset, mysteriaque illius cognouisset, reliquias illius in Alexandriam transtulerit, & cum gloria circumquaque ornatas collocarit, atque ita genus aspidum ab ea terra & ipso quoque flumine similiter prohibitum sit, & serpentes hoc pacto reiecti, quos Argolaos uocant, hoc est, lacertas, ex Argo Peloponnesiaco allatos, unde & Argolai uocantur populi isti, idest, dextris ignaui. Loquela uero sunt delicata, & prorsus sinistra. Ieremias iste signum dedit sacerdotibus Aegyptiacis, quod oporteat simulacra eorum concuti & decidere per seruatorem, puerum, ex uirgine nasciturum, & in præsepulo iaciturum. Propterea etiam nunc uirginem in lecto, & in- *40* fantem in præsepulo collocant & adorant. Et cum causam olim Ptolemæus rex percunctaretur, responderunt, mysterium esse ipsis a maioribus traditum, quod illi a sancto propheta acceperint. Hic propheta antequam caperetur templum, arcam legalem, & quæ in illa erant abripuit, & in petram quandam abdi fecit, dixitq. adstantibus, Profectus est dominus Sinai in cælum. Et iterum: Veniet legislator ex Sion cum potentia, & signum aduentus ipsius erit uobis, quando uniuersæ gentes lignum adorabunt. Dixit etiam, arcam illam nemo eripiet, præter Aaronem, & tabulas in illa reconditas nemo introspiciet siue sacerdotum, siue prophetarum, præter Mosē electum Dei. Et in die resurrectionis arca primum resurget, & ex petra prodibit, poneturq. in montem Sina, & congregabuntur ad eam omnes san- *Z 2* cti,

cti, expectantes dominum, & fugientes inimicum, occident eum, uenientem ad hanc petram. Obsignauit autem eam digito per nomen Dei, & facta est figura instar sculpturae ferri, & nubes lucida obtexit nomen Dei, nec quispiam locum hunc cognouit, neque obsignationem legere potest in hodiernum usque diem, & ad consummationem usque. Est autem petra illa in solitudine, ubi & primum fabricata est arca, inter duos montes, in quibus sepulti iacent Moses & Aaron. Et noctu nubes uelut ignis locum hunc obtegit, iuxta quod olim factum est. numquam enim deesse potest gloria Dei a nomine Dei. Propterea gratiam Ieremiae dedit Deus, ut finem mysterio suo ipse faceret, fieretq. confors Mosi & Aaronis, qui & una coniuncti sunt ad hunc usque diem. nam & Ieremias e sacerdotali semine 10
prognatus est.

EZECHIEL.

Ezech. 34 HIC Ezechiel, qui etiam in Babylone prophetauit, & ipse a Deo accepit, ut de Christi dispensatione uaticinaretur. dicit enim: Et eripiam eos ex omnibus iniquitatibus eorum, & mundabo eos, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et seruus meus Dauid, princeps in medio eorum, & pastor omnium unus erit. nam in praecipis meis ambulabunt. Et iterum: Et dixit ad me, aqua ista egreditur in mare orientale, & descendit in Arabiam, & uenit ad mare, ad aquam emanationis, & sanabit aquas. Et erit ut omnis anima animantium feruidorum, & ad quaecunque uenerit hic fluuius, uiuant. Ezechiel iste prognatus est ex terra 20
Epiph. in uitis proph. Sara, e tribu sacerdotum. Mortuus est autem in terra Chaldaeorum in captiuitate, postquam multa fuerat uaticinatus eis qui Iudaeam inhabitabant. Occidit uero eum princeps populi Israel, reprehensus ab eo propter simulacrorum cultum, & sepeliuit eum populus in agro Maur, in sepulcro Seth & Arphaxad patrum Abrahae. Est autem sepulcrum illud spelunca duplex. nam Abraham in Chebron ad similitudinem eius Sarae sepulturam fecit. Dicitur autem duplex, propterea quod flexuosa est & abdita, supra planum ac tellurem edita, & in petra quadam suspensa. Hic 30
Ezech. 1 propheta portentum dedit populo, ut animaduertent, quando fluuius Chobar deficeret; tum scirent falcem uenire uastationis, usque ad fines terrae, & quando inundaret ciuitatem Hierusalem, tum instare reditum. Etenim ad fluuium illum 40
Ibidem. habitabat sanctus propheta, & multi ad eum congregabantur. Contigit autem, ut cum multitudo populi apud eum esset, Hebraeos formidarent Chaldaei, ne turbarent eos: & cum irruerent in eos occidendi gratia, efficiebat propheta, ut aqua fluminis diuisa, locum daret in ulteriorem ripam transfugiendi, & qui ex Chaldaeis audebant fugientes insequi, submergerentur. Idem propheta abunde populo piscium escam sua sponte per preces ad Deum destinatas exhibuit: & cum multi ex ipsis deficerent, uitam illis a Deo reddi orauit. Cum populus perderetur, editis signis compecebat hostes, caelitus percussos. Cum diceret Israel, perimus, perit spes nostra, persuasit illis etiam portentis ossium mortuorum, quod adhuc reliqua esset spes Israel & in praesentiarum, & in futurum. Iudicabat hic propheta 40
Israelem, & ostendebat, quid cum Hierosolymis tum in templo ageretur. Rapiebatur e loco supra dicto, ueniebatq. Hierosolymam eadem hora, ad redargutionem eorum qui Deo non credebant. Vidit hic propheta, quemadmodum ante eum & Moses, typum templi, parietem, & quae circa illum, & portam, per quam dominus ingressurus esset, & egressurus, & quod porta illa clausa esset futura, quodq. in dominum speraturae essent omnes gentes. Iudicauit in Babylone tribum Dan & Gad, quoniam impie egerant aduersus dominum, persecuti eos qui legem obseruabant. deditq. illis portentum magnum: nam serpentes deuorauerunt infantes eorum, & quaecumque iumenta habebant, propter impietatem eorum. Praedicauit etiam,

etiam, quod propter ipsos populus non reuerteretur ad terram suam, sed in Media mansurus esset, usque ad consummationem erroris eorum. Et ex his etiam erat, qui prophetam hunc occidit.

DANIEL.

ET hic Daniel in Babylone prophetauit, dignus & ipse habitus, qui de domino Christo uaticinaretur. Scito ergo & intelligito, inquit, ab exitu sermonis, quo 1
Dan. 9 coepi respondere tibi, & ab eo, quod aedificabitur Hierusalem, usque ad Christum ducem hebdomades erunt 7. & hebdomades 62. & quae sequuntur. iterum alio loco: Abscissus est lapis sine manibus & percussit imaginem, & factus est lapis ille in 2
montem magnum, impleuitq. terram. Rursus, & ecce in nubibus caeli ueniebat 7
filius hominis, & usque ad antiquum dierum peruenit. Et datus est illi honor & potentia. Et quae ibi reliqua dicta sunt. Erat hic Daniel ex tribu Iudae, ex illis, qui de regia administratione praecipui & eminentes erant: uerum cum adhuc paruulus 1
esset, in captiuitatem e Iudaea in terram Chaldaeorum abductus est. fuit autem in Betheron superiore, & uir castus, ita ut uideretur Iudaeis spado. Plurimum luxit populi gratia, & propter ciuitatem Hierusalem. ieiuniis se, & abstinentia ab omni delicato cibo, imbecillum reddidit, terrae fructibus uescens. Aspectu aridus erat, 2
& tenui corpore, gratia uero altissimi pinguis & obesus. Multum hic propheta orauit pro rege Nabuchodonosor, obsecrans illum Balthasaro, filio regis, cum in bethliam & iumentum mutatus esset, ne perderetur. erat enim anterioribus membris 20
& capite similis boui, pedes cum posterioribus referebant leonem. sancto isti uero de mysterio haec facta est reuelatio, quod rex iste propter irrationalem uoluptatem, & duram ceruicem in iumentum mutandus esset, nempe, quod bouis instar subiugale iumentum futurus esset Beliali, leo uero, propter rapacitatem, tyrannidem, ac feritatem ingenii. Huiusmodi mores sunt potentatibus, in iuuentute constitutis, tandem uero in feras mutantur, rapientes, occidentes, tyrannidem exercentes, & impie agentes, & horum mercedem a iusto iudice recipientes. Cognouit per Deum sanctus hic uir, quod instar bouis comederet fenum, quod illi 30
pro humano cibo fuit. Quapropter & Nabuchodonosor, post cibi huius concoctionem, cordis humani sensu recepto, fleuit, orauitq. dominum totam noctem ac diem, quadragesies illum precatus. & cum ad se redisset, oblitus erat quod homo factus esset. sublatus erat linguae usus, ne loqueretur: & cum intellexisset, confestim lacrymatus est. Oculi illius erant inter plorandum sicut caro emortua. multi enim ciuitatem egressi uiderant illum. solus Daniel nolebat eum uide- 40
re. nam toto mutationis illius tempore precationi pro eo instabat. dicebat enim. Homo denuo futurus est, tunc illum uidebo. Non credebant autem ei. Daniel igitur precando ad altissimum effecit, ut septem anni, quos septem tempora uocauerat, mutarentur in septem menses, & mysterium septem temporum in illo consummaretur. Septem namque mensium spatio sibi ipsi restitutus, sex annos, qui desiderabantur, & menses quinque coram domino prostratus fuit, impietatem suam 40
& omnem iniquitatem confessus. & cum peccatorum suorum remissionem adeptus esset, dedit prophetae regnum suum, & nec panem, nec carnem comedit, nec uinum bibit, domino confessus. nam hoc illi Daniel praeeperat: ut leguminibus & herba uescens dominum placaret. Quapropter & Balthasarem eum uocauit. Volebat enim eum cohaerem constituere filiorum suorum. Sed uir sanctus dicebat. Propicius sis mihi domine, ne deseram hereditatem patrum meorum, & adharcam hereditati incircuncisorum. Edidit autem & aliis Persarum regibus multa portenta, quae scripta non sunt. Mortuus est uero Daniel in terra Chaldaeorum, & in sepulcro regio solus cum honore sepultus. Portentum etiam assignauit in 3
assignatis

Epiph. in uitis prophet.

montibus supra Babylonem iacentibus, uidelicet quod uenturus esset finis Babylonis, quando illi ab Aquilone fumigarentur; quando uero igne comburentur, finis e uicino esset totius terræ; si uero in morbo defluerent aquæ, futurum esset ut populus reuerteretur in terram suam; si flueret sanguis, cædes futura esset in omni terra. Obdormiuit itaque in pace uir Dei sanctus.

Hactenus de prophetis qui libros conscripserunt: iam consequenter & de illis dicendum est, quorum nulli libri circumferuntur.

E L I A S.

4. Reg. 2. Ioseph. lib. 9. c. 2. Antiq. Iud.

HIC Elias primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad caelos monstrauit, primus ex hominibus unam Angelorum & hominum uiam ostendit. Qui terræ fuerat fortitus domicilium, cælum quoque subito penetrauit: qui mortalitatis factus erat, cum immortalibus conuersatur, qui humi incedebat, instar spiritus cum Angelis in cælis agit, qui cum Melote Elissæo discipulo suo duplicia charismata tradidit, qui cum diu uiuat, homo senectutis tamen expers est, qui contra antichristum dux belli seruat, qui sese illi opponet, & seductionem illius, ac superbiam redarguet, qui cunctos mortales ex illius seductione ad Deum in consummatione sæculi conuertet, qui id a Deo accepit, ut secundi & illustris domini aduentus præcurfor futurus sit, qui cum mediocritati seruerit, cum Angelis conuersatur. Hic ex Arabia erat Thebites, de tribu Aaronis, habitans in Galaad. nam Thebis domus erat sacerdotum. Cum nasciturus esset, pater eius Sobacha uidit illum ab Angelis albicantibus salutari, & igne tamquam fascis inuolui, & flamma ignis ueluti cibo ali, & Hierosolymam profectus rem istam indicauit, dictumq. illi est ex oraculo ne timeret, fore enim ut puer nasciturus in luce habitaret, & quæ diceret, firmam sententiam haberent, iudicaretq. Israelem in gladio & igni.

Epiph. in uis. proph.

E L I S S A E V S.

Idem ibid.

HIC erat ex Abeluel, terra Rubim: Et illius gratia factum est portentum. Cum enim natus esset in Galgalis, damalis aurea adeo exclamauit acute, ut Hierosolymis audita sit, dixeritq. propheta quisquam: Natus est Hierosolymis propheta, qui sculptilia & conflatoria illorum deturbabit. Mortuus autem, sepultus est in Samaria.

Ioseph lib. 3. c. 10. Antiq. Iud.

Z A C H A R I A S.

Idem lib. 9. c. 8. Antiq. Iud.

HIC Zacharias, Falcifer, filius Ioadæ sacerdotis fuit, Hierosolymitanus. Occidit eum Ioas rex Iudas, prope altare, & sanguinem illius effudit domus Dauid, sub Elam. Sacerdotes uero acceptum cum patre ipsius sepelierunt.

N A T H A N.

2. Reg. 15. Ioseph lib. 1. c. 1. Antiq. Iud.

HIC erat ex Gabaon, sub rege Dauide. Ipse regem hunc docuerat legem domini. Et uidit, quod cum Bothsabea transgressurus esset. Cum autem properaret ut regem præmoneret, impediuit eum Belial. nam inter eundem hominis occisi nudum cadauer iuxta uiam collocatum reperit, cuius ibi gratia aliquandiu hæsit. Mortuus hic & sepultus in terra sua in Gabaon.

A C H I A S.

Epiph. in uis. proph. Idem ibid.

I S T E erat ex Selom, ubi olim erat tabernaculum, e ciuitate Eli. Mortuus est ac sepultus prope quercum Silom, Idem etiam Adonias uocatur.

I O A T H.

HIC erat ex terra Samariæ, Percussit eum leo, & mortuus est, ac sepultus in Bethel, iuxta pseudopphetam, a quo fuerat seductus.

A Z A R I A S.

Ibidem.

HIC ex terra Syphatha erat, & auertit ex Israel captiuitatem Iudæ. Mortuus est ac

ac sepultus in agro suo. Iephtha uero, & Dauid, & Samuel, quisque in sua ipsius ciuitate mortuus ac sepultus est.

D E D V O D E C I M A P O S T O L I S.

S I M O N P E T R V S.

PRIMVS est Simon Petrus, apostolorum coryphæus. Hic, ut epistolis suis innuere uidetur, euangelium domini Iesu Christi in Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, & tandem Romæ prædicauit, ubi & postea sub Nerone rege capite ad terram uerso (nam ad hunc modum ipse pati uolebat) tertio calendis Iulii crucifixus, ibiq. sepultus est.

1. Petr. c. 1. Epiph. lib. 1. To. 2. contra Hef.

A N D R E A S.

Andreas frater Simonis Petri, sicuti maiores nostri tradiderunt, Scythis, & Sogdianis, & Sacis, & in Sebastopoli interiore, ubi Aethiopes agrestes habitant, euangelium domini Iesu Christi prædicauit. Sepultus est autem Patris, ciuitate Achaia, crucifixus ab Aegea rege Edeffensorum.

Matth. 10. Euseb. lib. 3. c. 1. hist. eccl.

I A C O B V S Z E B E D A E I.

Iacobus filius Zebedæi, piscator, duodecim tribubus, in dispersione constitutus, euangelium domini Iesu Christi prædicauit. Occisus est autem gladio ab Herode Iudæorum tetrarcha, in Iudæa, ubi & sepultus est.

Iaco. 1. Euseb. lib. 2. 19. hist. eccl.

I O A N N E S.

Ioannes frater Iacobi, qui & euangelista domini factus est, quem dominus dilexit, euangelium domini Iesu Christi in Asia prædicauit. A Traiano uero in insulam Pathmum propter uerbum domini exilio damnatus est, ubi etiam sanctum euangelium suum conscripsit, quod postea Ephesi per Gaium, hospitem suum ac diaconum, edidit, cui & Paulus apostolus Romanis scribens testimonium dedit dicens, Salutem uos Gaius, hospes meus & totius ecclesiæ. Post mortem uero Traiani reuersus est ex insula Pathmo, mansitq. Ephesi, ac uixit annos 120. quibus finitis se ipsum ibi uiuus adhuc, uolente domino, sepeliuit. Sunt tamen qui dicunt eum non sub Traiano in insulam Pathmum relatum esse, sed sub Domitiano Vespasiani filio.

Idem lib. 3. c. 1. hist. eccl. c. 18 Rom. 16.

P H I L I P P V S.

Philippus a ciuitate Bethsaida, in Phrygia quidem euangelium domini prædicauit, Hierapoli uero cum filiabus suis honorifice sepultus est.

Euseb. lib. 3. c. 31. hist. eccl.

B A R T H O L O M A E V S.

Bartholomæus Indis, quos Felices nominant, euangelium domini nostri Iesu Christi prædicauit, & Matthæi euangelium illis tradidit: obdormiuit autem & sepultus est in Albania, magnæ Armeniæ ciuitate.

Idem lib. 5. c. 10.

T H O M A S.

Thomas, quemadmodum traditio habet, Parthis, Medis, ac Persis euangelium domini nostri Iesu Christi prædicauit. Prædicauit etiam Germanis, Hircanis, Bactris, & Magis. Obdormiuit autem Calaminæ ciuitate, Indiæ, calamo, quem lanceam uocant occisus, ubi & honorifice sepultus est.

M A T T H A E V S.

Matthæus euangelista euangelium domini nostri Iesu Christi Hebraica dialecto conscripsit, ac Iacobo fratri domini secundum carnem, Hierosolymorum episcopo, tradidit. Obiit autem Hierapoli Parthiæ, ubi & cum honore sepultus est.

Epiph. lib. 1. To. 2. c. 30. contra Hor.

S I M O N Z E L O T E S.

Simon Zelotes peragrata Mauritania & Afrorum regione, Christum prædicauit. Tandem Brettaniæ crucifixus, occisus, ac sepultus est.

Iudas

**DOROTHEI EPISCOPI
IUDAS IACOBI.**

*Euseb. lib. 1
ca. 15. Hist.
Eccl.* Iudas Iacobi, qui & Thaddæus, item Lebæus, Edeffenis & uniuersæ Mesopota-
miæ euangelium domini prædicauit, Sub Augaro uero, Edeffenorum rege, in Be-
ryto occisus, & cum honore sepultus est.

SIMON IUDAS.

*Niceph. in
Chronolog.* Simon, Iudas cognominatus, qui & post Iacobum Hierosolymorum episcopus
factus est (arbitror eum esse Iacobum Alphæi) sub Traiano rege cruci alligatus, oc-
cisus est in Ostracina, ciuitate Aegypti Cafariæ, cum annos uixisset 102.

MATTHIAS.

*Act. 1
Euseb. lib. 2
cap. 1. Hist.
Eccl.* Matthias cum esset unus ex 70. discipulis, postea, undecim apostolis, duodeci-
mus, loco Iudæ proditoris, annumeratus est. Hic in interiore Aethiopia, ubi Hyffus
maris portus, & Phasis fluuius est, hominibus barbaris & carniuoris prædicauit
euangelium. Mortuus est autem in Sebastopoli, ibiq; prope templum solis se-
pultus.

PAVLVS.

*Act. 13
Rom. 15
Euseb. lib. 3
cap. 3. Hist.
Eccl.* Paulus post assumptionem domini Iesu Christi ab ipso uocatus, & apostolorum
catalogo accersitus, a Hierusalem euangelii prædicationem exorsus ad Illyricum
usque Italiam & Hispanias prædicando progressus est. Huius epistolæ omni sa-
pientia refertæ circumferuntur. Sub Nerone uero martyrium Romæ tertio Calen-
dis Iulii, capite plexus, tulit, ibiq; quemadmodum & Petrus apostolorum pri-
mus, sepultus est.

MARCVS EVANGELISTA.

*Hieron. de
script. Eccl.
Sopron.* Marcus euangelista, & primus Alexandria episcopus, Alexandrinis & cunctæ fi-
nitimæ regioni euangelium domini, ab Aegypto Pentapolim usque prædicauit.
Sub Traiani uero regno, in Alexandria rudenti collo iniecta, a loco qui Bucolus
dicitur, usque ad eum qui Angelorum dicitur, tractus, ibiq; igni ab insanis si-
mulacrorum cultoribus, mense Aprili combustus, & in Bucolo sepultus est.

LVCA S.

*Euseb. lib. 3
cap. 4. Hist.
Eccl.
Timot. 4
Colos. 4.* Lucas euangelista Antiochenus natiuitate, arte uero medicus, euangelium ex
commissione Petri apostoli, Acta uero apostolorum, committente Paulo, conscri-
psit. peregrinationis enim comes fuit apostolis, maxime Paulo. Huius & Paulus
mentionem fecit, alicubi scribens. Salutat uos Lucas medicus dilectus in domi-
no. Ephesi uero mortuus, ac sepultus est, ac tandem una cum Andrea & Timotheo
apostolis, temporibus Constantii regis, filii Constantini magni, Constantinopo-
lim translatus.

DE SEPTVAGINTA DISCIPVLIS.

IACOBVS FRATER DOMINI.

*Niceph. in
Chronolog.
Epihb. de
scris.* IACOBVS frater domini secundum carnem, qui & iustus uocatur, & pri-
mus Hierosolymorum episcopus constitutus est, lapidibus ibi a Iudæis adobrutus
occubuit, atque in templo prope altare sepultus est.

TIMOTHEVS.

*Euseb. lib. 3
cap. 4. Hist.
Eccl.* Timotheus Ephesiorum episcopus a Paulo constitutus, euangelium domini Ie-
su Christi Ephesi exorsus, Illyricum usque, & in uniuersa Hellade prædicauit, ubi
& mortuus, & honorifice sepultus est.

TITVS.

Ibidem. Titus Cretensium episcopus, ipsi Cretæ & circumiacentibus insulis euangelium
Christi prædicauit, atque ibi mortuus, & cum gloria sepultus est.

Barnabas

SYNOPSIS.

BARNABAS.

Barnabas, cum Paulo uerbi minister constitutus, primus Romæ Christum præ-
dicauit, & postea Mediolanensium episcopus factus est.

ANANIAS.

Ananias, qui beatum Paulum baptizauit, Damascenorum episcopus fuit.

STEPHANVS.

Stephanus primus martyr, unus ex septem diaconis, Hierosolymis a Iudæis la-
pidatus, sicut Lucas in actis apostolorum testatur, mortuus est.

PHILIPPVS.

10 Philippus, qui & ipse unus ex septem diaconis fuit, Simonem magum & eunu-
chum baptizauit, & in Traselli, ciuitate Asiæ, episcopus factus est.

PROCHORVS.

Prochorus, unus ex septem, Nicomediæ, ciuitate Bithyniæ, episcopus fuit.

NICANOR.

Nicanor, & ipse unus ex septem, eodem die cum syndiacono suo ac protomar-
tyre Stephano, & 2000. aliis in Christum sperantibus, mortuus est.

SIMON.

Simon, ex septem diaconis & ipse unus, Bosfri Arabum episcopus factus, a gen-
tibus combustus est.

NICOLAVS.

20 Nicolaus, unus ex septem fuit. Hic cum esset Sappriæ episcopus factus, in alic-
nam doctrinam lapsus, una cum Simone a fide defecit.

PARMENAS.

Parmenas ex septem diaconis unus fuit. Hic in ipso apostolorum conspectu,
diaconi officio fungens, mortuus est.

CLEOPAS.

Cleopas, qui & Simon, consobrinus domini fuit. Hic cum una cum Luca pro-
ficisceretur, dominum post resurrectionem ex mortuis uidit, cumq; illo locutus
est, quemadmodum in euangelio scribitur. tandem alter Hierosolymorum episco-
pus factus est.

SILAS.

30 Silas, uerbi cum Paulo minister, Corinthiorum constitutus est episcopus.

SILUANVS.

Siluanus, qui & ipse cum Paulo uerbo seruiuit, Thessalonicensium factus est
episcopus.

CRESCENS.

Crescens, cuius apostolus Paulus in posteriore ad Timotheum meminit, Chal-
cedone, quæ in Galliis est, factus episcopus, euangelium Christi prædicauit, & sub
Traiano rege martyrium ibidem subiit, ac sepultus est.

EPÆNETVS.

40 Epænetus, cuius apostolus in epistola ad Romanos mentionem facit, episcopus
Carthaginensis factus.

ANDRONICVS.

Andronicus, cuius etiam apostolus in ea, quæ ad Romanos est, recordatur,
Pannoniæ factus est episcopus.

AMPLIAS.

Amplias, de quo meminit etiam apostolus ad Romanos, episcopus Odissæ ci-
uitatis factus est.

Urbanus

DOROTHEI EPISCOPI
VRBANVS.

Rom. 16 Urbanus, cuius recordatur apostolus ad Romanos, Macedonia factus est episcopus.

ITACHYS.

Ibidem Itachys, qui & ipse ab apostolo ad Romanos commemoratur, primus Bizantii episcopus ab Andrea apostolo Argypoli Thraciæ constitutus est.

APELLES.

Rom. 16 Apelles, cuius etiam mentionem apostolus ad Romanos facit, episcopus Smyrnæ ante sanctum Polycarpum factus est.

ARISTOBVLVS.

Ibidem Aristobulus, & ipse ab apostolo ad Romanos commemoratur, episcopus Britannia factus est.

NARCISSVS.

Ibidem Narcissus, quem etiam ad Romanos commemorat apostolus, episcopus Patrarum constitutus est.

HERODION.

Ibidem Herodion, cuius apostolus eadem epistola meminit, & ipse Patrarum episcopus factus est.

RVFVS.

Ibidem Rufus, quem & ipsum apostolus cum aliis eadem epistola recenset, Thebarum episcopus factus est.

ASYNCRITVS.

Ibidem Asyncritus, & ipse ab apostolo ad Romanos recensitus, Hyrcaniæ factus est episcopus.

PHLEGON.

Ibidem Phlegon, cuius etiam eadem epistola meminit apostolus, episcopus Marathonensis constitutus est.

HERMES.

Ibidem Hermes, quem idem apostolus ad Romanos commemorat, Dalmatiæ episcopatū fortitus est.

HERMAS.

Ibidem Hermas, eadem ab apostolo recensitus epistola, Philippis ciuitate factus est episcopus.

PATROBAS.

Ibidem Cuius etiam idē meminit apostolus, episcopus Nepotiolanus constitutus est.

AGABVS.

Act. 11 Agabus, cuius in actis apostolorū sit mētio, prophetico charismate præditus fuit.

LINVS.

1. Timoth. 4 Et huius meminit apostolus. Primus post Petrum coryphæum apostolorum, Romæ fuit episcopus.

GAIVS.

Rom. 16 Meminit etiā huius apostolus. Ephesiorū episcopus post Timotheū factus est.

PHILOLOGVS.

Ibidem Recordatur & huius apostolus. episcopus Sinopæ ab Andrea constitutus est.

OLYMPAS.

Mentionem etiam istius alicubi facit apostolus. Romæ cum Petro, apostolorum coryphæo martyrium capite truncatus subiit.

Rodion

SYNOPSIS.

RHODION.

Et hic a Paulo commemoratus, Romæ cum Petro & Olympa, capite & ipse truncatus, mortuus est. Rom. 16

IASON.

Huius quoque meminit Paulus. Tarfi factus est episcopus.

SOSIPATER.

Meminit & huius apostolus. Iconii factus est episcopus.

LVCIVS.

10. Iste, cuius etiam recordatur Paulus, Laodiceæ Syria episcopus constitutus est.

TERTIVS.

Hic, qui & epistolam Pauli ad Romanos scripsit, alter factus est episcopus Iconii. Ibidem

ERASTVS.

Mentionem etiam istius in ea, quæ ad Romanos est, Paulus facit, Hierosolymitanæ ecclesiæ œconomus fuit. Postea Paneadis episcopatum fortitus est.

PHIGELLVS.

Meminit & huius Paulus, sed tamquam qui alienam doctrinam amplexus, & Simonem secutus sit, episcopus Ephesiorum fuit. 2. Timoth. 4

HERMOGENES.

20. Et de isto mentionem facit Paulus, scribens, quod alienum dogma inuexerit. Megarensum factus est episcopus. Ibidem.

DEMAS.

De isto quoque similiter Paulus scribit, quod defecerit. Nam de his tribus in posteriore ad Timotheum significat, quod Phigellus & Hermogenes, alieno inducto dogmate, doctrinæ suæ resisterint, Demas uero præsens hoc sæculum amore complexus, sermonem euangelicum reliquerit. Is & postea simulacrorum sacerdos Thesalonica factus est. De his & Ioannes apostolus scripsit. Exierunt, inquit, ex nobis, sed non erant ex nobis. 1. Ioan. 2

QVARTVS.

30. Recordatur & huius Paulus in ea, quæ ad Romanos. Beryti factus est episcopus. Rom. ult.

APOLLOS.

Huius recordatur Paulus in priore ad Corinthios. Casaria factus est episcopus. 1. Cor. 1

CEPHAS.

Hunc apostolus Paulus Antiochiæ redarguit, eiusdem cognominis cum Petro, episcopus Caniæ factus est.

SOSTHENES.

Meminit & huius Paulus. Colophoniadis episcopus factus est. Rom. 16

EPAPHRODITVS.

De hec quoque meminit Paulus. Hadriana episcopus fuit. Philip

CAESAR.

40. Et huius recordatur Paulus. Dyrrachii fuit episcopus.

MARCVS.

Hic consobrinus Barnabæ fuit, cuius etiam Paulus mentionem facit. episcopus Apolloniadis fuit. Colof. 12

IOSEPH.

Ioseph, qui & Iustus dicitur, & Barsabas, cuius Lucas in Actis apostolorum meminit, quod in sorte cum Matthia coniunctus fuerit, Eleutheropolis episcopus factus est. Act. 7

Artemas

DOROTHEI EPISCOPI
ARTEMAS.Recordatur huius quoque Paulus, Lystris episcopus fuit,
CLEMENS.*Euseb. lib. 3
cap. 4. Hist.
Eccles.* Meminit huius Paulus, dicens, cum Clemente ac reliquis cooperaris meis.
Primus ex Gentibus & Græcis in Christum credidit. Sardicæ, quæ nunc est Triaditza, factus est episcopus.

ONESIPHORVS.

2. Timoth. 4 Et de isto mentionem facit Paulus. episcopus Cononiæ factus est.

TYCHICVS.

Eph. 7 Meminit & huius Paulus. Primus episcopus Chalcedone fuit, quæ in Bithonia est.

CARPVVS.

*2. Timoth. 4
Dionys. A.
reop. ep. 8* Et huius recordatur Paulus. Berrhææ, quæ in Thracia est, episcopus fuit.

EVHODVS.

*Niceph. in
Chronolog.* Meminit etiam huius Paulus. Primus post Petrum, apostolorum coryphæum, Antiochiæ episcopus fuit.

PHILAE MON.

Ad hunc Paulus peculiarem epistolam scripsit. Gazæ factus est episcopus.

ZENAS.

Zenas legis peritus, qui & ipse a Paulo commemoratur, Diospoli factus est episcopus. 20

AQVILA.

2. Timoth. 4 Huius quoque meminit Paulus. Heracliæ fuit episcopus.

PRISCILLAS.

Ibidem. Recordatur etiam huius Paulus. Colophone episcopus fuit.

IVNIS.

Etiam huius mentionem facit Paulus. Apamiæ Syriæ factus est episcopus.

MARCVS.

Act. 4 Marcus qui & Ioannes uocatus est, cuius Lucas in Actis apostolorum recordatur, Bybli fuit episcopus.

ARISTARCHVS.

2. Colof. 4 Etiam istius meminit Paulus. 30

PVDENS.

2. Timoth. 4 Et huius recordatur Paulus.

TROPHEMVS.

Ibidem. Mentionem Paulus & istius facit. Hi tres in quibusvis persecutionibus ad afflictionem Pauli consortes fuerunt. Postremo per martyrium una cum ipso sub Nerone, capitibus truncatis, occubuerunt.

Istis Marcus & Lucas euangelistæ connumerantur, & ipsi ad catalogum septuaginta discipulorum pertinentes. Sed & Eunuchus Candaces Reginae Aethiopum in Arabia Felici, & insula Taprobana, inq. uniuerfa Erythra, euangelium domini Iesu Christi prædicauit, fertur etiam martyrium gloriose tulisse, ibiq. sepultus esse. Et cœmeterium ipsius munimentum insuperabile est fidelibus, Barbaros scelestos fugans, morbos pellens, & sanationes operans usque in hodiernum diem. 40

FINIS.

D. HAYMONIS,
EPISCOPI HALBERSTATTENSIS,
in libros decem

De Christianarum rerum memoria,

P R A E F A T I O.

10 **Q**VANTVM eruditionis, quantum diuinarum & humanarum rerum notitiæ pie legentibus ecclesiastica conferat historia, nostræ fuit experientiæ cognoscere, qui sæpe eam, ac studiose legendo, nobis ipsis fecimus fidem. Vt enim eam breuiter commendemus, rerum ab initio gestarum edocet ueritatem, pios primitiæ ecclesiæ actus edisserit, uirorum fortium gesta describit, martyrum sudat agones, confessorum merita attollit, doctorum, qui & patres uocantur, dicta & scripta commemorat. sed quoniam propter

20 multipliciter, & immensitatem uoluminis, fatigat intellectum, onerat audientiam, memoriam inuoluit, cogitauimus efficere, si dominus uoluerit, ut liber ille immensus ad libellum redigatur. manuale hoc igitur fieri uoluimus, hac utilitate considerata, ut, cum Eusebium legeris, facundum quidem eloquio, secundum eruditione, sed propter Græcæ linguæ copiositatem, de qua translatus est, sermone multiplicem, atque prolixum, ideoq. a memoria facile recedentem, hunc te libeat uidere, nostrumq. de eo excerptum inspicere ad integritatem memoriæ

30 reformandam. Ignosce, beate Eusebi, ignosce. neque enim hoc ad tuam molior suggillationem. parce, quæso, & attende, illum enim sermonem replico, amice, non facio tibi iniuriam. sicut ante nos ecclesiastici uiri fecerunt, de libris eruditorum flosculos colligendo obscura dilucidauerunt, prolixa breuiauerunt. itaque diuino operi tuo meum non confero, sed te ipsum refero, te inspiciens, te adorans, quem pæne penitus euestigio sequor, sed uia breuiore. sit igitur liber ille tuus exemplar, hic exemplum: sit ille forma expressior, hic repræsentatio & imago: sit ille rerum notitia, iste memoria. nam quod ille ducit ad notitiam, iste reducit ad memoriam.

40

AA

D. HAYMONIS, EPISCOPI

HALBERSTATTENSIS,

LIBER PRIMVS.

De tempore natiuitatis Christi secundum carnem.

Caput 1.

NESVS Christus, dominus ac saluator noster, sexta mundi etate, in Bethlehem, Iudæ opido, nascitur, imperante apud Romanos Augusto 10
 Cæsare, apud Iudæos uero regnante Herode, alienigena, & externi generis uiro. Hic autem Herodes, sub quo natus est dominus, ad differentiam minoris, sub quo passus est, maior Herodes fuisse intelligitur; secundum Iosephum ex parte patris Idumæus, secundum Africanum uero filius cuiusdam Antipatri, quondam ab Idumæis latronibus capti, & eorum latronum uita & moribus instituti: de quo natus hic Herodes, Iudæorum regnum sic obtinuit.

*Euseb. lib. 1
c. 2. hist. ecc.
Niceph. lib.
1. c. 9. hist.
eccl.*

Qualiter ad regnum uenerit. Cap. 2.

CVM oppugnasset Pompeius Hierosolyma, ac cepisset, & Aristobulum, regem, & pontificem Iudæorum, cum liberis uinctum Romam misisset, Hyrcano fratre eius pontifice constituto, in quem ultimus Iudæorum pontificatus deuenit, mox eodem Hyrcano a Parthis capto, per senatusconsultum præfatus Herodes Iudææ regnum, Augusto imperante, adeptus est, fauētibus forsitan aliquibus Iudæis. nam pater huius Herodis præfatus Hyrcano pontifici ualde familiaris exiterat. 20

Idem in Chronol.

De facinorosis actibus Herodis. Cap. 3.

ITAQVE regnum adeptus Herodes, delere uolens Iudæorum generositatem, spreta nobili & legitima generis successione, ignobilibus quibusque sacerdotia promittens, omnem ordinem confudit, & ad cumulum suæ nequitie sacram uestem, qua summus pontifex utebatur, sub signaculo clausam abscondit, nec unquam pontificibus in uita sua uti permisit: hoc idem Archelaus filius eius fecit. 30
 hunc & Romani post ipsos morem pontificalis iniuriæ tenuere.

De crudelitate Herodis in infantes. Cap. 4.

CHRIStO igitur nato, & secundum Matthæi euangelistæ testimonium aduentantibus tribus Magis ad eum stella duce, conturbatur, incredibiliter ueritus status sui & regni periculum, inuestigato a Magis & manifestato ex Michææ oraculis loco natiuitatis eius, interimi iubet omnes pueros a bimatu, & infra, secundum tempus a Magis exquisitum, ut cum illis dominum posset extinguere. sed præmonitus ab angelo Ioseph, puerum transfert in Aegyptum.

Matth. 2

Quo modo genealogiam Iudæorum deleuit. Cap. 5.

PER idem uero tempus summam Herodes tenens potestatem, cum ignobilis esset, inuidens generositati Iudæorum, libros generationis eorum, qui descripti habebantur in arciuis templi secretioribus, cum quibusdam genealogiis alienigenarum, ut Achior ex Ammanitis, & Ruth ex Moabitibus, incendi iubet. quos aliqui studiosi uiri diuino munere recolligentes, partim quia iam habebant domi descriptos, partim quia profapia suæ ordinem memoriter tenebant, ad nos usque perduxerunt, inter quos fuerunt quidam heriles, uel dominici apostolati, propter propinquitatem generis Christi, qui & generationem eius docuerunt, secundum quod euangeliorum ueritas habet. 40

Niceph. ibi.

De uindicta

De uindicta Dei in eo. Cap. 9.

IGITUR pro sacrilegio quod in saluatorem, eiusq. coæuos commiserat, Herodem ultio diuina mox perurget. Iosephus in 18. antiquitatum lib. Incipit torque Euseb. lib. 1
cap. 8. Hist.
Eccl.
Niceph. lib.
1. c. 11
 ri mirabili, & miserabili dolore, interius & exterius aduritur incendio, nimietate gulæ & auiditate cibi distenditur, pube tenus inflatus, circa uerenda scatet uermibus. Idem in 2. lib. Visum est autem medicis ut oleo calido fomentaretur, cumq. in ipso fomento depositus esset, ita resolutus est omnibus membris, ut oculi etiam ipsi e suis sedibus soluerentur.

De famosa nequitia, quam in morte sua perpetravit. Cap. 7.

EXHINC fertur iam desperans in facinus execrabile. nam accersitos ad se ex omni Iudæa nobiles, & in loco, qui dicitur Hippodromus, reclusos, in hora mortis suæ interfici iubet, in hoc ipsum militibus præparatis & pretio conductis, ut sic saltem lugubres haberet exequias. sciebat enim Iudæos de sua morte gauisuros. Ioseph. lib.
17. c. 3

Quod tres filios suos occidit. Cap. 8.

QVI paulo antequam moreretur, post duos iam necatos filios, tertium filium iugulari præcepit, impiam parricida, cum iam exitum uitæ adesse sensisset, malo ac cepto cultrum poposcit. solebat enim sic per semetipsum purgatum pomum, atque incisum edere. tunc circumspectans, ne quis esset, qui eum prohiberet, eleuauit dexteram, & in semetipsum uibrauit ictum. Hic autem Herodis exitit finis. Macrob. lib.
2. Saturn.
c. 4

De Archelao. Cap. 9.

POST hunc regnauit Archelaus, patre suo Herode, & Cæsare Augusto adiudicantibus, cui post decem annos propter insolentiam deuolutus regnum diuiditur in tetrarchias, Herodi iuniori fratri, cum Philippo, & cum Lysania. Euseb. c. 10
eiusd. lib.

De Herode, filio Herodis. Cap. 10.

HIC autem Herodes minor, breui interiecto tempore, Ioannem Baptistam capite punit, uirum ualde bonum, qui præcipiebat Iudæis uirtuti operam dare, iustitiam inter se custodire, & in Deum seruare pietatem, per baptisma in unum conuenire, tam ad abluenda peccata, quam ad castimoniam corporis, & animæ seruandam. Idem c. 13.
eiusd. lib.
Nos in Notationibus.

Cur Ioannem punierit. Cap. 11.

HVNC, inquam, capite punit, pro eo quod obiurgabatur ab eo de Herodiade, quam abstulerat fratri suo Philippo, legitima uxore depulsa, & quia uerebatur, propter doctrinam eius, plurimos a suo regno discedere. sola hac igitur suspicionem Herodis, & obiurgatione uinctus in castellum Macheronta Ioannes abducitur, ibiq. capite obruncatur. Matth. 14
Luca 3
Mar. 6

De domino Iesu Salvatore nostro. Cap. 12.

PER idem tempus euangelicam late seminat prædicationem dominus Iesus, & duodecim ex omnibus elegit, quos præferens sectatoribus suis specialiter apostolos nominat. Post hos 72. elegit discipulos. Omne autem tempus prædicationis suæ peregit intra quadriennii temporis spatium, sub Anna & Caipha pontificibus, ita ut Annæ pontificatus tempore incipiente, prædicare inceperit, & usque ad initium Caiphæ protenderit Iosephus. nam ab Anna usque ad Caipham quatuor pontifices per ordinem fuerunt. Post Annam sedit Ismael, post Ismaelem Eleazar, post Eleazar Symon, post Symonem Iosephus, cui & Caiphas nomen fuit. Testatur autem Hebræorum scriptor de domino Iesu Christo quis fuerit, de quo his uerbis scripsit ita. Hæc quadriennii obseruatio nõ conuenit cū Luca c. 3. neque cum Nicephoro ca. 18. libro 1 Sed hoc in notat. Ioseph. lib. 18. c. 17

AA 2 Testi-

*Testimonium Iosephi de Christo. Cap. 13.*Ioseph. libro
18. c. 6. An
tiq. Iud.

FVIT autem iisdem temporibus Iesus uir sapiens, si tamen eum uirum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, doctorq. hominum eorum, qui libenter quæ uera sunt, audiunt. & multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum gentis nostræ uirorum cum Pilatus agendum in crucem decreuisset, non deseruerunt, qui ab initio eum dilexerant. Apparuit enim tertia die uiuus secundum quod diuinitus inspirati prophetae, uel hæc, uel alia inuicem miracula esse prædixerant. sed & in hodiernum diem Christianorum nomen perseverat & genus.

*De discipulis. Cap. 14.*Euseb. lib. 1
ca. 13. Hist.
Eccl.
Epiph. lib. 1
To. 1. ca. 20
contra Hæret.

APOSTOLORVM nomina ex euangeliis manifesta sunt. LXX uero nusquam scripta esse reperimus. Dicitur tamen ex ipsis unus fuisse Barnabas. Clemens uero in quarto Dispositionum libro Cephæ mentionem facit, de quo Paulus dicit: Cum autem uenisset Cephæ Antiochiam, ei restiti in faciem. Et dicit unum esse ex LXX. cognomine Petri apostoli. Sed & Matthiam unum ex his fuisse dicit, & qui cum ipso statutus est ad sortem: de his etiam fuisse Tathæum. sed alios fuisse complures discipulos inuenies, si obserues ea, quæ Paulus indicat, dicens: Post resurrectionem quidem dominum apparuisse Cephæ, postea aliis undecim, & post hos amplius quam quingentis fratribus simul.

HAYMO.

CVM his itaque conuersatur dominus per omne tempus assumptæ mortalitatis, & instituit in fide, & instruit scientia, donec peracto susceptæ dispensationis officio, patitur & resurgit, & ascendit in cælum secundum euangeliorum fidem.

D. HAYMONIS, EPISCOPI
HALBERSTATTENSIS,
LIBER SECVNDVS.

*De electione Matthiæ apostoli, & ordinatione septem diaconorum. Cap. 1.*Act. 1
Euseb. 2. c. 1
Hist. eccl.

RESTAT, ut de iis, quæ post ascensionem domini proxime consecuta sunt, dicamus. Mittunt apostoli sortem, & pro Iudâ traditore eligunt Matthiam. Ordinant etiam septem diaconos, ministerii uiduorum gratia: e quibus unus statim post ordinationem suam lapidatur: propter quod & nomine suo coronatur a domino: Στεφανος enim interpretatur corona.

*De Iacobo, primo Hierosolymitano episcopo. Cap. 2.*Ibidem.
Niceph. lib.
2. c. 3. Hist.
Eccl.
Clem. lib. 6
c. 7. Dist.

TVNC deinde Iacobus, frater domini, primus Hierosolymitanæ ecclesiæ suscepit sedem, cum esset uirtutum merito, & uitæ insignis priuilegio.
Clemens in libro dispositionum.
NAM licet Petrus, & Iacobus, & Ioannes omnibus bene post ascensionem domini fuerint prælati, tamen non sibi uindicant gloriam, sed Iacobum, qui dicebatur Iustus, episcopum statuunt. Huic quippe Iacobo, & Petro, & Ioanni dominus post re-

post resurrectionem omnem scientiam tradidit, & ipsi ceteris apostolis, qui apostoli ipsis LXXII. tradiderunt. Duos autem Iacobos fuisse constat, unum fratrem Ioannis, alterum hunc Iustum, fratrem domini, qui frater domini dictus est, pro eo quod esset filius Ioseph, qui Christi quasi pater habebatur.

Haymo de eadem materia secundum quod reperit in sententijs patrum. Cap. 3.

SCIVNT etiam qui diligenter explorauerunt, quia frater domini sit dictus, tamquam cognatus sit. hic enim mos Hebræorum, cognatos uel propinquos fratres dicere uel appellare. frater igitur domini sic dictus est, quia de Maria sorore matris domini, & patre Alpheo genitus est. unde Iacobus Alphei appellatur. Sed quoniam nunc se ingessit occasio, de duobus Iacobis omnem quæstionem rescindamus, & altius generis eorum reperamus originem. Maria mater domini, & Maria mater Iacobi, fratris domini, & Maria fratris Ioannis euangelistæ, sorores fuerunt, de diuersis patribus genitæ, sed de eadem matre, scilicet Anna. quæ Anna primo nupsit Ioachim, & de eo genuit Mariam matrem domini. mortuo Ioachim, nupsit Cleophæ, & de eo habuit alteram Mariam, quæ dicitur in euangeliiis Maria Cleophæ. Porro Cleophas habebat fratrem Ioseph, cui filiam suam beatam Mariam desponsauit. suam uero filiam dedit Alpheo. de qua natus est Iacobus minor, qui & Iustus dicitur, frater domini & Ioseph alius. Mortuo itaque Cleopha, Anna tertio marito nupsit, scilicet Salome, & habuit de eo tertiam Mariam, de qua desponsata Zebedæo nati sunt Iacobus maior, & Ioannes euangelista. Sed iam ad historica narrationis ordinem reuertamur.

De Tathæo misso ad Edissam. Cap. 4.

SVB hoc itaque tempore Tathæus a domino mittitur ad Augarum regem Edissenorum, qui eum ab ægritudine curat, ciuitatem absoluit ab errore.

HAYMO.

HVIVS rei prolixiorum in aliquo scripto reperi historiam, sed nescio, si apocrypha est, Deus scit. quæ quia de fidei pietate descendit, necessarium duxi eam huic operi inserere. Dicitur enim, quia de saluatore nostro adhuc in carne degente, cum de miraculis eius felix ubique fama loqueretur, misit ad eum Augarus rex Edissenorum epistolam, in qua magnis precibus rogabat eum, ut ueniret ad se & curaret eum a lepra. Dicit etiam quod ex multis annis cupierit eum uidere, & ideo monet, ut ueniat ad se, & se expediat de odio Iudæorum, & habitat secum, quia habet ciuitatem, quæ sufficere potest utrisque. Dominus autem rescribit ad eum propria manu epistolam, in qua primum beatum illum asserit pro eo, quod credit in eum, quem non uidet. Secundo dicit, per semet ipsum non modo posse uenire, quia in loco Hierosolymorum præceptum patris & obedientiam impleturus. Tertio, promittit ei salutem in hæc uerba: Cum assumptus fuero, mittam tibi unum ex discipulis meis, qui te curabit ab infirmitate tua.

De facie domini, lineo panno impressa. Cap. 5.

DICITVR enim, quod pro desiderio præfati regis implendo aliquatenus dominus faciem suam lineo panno impressit, & misit ad eum, ut qui in propria forma uideri non poterat, saltem per impressam imaginem uideretur. Tunc ergo Tathæus ille discipulus, qui missus est ad Edissam, prædictam ibi dominicam deportare meruit imaginem, quæ per longa ibi tempora perdurauit, donec Constantinopolim cum ceteris reliquiis est asportata.

Sequitur dispersio discipulorum domini. Cap. 6.

Euseb. lib. 2. c. 1. hist. eccl. Act. 8. 9. L A P I D A T O itaque Stephano protomartyre, discipuli omnes, exceptis duodecim, disperguntur per uniuersam Iudæam & Samariam, & aliqui eorum usque ad Phoenicem, & Cyprum, & Antiochiam deuenerunt. ibi paucis prædicant Iudæis, non audentes se credere Iudæis, uel gentibus, Saulo tunc temporis uastante ecclesiam.

Actus Philippi diaconi. Cap. 7.

Euseb. ibid. Niceph. lib. 2. c. 6. hist. eccl. Act. 8. P H I L I P P V S unus ex septem diaconibus descendit Samariam, & habuit gratiam prædicandi, ita quod Simonem magum apud Samaritanos tam celebrem suam prædicatione consternit: qui etiam ab eo suscepit baptismum, sed in dolo. sed & Præpositum Candaces cuiusdam, reginæ Aethiopiæ, conuertit, & baptizat.

Vocatio Pauli apostoli. Cap. 8.

Euseb. ibid. P E R idem tempus Paulus in apostolatam uocatur, cælesti ad se uoce delata.

Suggestio Pilati ad Tiberium. Cap. 9.

Idem c. 2. Euseb. lib. I N T E R E A cum de domino Iesu Christo circumquaque fieret rumor, Pilatus de mirabilibus eius & resurrectione Tiberio principi refert, & quod beatus a plurimis crederetur. mos quippe erat apud Romanos, ut, si quid noui prouinciis accidisset, imperatori uel senatui nunciaretur.

Quomodo Tiberius de Christo edoctus complacatur. 20

T I B E R I V S ergo monitus a Pilato, quæ compererat, refert ad senatum.

TERTULLIANVS,

Tertul. in Apolog. contra gentes

D A T V M enim erat decretum, ne quis Deus ab imperatore consecraretur, nisi a senatu probaretur. senatus autem spreuisse dicitur, quia sibi prius non fuerat delatum, sed auctoritatem suam uulgi præuenerat opinio. Tiberius autem manet in sententia, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. quo per diuinam prouidentiam aduersus nostros clementer agente, mox breui tempore in omnem terram prædicationis diffunditur, conuertuntur innumeræ multitudines, & per doctrinam Christi & uirtutum miracula ad ecclesias congregantur. Cornelius in Cæsarea primus, Petro ministrante, conuertitur. in Antiochia quamplurimi de gentibus credunt. ubi stentissima congregatur ecclesia per discipulos sub Stephano in prima persecutione dispersos; in qua etiam erant prophetici ordinis uiri, cum quibus Paulus & Barnabas.

Euseb. c. 3. Eiusdem libri.

Quomodo in Antiochia primo Christianum nomen ex impositione ordinatum est. Cap. 11.

Idem ibid. Niceph. lib. 2. c. 6. hist. eccl. I B I primum discipuli, imposito in fonte baptismatis uocabulo, Christiani nuncupantur. ibi & Agabus ex prophetis unus eorum, qui aderant, de fame futura sub Claudio prophetauit. Tiberius uiginti & duobus annis sedit.

Quomodo Iudæis multa mala acciderunt. Cap. 12. 40

Ioseph lib. 18. c. 15. de bel. Iud. I N T E R E A Tiberius post uiginti & duos annos principatus sui moritur. Caius succedit imperio, tradens Agrippæ regnum Iudæorum, simul Philippi, & Lyfania, & Herodi tetrarchias, præfata Herodi perpetua deportationis poena imposta.

HAYMO.

Philo lib. 5. de cala. Iud. C I R C A hoc tempus Iudæis multa accidunt mala propter piaculum, quod in saluatorem commiserunt, Caius persequente. ad quem Philo tunc insignissimus scriptor apud Hebræos pro contribulibus suis Iudæis legationem suscipit. Exortā apud Alexandriam seditionem inter Græcos & Iudæos ipse Philo contra Appionem

nem, qui erat ex parte Græcorum, potentissime purgat Iudæorum obiecta, sed spernitur a Caio, cum odisset Iudæos Caius, pro eo quod ei neque aras, neque templa, neque imagines faciebant. erat enim tantæ uelania & præsumptionis, ut deum se uoluerit appellari. qui etiam templum sanctæ ciuitatis replens imaginibus & statuis, quod solum intactum a prophana religionis contagione fuerat, commutare in templum proprii nominis ausus est, ut, pro pudor, templum domini, ædes nobilissimæ Iouis & noui dei Caii uocaretur. Quæ omnia in suis libris Philo plenius describit, & alias innumeras clades ultra omnes tragicos luctus Iudæis irrogatas esse dicit apud Alexandriam.

Philo lib. 2. de uirt.

Actum tempore Tiberij. Cap. 13.

Ioseph lib. 2. bel. Iud. A T I O S E P H V S mala enumerat, quæ apud Hierosolymam eis acciderunt, & quo modo Pilatus in Hierosolymam intulit imagines Cæsaris.

Quod Pilatus se in mortem damnauit. Cap. 14.

Euseb. lib. 2. c. 7. hist. eccl. Niceph. lib. 2. c. 10. hist. eccl. P E R idem tempus cum sic ultio diuina perurgeret Iudæos, Pilatum quoque, qui in morte Christi iniqui iudicis officio functus est, non finit esse impunitum. hic ergo a Caio multis malorum cladibus excruciat, tandem propria manu se transferens, damnat in mortem.

Ex historijs Græcorum de fame dira prophetata. Cap. 15.

Euseb. c. 8. eiusd. lib. Niceph. c. 11. eiusd. lib. I N T E R E A Caius finem uiuendi facit post quatuor annos, nec integros, Claudius succedit, sub quo dira fames fit, quam prophetauit Agabus. Tunc fratres Antiochiæ, pro uiribus suis, sanctis habitantibus in Hierusalem necessaria transmittunt per Paulum & Barnabam, in ministerium sanctorum destinatos.

De Herode minore, qui filius Aristobuli, filij magni Herodis, fuit. Cap. 16.

Act. 12. Ioseph lib. 18. c. 11. Ant. Iud. S V B hoc tempore Agrippa cognomento Herodis, totius Iudææ regnum obtinet. Hunc Lucas in Actibus apostolorum Herodem nominat, Iosephus Agrippam. Hic inquam de crudelitate patris plurimum retinens, persequitur apostolos, Petrum incarcerat, & occidit Iacobum, fratrem Ioannis, gladio.

Clemens Alexandrinus de morte Iacobi, fratris Ioannis. Cap. 17.

Clem. Alex. lib. 7. Dispo. D E cuius passione, ut aliquid reuoluamus, dicitur, quod cum a quodam apparitorum oblatus esset Herodi ad martyrium, etiam ipse, qui obtulerat, penitentia ductus, motus est, & confessus est se esse Christianum. tunc ambo pariter ducti sunt ad supplicium. et cum ducerentur, rogauit Iacobum in uia dari sibi remissionem. At ille parumper deliberans, pax tibi, inquit, & osculatus est eum, & ita ambo capite plexi sunt. Sed adest continuo iudex Dei dextera in præfatum Herodē.

De uindicta Dei in Herodem, Iosephus. Cap. 18.

Ioseph lib. 13. antiq. Iud. N A M cum postmodum apud Cæsaream in honorem Cæsaris spectacula faceret, arrogantissime indutus ueste mirabiliter auro & argento contexta, a populis stupentibus ex metalli radiantis fulgore, Deus subito appellatur, atque ut fiat propitijs exoratur. sed quia appellationem & factum non repressit, mox percussus ab angelo, & incredibili dolore uentris & inflatione correptus, respiciens ad amicos, En ego, inquit, deus uester, ecce percellor confestim, & detrahor e uita.

Lucas in actibus apostolorum. Cap. 19.

Act. 12. Deinde scatenus uermibus, expirauit, agens septimum regni sui annum, quatuor sub Caligula, tres reliquos sub Claudio.

De Simone Mago. Cap. 20.

Aug. ep. 86 SVB hoc tempore quidam Simon Samaritanus, caput totius prauitatis, & *Epiph. lib. 1* principium totius hæresis, sub Claudio Cæsare magicis artibus, & ope damo- *To. 1. contra* num subleuatus, in urbe Roma deus decernitur, & simulacri potitur honore, col- *Simoniam.* locati inter duos pontes fluminis Tiberis, habens etiam titulum Latinis uerbis, Si-
moni deo sancto. sed non diu permanet, fraude diuinitus detecta.

Aduentus Petri in urbem Romam. Cap. 21.

Euseb. lib. 1 CONTINVO namque, in ipsis Claudii temporibus, per diuinâ prouiden- *c. 14* tiam Petrus apostolus, fundata prius Antiochiæ ecclesia, ad urbem Romam cum *Hæc in No-* honore deducitur, afferens secum de orientis partibus, ut cælestis quidam nego- *tation.* tiator, diuini luminis mercimonia, si quis sit comparare paratus. cuius magnifica auctoritate statim clarum urbi Dei lumen oritur, & Simonis fraus cum suo auctore extinguitur. HAYMO. Tantam igitur prædicandi habet gratiam, ut uniuersorum mentes placido illustrans sermone traxerit, Christi nomen in capite regnorum celebre fecerit in breui. & hoc quidem pulchre diuina dispositione actum est, ut ibi tanto gloriosius titulus saluatoris erigeretur, quanto contumeliosius in initio fidei spreus ibidem a Romanis fuerat ipse saluator.

Commendatio Philonis & conuersio. Cap. 22.

Euseb. c. 17 EO tempore Philo, Hebræorum scriptor, de quo supra memorauimus, subti- *eiusd. lib.* lissimus, in sensibus profundus, & affuentissimus eloquentia, copiose inueniens; *Niceph. lib.* & copiosius eloquens, Petro apostolo prædicanti adhæret; qui denique nobis in *2. c. 11* multis libris ingenii monumenta reliquit.

De euangelio secundum Marcum. Cap. 23.

Euseb. c. 15 TVNC Marcus scribit euangelium hac occasione. Cum sola Petri auditio non *eiusd. lib.* sufficeret, magna eum audientibus auditate, magnis precibus rogant Marcum discipulum eius, ut prædicationem scripto commendaret memoriæ. Clemens in 6. dispositionum libro: Petrus uero ut religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est, factumq. confirmauit in perpetuo, legendum ecclesiis tradit. Postmodum uero Marcus hoc idem euangelium apud Aegyptum missus a Petro prædicat, & primus apud Alexandriam leuatur in episcopum, ubi multos lucratur populos, magnæ sobrietatis & continentiae exemplo. Interea Paulo apostolo ab Hierusalem in circuitu, & usque ad Illyricum prædicante, Claudius imperator Iudæos tumultuantes urbe depellit. tunc Aquila & Priscilla cum ceteris expulsis ueniunt in Asiam, ibiq. cohæret apostolo, ecclesiæ fundamenta iacenti.

Iosephus, quæ Iudæis acciderunt mala. Cap. 24.

Ioseph. lib. TVNC uero Agrippa apud Hierosolymam regnante, procuratore uero pro- *20. Antiq.* uinciae Felice, Claudio adhuc in imperio perdurante, tanta Iudæis accidunt ma- *Iud.* la, ut, ipso die Paschæ seditione exorta, de his solis, qui in foribus ecclesiæ confitatione populi mortui sunt, triginta millia computentur, ubi & Ionathas pontifex interficitur. Ea tempestate Aegyptius quidam magus, & arte magica simulans se esse prophetam, ex omni parte congregans Iudæos, promittens eis libertatem antiquam & liberationem ciuitatis suæ, eorum auxilio fretus per desertum uenit usque ad montem Oliueti: sed conatus eius præuenit Felix, & congressione facta cum armis, Aegyptium quidem fugat, alios uero uel perimit uel capit, usque ad triginta octo millia uirorum.

Mors

Mors Claudij imperatoris. Cap. 25.

INTEREA, Claudio tredecim annis & octo mensibus functo imperio, Nero suscipit principatum. Hic Festum mittit in Iudæam, ut succedat Felici, apud quem Paulus caussa dicta uinctus Romam mittitur, Aristarcho comitante, & biennium in libera manet custodia. Post hoc ad prædicandum dimittitur, nondum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ, sed adhuc, dispensatione diuina, clementis agente, ut interim compleretur prædicatio Pauli, & scriberentur eius epistolæ, uel ad personas, uel ad capita prouinciarum, uel ad fidei soliditatem, uel ad decorem euangelii, denique ad totius ecclesiæ utilitatem.

De martyrio Iacobi, fratris domini. Cap. 26.

Euseb. lib. 2 IGITVR post Paulum Romam transmissum, uidentes Iudæi frustratas esse in- *c. 13. Hist.* fidias, quas ei intenderant, ad Iacobum, fratrem domini, & Hierosolymorum epi- *Eccl.* scopum, conuertuntur ad uindicandum, tunc expetunt ab eo abnegationem Christi. at ille libera uoce coram omni populo Christum esse filium Dei confitetur. Tunc de pinna templi deiectus ab impiis Iudæis, orans super genua sua, etiam pro lapidantibus, tandem fullonis uectè percussus, occubuit, XXX. episcopatus sui anno. CLEMENS: Fuit aut ex utero matris suæ sanctus, uinum, & siceram non bibit, animal non manducauit, ferrum caput eius non ascendit, oleo non est perunctus, balneo non est usus, nec laneo indumento indutus, sed tantum sindone. Huic soli licebat introire in sancta sanctorum, ubi genua flectendo, incessanter orabat, adeo ut ad modum cameli callos faceret in genibus. qui pro incredibili continentia uitæ & iustitia summa appellatus est Oblitas, id est, munimentum populi & iustitia. Nec multo post oppugnatio cõsecuta est Vespasiani, ita ut & Iudæorum prudentes hanc esse causam crederent statim consecutæ oppugnationis Hierosolymorum, quod in Iacobum iniecerint manus sceleratas, iustissimū & omnium confessione piissimum uirum, qui erat frater domini, qui dicitur Christus. HAYMO: Ego uero magis opinor hoc eis contigisse, quia in dominum Iesum commiserunt, ut quia clamauerūt, Sanguis eius super nos, & super filios nostros, tam in se, quam in suis successoribus continua fere sanguinis effusione punirentur. Interea Festus moritur apud Iudæam, cui successit Albinus Cæsare adiudicante, Albino Florus, cuius auaritiam & luxuriam ceteraq. flagitia non ferentes (nam & honorabiles quosq. flagris uerberauerat, & nonnullos in sancta ciuitate patibulo suspenderat). aduersum Romanos rebellant. cuius rei occasione, ad debellandos Iudæos magister militiæ Vespasianus transmittitur.

De crudelitate Neronis. Cap. 27.

NERO crudelissimus imperator, qui in tantum sceleris progressus est, quod & in matrè, & in fratres, & uxores, & omnes sanguinis proximos parricida extitit, & incestus facit, Christianos maxime persequitur.

Petrus, & Paulus simul coronantur. Cap. 28.

Euseb. c. 25 ET Petrum, & Paulum, apostolorum duces, & signiferos Iudææ, populo Dei, in *eiusd. lib.* ipsa urbe Roma alterum quidem gladio, alterum crucis patibulo condemnat. & Petrus quidem capite demerso crucifigitur: quod rogauit, ne domino uideretur adæquari.

Ibidem. DIONYSIVS, Corinthiorum episcopus: Qui non diuisi, uel diuersis temporibus, ut quidam uolunt, sed simul in præfata urbe docentes, uno eodemq. tempore ambo pariter martyrio coronantur. In quorum gloriosissimo fine & nos huius secundi uoluminis finem faciamus.

D. HAY-

D. HAYMONIS, EPISCOPI
HALBERSTATTENSIS,
LIBER TERTIVS.

De diuisione apostolorum per prouincias. Cap. 1.

Euseb. lib. 3
cap. 1. Hist.
Ecc.
Niceph. lib.
3. c. 1

Orige. lib. 3
expla. Gen.

Nos in No
tationibus.

TERTIVS hic liber a diuisione apostolorum sumit exordium. Cum ergo Iudæi debitis cladibus urgerentur, apostoli domini cum ceteris discipulis ad prædicandum per prouincias diriguntur.

Quibus locis dispersi sunt apostoli post diuisionem. Cap. 2.

ORIGENES in explanatione Genesis: Thomas sortitur Parthos, Matthæus Aethiopiam, Bartolomæus Indiam citeriorem, Ioannes Asiam, Andreas Scythiam, Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam. Paulus ab Hierosolymis usque ad Illyricum euangelio Christi cunctos repleuit, alii uero uel per hæc, uel per alia loca, secundum quod spiritus sanctus uoluit, dimittuntur, sicut propria eorum gesta habent. De quibus fortasse ideo tacuit Origenes, quia uita & actus eorum minus authentici sunt, uel ab hæreticis & impostoribus cõscripti. Petrus itaque prædicationis suæ monumenta reliquit, duas scripsit epistolas, similiter & Iacobus frater domini unam, Ioannes uero tres, Iudas, qui & Tatthæus, unam. Paulus quatuordecim scribit, de illa tamen, quæ est ad Hebræos, quandoque apud Latinos dubitatum est.

De epistola Pauli ad Hebræos. Cap. 3.

Clemens Alexandrinus in libro reformationum.

LICET manifesta sint Pauli apostoli scripta, nonnulli tamen de epistola ad Hebræos dubitant, sed sciendum, quod a Paulo scripta est in Hebræo sermone tamquam Hebræis, a Luca uero eius discipulo interpretata in Græcum. unde & stylus eius magis uidetur similis libello illi, quem idem Lucas de actibus apostolorum scribit. Quod autem subscriptionem solitam non habet ibi, hoc rationis est, quod præceptum erat Hebræis, ne de Pauli nomine dicta susciperent, & idcirco prudenter nomen suum omisit, ne, statim in principio Pauli nomine inspecto, lectio eius repudiaretur.

De sancto Luca. Cap. 4.

Euseb. c. 3.
eiusd. lib.

2. Timoth. 1

LVCAS, eiusdem Pauli discipulus, Antiochenus genere, arte medicus, duos nobis libros conscribit, Actus apostolorum, quos ipse oculis inspexit, & euangelium, quod, ut dicitur, ex ipsius Pauli ore describit: quod etiam Paulus suum nominat, cum dicit: Secundum euangelium meum. sed iam ad historię ordinem reuertamur.

De morte Neronis. Cap. 5.

IGITVR post XIII imperii sui annos Nero moritur: Galba & Otho usurpant principatum: quibus post annum & tres menses defunctis, Vespasianus tunc apud Iudæam in exercitu existens, reuocatur, & donatur imperio, commendata Tito, filio suo, causa belli, & impugnatione Hierosolymæ, sub quo præfata ciuitas capitur, & subuertitur.

IOSE-

Iosephus. subuersio Hierusalem a Tito Vespasiano. Cap. 6.

ECCLESIA uero fidelium, quæ ibidem fuerat congregata, diuino accepto responso, præuenit subuersionem, & opidum Pellam nomine trans Iordanem emigrat. tunc incredibilis fit cædes Iudæorum. & primo quidem diræ & inauditæ famis exitio plaga intolerabilis diuinitus mittitur, in tantum, ut bella, & cædes inter parentes, & liberos committerentur, dum non solum e manibus, sed ex ipsis faucibus inuicem rapere cibum decertant. ad ultimum quidem nec loris, uel cingulis, aut etiam ipsis calceamentis abstinent. portarum quoque indumenta detrahentes, conficienda dentibus ingerunt, nonnulli & feni ueteris edunt festucas. porro geritur ibi facinus execrabile, neque adhuc apud Græcos, neque apud Barbaros auditum.

De Maria, quæ filium suum comedit. Cap. 7.

MVLIER quædam, Maria nomine, genere & facultatibus nobilis, quæ ad diem festum cum ceteris de transiordanis alueo confluxerat, cum, famis ingravescente periculo, & hostis deprædatione, omnino iam fame deficeret, pessimis uisum consultoribus, paruulum filium, qui ei erat sub uberibus, iugulat, igni suppositum torret: dimidium quidem consumit, dimidium uero reseruat. prædonibus quidem mox, odore carniū comperto, ingressis, partem offert, Meus, inquit, hic partus est: nolite effici aut matre religiosiores, aut femina molliores: edite, nam & prior comedi. Illico uniuersa regio tam nefarii sceleris nuncio repletur. nec multo post magnifica, & famosissima ciuitas Hierosolymorum capitur: cuius quanta fuerit uastitas, quanta in ea diuersarum mortium strages, uix scripto comprehenditur: ubi undecies centena millia fame, & ferro peremptorum computantur, exceptis quibusque iuuenibus electis, qui propter decorem corporis & proceritatem ad triumphum reseruantur, ceterisq. aliis, qui ad opera Aegypti, uel ad secunda marmora, uel ad extrahenda metalla destinantur, uel per prouincias uincti in seruitutem distrahuntur, quorum fit numerus usque ad nonaginta millia. sed ne quis de hac captorum uel occisorum ambigat multitudine, nouerit, tunc temporis ad diem festum Paschæ Hierosolymis cõuenisse ter decies centena millia Iudæorum, ad iustam Dei retributionem hoc tempore ultionis electo; ut qui in diebus Paschæ dominum Saluatorem morte turpissima damnarunt, ipsi quoque turpissimis mortibus, & cladibus inauditis eisdem diebus damnarentur. HAYMO: Et qui in eius damnatione dies festos duxerunt sollempnes, nunc ipsos suis damnationibus agerent luctuosos. qui etiam recte fame pereunt, ut, qui domino, esurienti salutem eorum, fel in escam dabant, omnimoda suauitate escarum priuarentur.

De tempore subuersionis Hierusalem. Cap. 8.

FIT autem hæc Hierosolymæ subuersio, XL annis a passione domini dilata ultione, anno imperii Vespasiani secundo, ut interim potuissent Iudæi, si uellent, locum cum penitentia inuenisse, commoniti sæpe ab apostolis, prædictam ciuitatis adese euerisionem, & a Iacobo fratre domini edocti, dum uiueret, per signa & prodigia cælitus ostensa, ante tempus excidii commonebantur: etenim stella præfulgens, gladio per omnia similis imminere desuper ciuitati, & cometes præterea exterialibus flammis per totum ardere uisus est annus.

Nouum portentum. Cap. 9.

VITVLA quoque sacrificiis admota in die festo azymorum inter manus ministrorum enixa est agnum, porta uero interioris adis area, cum tanti ponderis, ut uix a XX uiris clauderetur, esset, uectibus & seris munita, nocte ultro patefacta est.

Euseb. lib. 3
c. 5

Niceph. lib.
3. c. 3

Ioseph. lib. 4
ca. 9. de bel.
Iud.

Egesp. lib. 4
cap. 6

Ioseph. lib. 7
ca. 8. de bel.
Iud.

Niceph. lib.
3. c. 7

Euseb. lib. 3
cap. 6

Ioseph. lib. 7
cap. 26

Nos in No
tationibus.

Ioseph. lib. 7
c. 12. de bel.
Iud.

est. Visi etiam currus & armatorum cohortes in aerem ferri, & alia multa, quæ non faciunt ad huius operis compendium, maxime cum res Christianas prosequi debeamus.

Egesippus de Simone, Hierosolymorum episcopo post Iacobum. Cap. 10.

Niceph. in Chronol.

IGITUR subuersa Hierusalem non multo post martyrium Iacobi, conuenientibus apostolis in unum, & propinquis domini secundum carnem, Simon filius Ioseph communi consilio in episcopum subrogatur.

Titus succedit Vespasiano patri. Cap. 11.

INTEREA Vespasianus moritur, Titus filius eius succedit imperio, princeps militaris, pius, sapiens, bellicosus, qui in tantum facundus fuit, ut causas latine ageret, poemata & tragedias græce componeret. BEDA. Tantum autem bellicosus fuit, ut in expugnatione Hierosolymæ præcipue inter optimos extiterit præliator, tantum autem imperio bonus ac clemens fuit, ut nullum omnino puniret, sed etiam cunctos aduersum se coniurantes dimitteret, & in ea familiaritate, quam prius habuerant, retineret. dicebat enim, indecorum esse aliquem contristatum recedere a facie imperatoris: cuius inter omnia fuit illud celebre dictum, diem se perdidisse, quia nihil boni fecerat. ita omnium uirtutum genere mirabilis fuit, adeo ut amor & deliciae humani generis diceretur. hic non nocuit Christianis. Per idem tempus Linus obiit, Romanus pontifex, transactis in sacerdotio XII annis: Cletus succedit.

Domitianus. Cap. 12.

TITVS moritur post duos annos imperii sui, & duos menses. Domitianus uero, frater eius minor, statuitur imperio. cuius quarto anno apud Alexandriam obiit Ammanus, post XXII episcopatus annos. Abilius succedit. Cletus uero, Romanus pontifex, & ipse XII annis sedet, & transiens Clementi papatum reliquit. Aiunt autem, qui de cathedra Romanæ ecclesiæ perscrutati sunt, quod Linus & Cletus non federunt ut pontifices, sed ut summi pontificis coadiutores, quibus beatus Petrus tradidit ecclesiasticarum rerum dispositionem: ipse uero tantum orationi & prædicationi uacabat. unde tanta auctoritate donati, meruerunt in catalogo pontificum reponi.

Nos in Notationibus

Persecutio Domitiani. Cap. 13.

Niceph. lib. 3. c. 10. hist. eccl.

Eutrop. lib. 9. in fine

INTEREA Domitianus, portio Neronis, eiusque impietatis successor, Christianos ualde persequitur, quosdam trucidat, quosdam bonorum direptione puniunt, quosdam tradit in exilium: inter quos Flauiam Domitillam, egregiam uirginem Christi, cuius gesta habentur, in insulam Pontiam deportari iubet, & beatum Ioannem euangelistam relegat exilio, ubi & Apocalypsim scripsit, missus prius in feruentis olei dolium, sed illæsus. Hic familiam Dauid peruri iubet, & propinquos Christi secundum carnem, ut interficiat, ne quis superesset Iudæorum ex semine regali, quibus oblati, & de regno Christi respondentibus, Quia non est de hoc mundo, liberos abire iubet, sed contemnit.

Domitianus Regnat XV annis. Cap. 14.

ITAQUE Domitianus potitur imperio XV annis. postea ex senatusconsulto omnes, qui iussu eius exulabant, reuocantur, cum quibus & beatus Ioannes rediit.

Nerva

Nerva uix per annum regnat. Cap. 15.

NERVA quoque anno plus minusue defuncto, Traianus obrinet imperium, cuius primo principatus anno Abilius Alexandrinus post XIII episcopatus annos diem obiit, Cerdone succedente tertio in sacerdotium. Clemens tunc temporis post Petrum adhuc Romæ pontificatum tenebat: sed apud Antiochiam post Petrum Euodius fuerat, & secundus Ignatius. Hierosolymis post Iacobum, fratrem domini, adhuc præerat Simeon domini cõsobrinus. IRENÆVS: Interea adhuc superstes beatus Ioannes euangelista præest ecclesiis Asiæ, residens apud Ephesum, & permanet uiuens usque ad tempora Traiani, ædificans ibi ecclesias, quas Paulus primo ibi fundauerat. Hic Papiam, & Polycarpum auditores, & condiscipulos habet: qui etiam libris faciens & epistolas, instituit crudiuitque plurimos: qui bene in ultimis uitæ temporibus scribit euangelium, compulsus ab Asiæ episcopis, propter hæreticos, qui eo exulante irruerant in ecclesias, cum uariis & peruersis dogmatibus. Hac ergo occasione de natiuitate Christi conscribit, pauca de temporalibus eius gestis edisserens, tantum a ceteris euangelistis persequens omissa. nam alii quidem tres, facta domini persequuntur a carcere Ioannis Baptistæ; hic uero maxime ea, quæ primo dominus per prædicationis tempus gessit ante Ioannis incarcerationem. multa uero de trinitatis & unitatis mysterio profundissime inuenat, ut diximus, aduersum hæreticos, quorum errores tunc pullulauerant.

De Menandromago, & hæretico. Cap. 16.

SVB eodem namque tempore Menander quidam, Simonis magi Samaritani discipulus, & ipse Samarites, & magus, blasphemio errore maculat Antiochiam, irridens immortalitatem animæ, & resurrectionem mortuorum, semet ipsum saluatorem hominum esse asserens, nec aliter posse unumquemque angelos sæculi uincere, nisi prius a se magicæ artis susciperet disciplinam; & quod per baptismum a se datum quisque sic fieret immortalis; & æternus effectus, in hac uita fieret perpetuus.

De Ebionitis hæreticis. Cap. 17.

HVIUS quoque discipuli Ebionitæ, licet alterius sectæ, multos decipiunt dicentes Christum purum hominem esse, & communi natiuitate ex uiro & femina procreatum, ceremonias adhuc legis custodientes. Ebionitæ pauperes interpretantur, & uere sensu pauperes.

De hæreticis Cerinthianis. Cap. 18.

SED & Cerinthus hæreticus noua introducit dogmata, scilicet terrenum fore regnum Christi in Hierusalem, & interim homines uitii & concupiscentiis esse subiiciendos, & nuptiarum festiuitates affuturas, ad eos facile decipiendos, qui sunt dediti libidini.

De hæresi Nicolaitarum. Cap. 19.

SVRREXIT præterea & alia hæresis, quæ appellatur Nicolaitarum, quæ a Nicolao, uno de septem diaconibus cum Stephano ordinatis, se iactauit.

Clemens Alexandrinus de Nicolaitis

hæreticis, & Nicolao. Cap. 20.

HIC AVTEM Nicolaus, pulchram habens uxorem, cum post ascensionem domini ab apostolis increparetur de zelotypia, iniuria laceffitus produxit illam in medium: si quis eam habere uellet, libere permittit. ex qua occasione isti conueniens esse putauerunt, ut, secundum hoc factum uel dictum Nicolai, carne sua, in qua delectaretur, abuteretur unusquisque. unde & nunc, qui sectam propriam libidinibus

Euseb. lib. 3. c. 21. 22. 23. hist. eccl.

Iren. lib. 2. aduersus hæret.

Epiph. lib. 1. to. 2. c. 22. Euseb. lib. 3. c. 26. Niceph. lib. 3. c. 12. hist. eccl.

Euseb. c. 27. eiusd. lib.

Idem c. 28.

Idem c. 29. eiusd. lib.

Clemens Alex. lib. 3. Strom.

BB bidinis

290 HAYMO. DE CHRIST.
bidinis assumunt, sub illius nomine promiscuos & illicitos expetunt concubitus.

Adhuc de Nicolao, Clemens commendans Nicolaum.

Cap. 21.

MIHI autem compertum est, Nicolaum nullam prorsus cognouisse uxorem, præter eam, quam matrimonio sibi coniunxerat: cuius certe liberi, feminae quidem usque ad ultimam senectutem caste perdurarunt: filius autem ipse sanctitatem incorrupti corporis custodiuit, unde constat, quod ex contemptu libidinis, uel uitii magis produxerit uxorem, & liberam abire permiserit, quam aliis quibuscunque ab utendam exposuerit. Sed, ut ad inceptum reuertamur, sciendum, prædictas hæreses cito consopitas fuisse, maxime per scripta & prædicationem beati Ioannis: qui post longa magnæ continentia, & sobrietatis tempora, post insignem euangelii prædicationem, post incredibiles signorum uirtutes, tandem effodi sibi iubet sepulcrum: qui etiam martyr & doctor apud Ephesum dormit, completa bona & uenerabili senectute nonaginta annorum & octo: in cuius laudabili fine & nos tertium uolumen finiamus.

D. HAYMONIS, EPISCOPI
HALBERSTATTENSIS,
LIBER QVARTVS.

Caput 1.

OST obitum beati Ioannis, & decessum apostolorum, siue illius chori, qui a domino susceperat uiuæ uocis auditum, statim, ut in uacuum domum, ingerunt se pestilentes hæretici in ecclesiam.

Persecutio Traiani imperatoris. Cap. 2.

SED & Traianus imperator aduersum Christianos maximam mouit persecutionem: sub quo Simeon, Hierosolymorum episcopus, accusantibus hæreticis, per dies aliquot afflictus suppliciis, ad ultimum crucifigitur, ipso admirante iudice, quod senex c & xx annorum crucis patibulum pertulisset. Tunc persecutionum pondere urgetur ecclesia: tunc multa martyrum millia iugulantur: quibus Plinius Secundus præses motus, scribens ad imperatorem pro nostris deprecatur, asserens nullum in eis crimen, nisi quod antelucanos hymnos Christo cuidam canerent Deo.

Egesippus de martyrio Simeonis, Hierosolymitani episcopi. Cap. 3.

IGITUR Simeone per martyrium resoluta, Iustus quidam suscepit eius episcopatum. tunc urbis Romæ Pontifex Clemens nouem annis sacerdotio functus, Euaristo reliquit papatus ministerium.

De Ignatio, forti athleta. Cap. 4.

TVNC etiam Ignatius post Petrum secunda successione, Antiochenus episcopus, de Syria partibus ad urbem Romam transmittitur, & pro confessione Christi eiicitur ad bestias: qui athleta Christi fortissimus in quadam epistola sua, quam ad Romanos scribit, id etiam deprecatur, ne uelint eum spe martyrii priuare, in qua his ipsis utitur uerbis, uti uere Christianissimus & immobilis a fide: O salutaris bestias, quæ preparantur mihi: quando uenient? quando emittentur? quando licebit

RERV MEM. LIB. IIII. 293

licebit eis frui carnibus meis? quas ego opto acriores parari, & inuitabo ad deuorationem mei, & deprecabor, ne forte, ut in nonnullis fecerunt, timeant contingere corpus meum: quinimo, & si cunctabuntur, ego uim faciam, ego me ingeram. Date, quaeso, ueniam: ego quippe noui, quid expediat mihi. nunc incipio esse Christi discipulus, ignes, cruces, bestia, dispersiones ossium, discerptiones membrorum totius corporis pane, & omnia in me unum supplicia, diaboli arte quaesita, compleantur, dummodo Iesum Christum merear adipisci. Sed & multas alias scribit epistolas, qui a Syria Romam nauigans, & per omnes, quas ingrediebatur, exhortans ecclesias, & confortans in domino, tandem, ut & ipse scribit, & connexus, & colligatus decem leopardis, militibus datis ad custodiam, feliciter migravit ad dominum.

HAYMO. Cap. 5.

QVI bene in canone missæ, post accelerationem sanctorum apostolorum cum egregiis martyribus ponitur. nam qui ualide Deum & Christum eius ob insignem fidei confessionem, ob clarissima scripta & facta promeruit, ualde potest pro nobis supplicare, ut uere dignissimus & hæres Petri apostoli tam morum, quam cathedræ successione.

De successore Ignatii. Cap. 6.

POST Ignatium Heros successit in episcopatum, quo tempore floret uir æque insignis, Quadratus, celebris in prophetica gratia, cuius etiam opuscula habentur.

De egregijs prædicatoribus, & prælati ecclesiæ. Cap. 7.

LONGVM est enumerare de singulis rectoribus, quæ fecerunt in ecclesiis post apostolos. unde illos commemorabimus, quorum fides ad nos peruenit & prædicatione, quorum exemplis erudita & solidata est ecclesia, qui ardentiore philosophia uerbo Dei se consecrarunt, & ad salutare præceptum primo indigentibus sua diuidentes, ad prædicandum expediti, euangelistarum functi sunt officio. quos etiam, ut apostolos, in initio fidei comitata est spiritus sancti gratia, & miraculorum præpotens secutus est effectus. De quorum numero Cerdon Alexandrinus episcopus, de quo supra dictum est, quod XII anno Traiani principatus obiit, succedit quidam Primus nomine, quartus ab apostolis.

Caput 8.

EVARISTVS quoque, Romanus pontifex, post octo episcopatus annos obiit, Alexandro uenerabili, & apostolico uiro succedente.

Caput 9.

INTEREA crescente ecclesia, Iudæi seditionem mouentes Alexandria & per Aegyptum, & per diuersas terras, digna & innumera cadere sternuntur sub Traiano.

Traianus XX annis, sex mensibus minus, regnat. Cap. 10.

QVO XX annis, sex mensibus minus, principatu perfuncto, huic Hadrianus in scepra succedit.

Regnum Hadriani. Cap. 11.

TVNC Quadratus, discipulus apostolorum, de quo supra meminimus, & antistites Athenienses scribunt libros de Christiana religione ad Hadrianum, qui libri habentur insignes, ut apostolicæ doctrinæ & magnorum ingeniorum indicia.

BB 2 Alexan-

Alexander Papa sedit X annis. Cap. 12.

Euseb. lib. 4 cap. 4. TVNC Alexander Papa tertio Hadriani anno martyrio coronatur, & septimo ab urbe milliario, ubi decollatus est, sepelitur, sicut eius gesta narrant.

HAYMO. Cap. 13.

INVENIMVS autem in retractatione Chronicorum Eusebii, quam Beda breuiandi gratia ordinat prudenter & succincte, quod præfatus Pontifex non sub Hadriano passus est, sed sub Traiano. quod ex hoc facile potest probari, quod Hadrianus per Quadratum libris de nostra religione compositis instructus, præcepit per epistolam, Christianos sine obiectione criminum non puniri.

BEDA. ultimum excidium Iudaorum. Cap. 14.

HIC denique Hadrianus Iudæos secundo rebelles, ultima cæde domat, etiam eis ablata licentia introeundi Hierosolymam, quam ipse in optimam murorum ceperat extruccionem, & Heliam uocari de suo nomine instituit. Hic Antinoos, amasio suo, annuos agones instituit celebrari, & coepit appellare Antinoios, & ciuitatem condit eius nominis Antinoon, & templum ei dicauit, sacerdotes & prophetas instituit. Interea Alexandro finito per martyrium, Xystus subrogatur Romæ: Alexandria uero Primo defuncto, Iustus episcopus eligitur.

Episcopi Hierosolymæ ex Iudæis. Cap. 15.

Idem c. 5 eiusd. lib. HIEROSOLYMAE uero primus ex gentibus creatur Marcus episcopus, cessantibus iis, qui fuerant ex Iudæis, qui sunt numero XV, idest Iacobus frater domini, Simon, Iustus, Zachæus, Thobias, Beniamin, Ioannes, Matthias, Philippus, item Iustus, Leui, Effrem, Ioseph, Iudas.

De Basilide & Saturnino hæresarchis. Cap. 16.

Idem c. 6 eiusd. lib. PER idem tempus humani generis hostis antiquus, quasi bino ore sibilat, per Basilidem hæresarcham, ortum Alexandria, & Saturninum genitum Antiochiæ, conturbans ecclesias. Hic Basilides comparat sibi discipulos, quos facit ad morem Pythagoricum quinquennio flere. hos docet immolata absque conscientia respectu degustare, & sine scrupulo & indifferenter debere in persecutionibus fidem negare.

Blasphemia Saturnini & Carpocratis. Cap. 16.

Idem c. 8 eiusd. lib. SATVRNINVS autem eadem quæ Menander supradictus commentatur. Carpocrates autem quidam Simonis magi, non ut ille clam, sed palam ac publice præstigia depromit, per hos imponuntur opprobria, incestus, & supra promiscue habita inter fratres, & sorores, & matres: sed hos facile per domini gratiam, tunc in nostris probabilis uita & eruditio conuincit & exuperat: quos maxime Egesippus, discipulus apostolorum Christi contemporaneus, cuius insignes libri habentur, disputationibus & scriptis confutat, adeo ut cito euanescentibus prædictorum hæreticorum figmentis, felix efficiatur fama Christianorum, ita ut omne genus hominum, patriis legibus & superstitionibus derelictis, & a diis ad dominum Iesum concurreret, & discere ab eo, qui mitis est & humilis corde, festinaret.

Hadrianus regnat annis XXI. Telesphorus sedit annis XI.

Hyginus sedit quattuor annis. Pius sedit annis XII.

Caput 18.

Idem c. 10 eiusd. lib. INTEREA moritur Hadrianus, & imperat Antoninus, cognomento Pius: Telesphorus martyrio resolutus decedit. Hyginus succedit apostolatu, sub quo Valentinus

Valentinus Cerdo, & quidam Marcion figmenta hæretica dogmatizant. Hygino autem decedente, Romano Pius fungitur sacerdotio. Marcus substituitur Alexandria, Eumenide defuncto. sed & Marco post X annos mortuo, Celadion eius gubernat ecclesiam. Pius uero in urbe Roma, expleto sacerdotio, Aniceto sedem reliquit, sub quo Egesippus Romam uenit, ibidem permanens usque ad episcopatum Eleutherii, qui fuit post Anicetum. Tunc & Iustinus philosophus, Christi & fidei nostræ contra Marcionem tam uiua uoce, quam libris defensor, scribit ad Antoninum librum de Christiana religione, & obtinet gratiam pro nostris.

De Polycarpo, insigni martyre. Cap. 19.

Niceph. lib. 3. c. 14. hist. eccl. EO tempore Polycarpus, ordinatus, & eruditus ab apostolis, Smyrnæorum episcopus, longæua & innocenti uita uenerabilis, pergit Romam, & corruptos per Valentinianum & Cerdonem ab hæretica labe castigat. Traditur hunc eleganter narraffe de Ioanne apostolo, quod cum apud Ephesum, lauandi gratia, balneum esset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiuit continuo non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruant, in quibus lauatur Cerinthus, ueritatis inimicus. Extant huius præclara quædam opuscula, & epistola huius ad Philippenses præualida, continens fidei monita & salutis. Hic autem post Antoninum Pium, imperante M. Aurelio Vero, & Antonino filio eius, cum Lucio fratre, uitam finiuit martyrio.

Antoninus Pius sedit annis XII. HAYMO. Cap. 20.

DIGNVS est autem hic perpetua ecclesiæ commemoratione donari, celeberrima passione resolutus, quem huic nostro compendio, licet curtatis sermonibus, ob insigne eius meritum, ob ipsius patrocinii suffragium, curauimus annotare. Hic ergo ante triduum, quam comprehenderetur, uidet nocturna uisione capitis sui ceruical igne consumi, euigilansque fratribus sic interpretatus uisionem, se pro Christo esse arsurum. nec multo post insiliunt eius comprehensores. ad quos placido uultu progrediens, apponi mensam hostibus, quasi hospitibus, iubet, & large epulas ministrari, impetrata per horæ spatium oratione. deinde asino sedens, ducitur ad tribunal. cumque ingressus fuisset, audit uocem de celo: Fortis esto Polycarpe. Commonitus ergo a proconsule multis sermonibus, ut habens ætatis suæ reuerentiam, iuret per fortunam Cæsaris, & dicat in Christum conuicia, eleganti uoce, & uere digna discipulo Ioannis respondit: Octoginta, inquit, & sex annis seruius ei, & numquam me læsit: quo modo possum maledicere & blasphemare regem meum, qui dedit mihi salutem? non facio. Comminante iudice bestiarum immisiones, constanter ait, Adhibeantur. comminante quoque ignes, Secure, inquit, adhibe. Tunc, populis Smyrnæ ciuitatis, tam Iudæorum, quam gentilium, conclamantibus, Viuus ardeat, destinatur ad ignem. quo extracto, depositis senior indumentis, ac zona resoluta, calceamenta quoque pedibus tentat educere, quæ numquam nisi a religiosis, a quibus semet ipsum præuenientibus, resoluti conueuerant. sic namque ab omnibus uenerabiliter colebatur. exinde, remissis manibus post tergum, traditur igni. sed cum, facto diuinitus miraculo, non posset igne consumi, tandem a licetoribus mucrone transfoditur. oblatum est Deo tam uictima, quam holocaustum in odorem suauitatis.

De Iustino, doctore, & martyre. Cap. 21.

Euseb. lib. 3 c. 8. 12. & 16. libro 4 Hist. eccl. PER idem tempus supradictus philosophus Christi Iustinus secundum iam librum, pro nostræ religionis defensione conscriptum, offert iudicibus, remunerationem linguæ fidelis & eruditæ martyrii recepit munus, accusante eum quodam

BB 3 philoso-

philosopho, Crescente nomine, dolo proditore, & tendente ei infidias, pro eo maxime, quod saepe eum praefatus Iustinus suis disputationibus publice confudisset. Hic antequam proprium funderet agonem, etiam eorum, qui ante eum martyres extiterant, certamina describit. Extant & alia eius opuscula praecleara, & magna eruditionis indicia, quae enumerare longum est.

Anicetus Papa Romanus sedit annis undecim. Cap. 22.

Euseb. lib. 4. cap. 19. hist. eccl. Idem c. 21. 23. 24. eiusdem lib. Niceph. lib. 4. c. 8. 9. 10. hist. ecc.

INTEREA Aniceto obeunti Soter succedit, & Celadion Alexandrino. Agrippinus tunc episcopus supra commemoratus, & Dionysius, Corinthiorum episcopus, & Irenaeus insignes habentur. Hi scribunt libros & epistolas, erudiunt ecclesiam, & confirmant. quorum ingenii extant adhuc monumenta. extat huius praefati Dionysii epistola ad Athenienses perlucida, inuitans ad martyriū, prolapsos arguens: in qua & illud designat, quo modo Dionysius Areopagites a Paulo instructus, primus Athenis episcopus fuerit ordinatus. Sed & Theophilus, quem supra diximus, Antiochia commentarios scribit, & haereticos, qui tunc surrexerant, disputationibus praeclearis confutat, & praecipue Marcionem, cum quo Irenaeus & Modestus magnifice laborant. Sed & Melito Sardicenis antiistes, & Apollinarius Hieropolitanus, celeberrimi habentur, & scribunt libros pro nostra intercessione Antonino Imperatori Romano. Extant autē Melitonis multa & praecleara opuscula, in quibus ecclesiae fidei regulam mira depingit ratione. Hic in libello, quem de explanatione scripturarum scribit, quasi in praefatione enumerat, quae sint ueteris Testamenti uolumina, quae in canone debeant obseruari.

Irenaeus de haeresi Encratitarum. Cap. 23.

Iren. lib. 1. c. 30. Euseb. lib. 4. c. 28. 29. 30. hist. eccl. Epiph. lib. 3. To. 1. contra Encrat. Niceph. lib. 4. c. 11. hist. eccl.

TVNC surgit haeresis Encratitarum a Saturnino & Marcione descendens, damnantium cibos animalium, quos Deus cum gratiarum actione humanis uibus percipiendos instituit, nuptias quoque & fornicationem & corruptionem pari lege iudicantium. quorum auctorem quendam fuisse aiunt Tatianum, qui primo auditor fuit Iustini, & in uita eius nihil tale quidem prodidit, sed postquam ille martyrio resolutus est, abscidit se ab ecclesiis, doctoris arrogantia tumidus. & ut maior ceteris aestimaretur, proprium docendi instituit styllum. Verum hic Tatianus collationem faciens quandam euangeliorum, nescio quo modo componit unum ex quatuor, quod diatessaron nominant. nam etiam nunc habetur a multis. Extat unus huius ex multis libellus, quem aduersus gentes scribit, qui ex omnibus scriptis eius praecipuus & ualde utilis comprobatur. Per idem tempus pullulant innumeræ haereses, & praecipue apud Mesopotamiam. quibus fortiter obstat discretissimis disputationibus suis Bardesanes quidam, potens in uerbo & doctrina, & uehemens dialecticus, & libros scribit maxime aduersus Marcionem, quos propria lingua, hoc est Syra, compositos, discipuli eius in Graecum uertere sermonem. Soter sedit annis VII. quo tempore etiam Romanae ecclesiae Soter episcopus pius, & clemens circa fratres, & sanctus, indigentibus, quae corporalis usus expetebat, largi impartiens, uiuendi finem facit. & nos hic quarti uoluminis finem faciamus.

D. HAY-

297
D. HAYMONIS, EPISCOPI
HALBERSTATTENSIS,
LIBER QUINTVS.

Gitur Soteri episcopo XII ab apostolis, succedit Eleutherius, XXII anno imperii M. Antonini Veri. Quo in tempore per multas Romani orbis provincias, ex acclamatione uulgi & seditione aduersum nostros, dirissimae persecutiones concitantur, ita ut martyrum multa millia per singula loca fiant.

De epistola Lugdunensis ecclesiae. Cap. 2.

Euseb. lib. 5. in princ. Idem c. 2. 3. eiusdem lib. Niceph. c. 16. 17. 18. lib. 4. hist. ecc.

TVNC serui Christi habitantes Lugdunum, Viennam, nobilissimas Galliae urbes, grauissimis tribulationibus affiguntur: quibus, ut breuiter & raptim per omnia persecutionum genera concludamus, totis uiribus congressus est inimicus. Et primo quidem domorum eis prohibetur habitatio: tum deinde usus balnearum, post etiam processus ad publicum: ad ultimum uero tam publicus quam priuatus locus. sic denique, iniuria affecti clauduntur, uerberantur, lapidantur, & excruciantur, adeo ut singulas cruciatus species nemo possit exponere. sed sustinent aequanimiter sancti, uti stabiles Christi columnae, nec solum iam ferunt impetus, sed ultro etiam expetunt. Quidam autem infirmiores, subeundis inualidi, peccatis suis forsitan exigentibus, labuntur, ferme decem: qui lapsu suo luctum in gentem relinquunt ecclesiae, quae de lapsibus nostrorum magis, quam de tormentis tristatur. Tunc aduersus nostros, diabolo instigante, noua & capitalia mendacia plebs infidelium commentatur, et comprehensis quibusdam seruis paganis Christianorum, extorquet ab eis tormentorum metu, quod & Christianorum filios suos comedant, & matribus & sororibus abutantur. Hinc apud omnes Christiani execrationi habentur, praesertim apud eos, qui clementius aduersus eos agebant. inter quos sanctus quidam diaconus, nomine Viennensis, & Blandina, nobilis femina, & Photinus, uenerabilis Lugdunensis episcopus, cum iam nonagenaria esset aetate, & praelanguore & senio magis deferretur ad tribunalia, quam duceretur, soluntur martyrio, sicut gesta eorum habent. Patitur & cum eis Attalus quidam, cuius inter tormenta nobilis uox illa fuit, cum assarentur carnes eius, & nidor aduistae carnis persentiretur, Hoc est, inquit, homines comedere, quod uos facitis. nam nos homines comedimus, neque aliud quid mali agimus. Interrogatus, quod nomen habet Deus, eleganter respondit: Qui plures sunt, nominibus distinguuntur; qui unus est, non indiget.

Item ex epistola Lugdunensi. Cap. 3.

TANTA autem beatorum martyrum humanitas erat, & humilitas, ut frequenter martyres facti, post bestias, post ignes, & laminas nullatenus paterentur se a martyrio appellari, uel in sermone, uel in epistola fratrum: & si quis haec fecisset, durius increpabant, dicentes, quod haec appellatio soli Christo debeat, uel certe his, qui post bonam confessionem discedere de hac uita, & pergere ad Deum meruerunt. nos autem humiles, & egeni, aiebant, optamus, ut ipsa saltem in nobis confessio tuta permaneat. Tanta ergo erat in eis humilitas, ut, cum rebus ipsis martyres essent, nominis tamen iactantiam fugerent, inter fratres humiles, inter persecutores elati. accusabant neminem, soluebant cunctos, litigabant erga nullum, orabant pro persecutoribus suis, utentes uerbis sancti Stephani martyris dicentis: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et per nimiam caritatem, quam habe-

habebant in Christo Iesu, & iis, qui lapsi fuerant, totis miserationum uisceribus in hærebant, omnipotenti Deo effundentes pro eis flumina lacrymarum. nec sibi gratum iter dicebant eundi ad dominum, si pars membrorum suorum de ecclesiis rapta a diabolo diriperetur. Hæc ergo, quæ ex tantorum auctoritate uirorum descendunt, dicta sunt propter eos, & contra eos, qui tumidi & elati aduersum fratres feruntur: & si qui forte titubauerint, uiscera miserationum Christi putant ab eis penitus excludenda.

De Irenæo, uiro illustri.

Cap. 4.

Euseb. lib. 5. c. 20

IGITVR Photino, Lugdunensi episcopo, cum ceteris martyribus coronato, Irenæus, Polycarpi auditor in pueritia, sacerdotio eius succedit. Hic multos scribit libros, & præclara ingenii sui monumenta reliquit. inter multa & innumera sua opuscula quoddam de LXX interpretibus elegans miraculum narrat.

De septuaginta interpretibus.

Cap. 5.

Idem cap. 8 eiusd. lib.

PTOLEMÆVS, inquit, Lagi filius, uolens bibliothecæ suæ, quam apud Alexandriam ex omnium Græcorum uoluminibus construebat, maiorem gloriam querere, petit etiam ab Hierosolymis, ut eorum Hebræas scripturas, in Græcam linguam interpretatas, acciperet. At illi (quippe subiecti erant Macedonibus) electos, & in scripturis sanctis in utraque lingua peritissimos uiros LXX presbyteros miserunt ad Ptolemæum. in quo tamen uoluntas Dei & consilium gerebatur. Tunc ille singulorum uolens accipere documenta, & uerens ne forte per interpretationem occultarent insertam diuinis uoluminibus ueritatem, singulos a se inuicem separat, & eadem seorsum positos interpretari iubet, eundemq. interpretandi ordinem in singulis uoluminibus obseruari. quos in unum cursum coram se reuocare, & cõferre adinuicẽ, quæ singuli interpretati fuerunt, iubet. & nunc uere Deus glorificatur, & scriptura sancta, quod uere diuina sit, agnoscitur. omnes enim de eadem iisdem uerbis, iisdemq. nominibus interpretari sunt, ab initio usque ad finem, ita ut & ipsi, qui aderant, gentiles agnoscerent, quod Dei nutu tunc scripturæ interpretatæ sunt. nec mirum, cum Hæsdram sacerdotem inspirauerat Deus ad reparationem Hebræorum uoluminum, sub captiuitate Nabuchodonosor regis corruptorum.

HAYMO.

Cap. 6.

Nos in Notationibus.

HOC Irenæi testimonium ad reuerentiã diuinarum scripturarum posuimus, licet quibusdam ecclesiasticis uiris uideatur apocryphum, pro eo maxime, quod Iosephus, scriptor Hebræorum, nihil tale affirmat, sed in una eademq. basilica scribit eos pariter contulisse. quod & beatus Hieronymus in præfatione Pentateuchi contestatur. Sed iam ad narrationis ordinem reuertamur.

De miraculo factõ a Christianis in exercitu Christianorum.

Cap. 7.

Niceph. lib. 4. c. 12

Eutropius.

Oros. lib. ca. 15. l. 1.

Capitol. in Marco phil.

IGITVR Antonini temporibus, quibus tot mala illata esse referuntur, M. Aurelius, frater eius, bella infert Sarmatis, ac Germanis: cuius exercitus dum fiti periclitatur, quidam milites Christiani, qui aderant, supplicat: quorum supplicationibus & pluuia large de cælo perfusa, reficit exercitum, & fulmina crebro coruscantia fugant eminus hostes. narrant & hoc gentilium historiarum, sed, quod hoc a nostris impetratum est, subticendo dissimulant.

Antoninus regnauit XI Xannis.

Cap. 8.

INTEREA moritur Antoninus, Commodus succedit imperio. Tunc Iulianus

nus apud Alexandriam suscepit sacerdotium. Tunc Pantænus Stoicus, ibidem ecclesiasticæ scholæ rector, in disputatione dogmatis nostri disertissimus habetur, qui fidei calore succensus, usque ad Indiam citeriorem prædicat uerbum Dei. in cuius diuinæ eruditionis schola Clemens Alexandrinus maxime effloruit. Tunc Narcissus præfatus ecclesiæ Hierosolymorum celebris habetur, præclarus fide & opere signorum. de quo fertur inter uniuersa eius miracula, quod miro & inaudito genere uirtutis aquam in oleum conuertit, quando forte in sollempni die uigiliarum Paschæ oleum deesset luminaribus. Per idem tempus hostis generis humani, nihil unquam otii gerens, diuersas & uarias hæreses per singula quæque loca fuscitat, in quibus maximum sui generis serpentem apud Asiam, Phrygiamq. producit, Montanum: qui se paracletum nominat, & mulieres quasdam secum, Maximillam scilicet, & Priscam, prophetissas esse uelut ex sua inspiratione confingit. Hic impie docet nuptias solui, & ieiuniorum leges primus imponit. Hic Pepusam, & Thymium, opida Phrygiæ, Hierusalem appellat, atque in hæc omnes cõgregandos decernit. Hic exactores pecuniæ statuit, & sub nomine oblationum, munera artificiosus accipit. Hic salaria præstat prædicantibus uerbum suum, ut per hoc uincti enixius eius doctrinæ præbeant operam. Sed traditur, quod tandem ipse, & mulieres suæ, ipso dæmone, quo inspirabantur, agente, diuersis temporibus laqueo uti tam finierunt, exemplo Iudæ proditoris. Sub hoc tempore etiam in urbe Roma regula ecclesiasticæ traditionis uexatur per Blastum, & Florinum, schismaticos. sed fuere tunc per Dei gratiam uiri fidei & uirtutis, qui tam prædictas hæreses, quam schismaticos destruxere, scribentes aduersus hæc libros, uel epistolas, ut Irenæus, Melitides, Serapio, Apollonius, & Apollinaris, & multi alii.

Quæstio oborta de paschali tempore.

Cap. 9.

INTEREA, præfidentibus ecclesiæ egregiis sacerdotibus, sub principe Commodo, Victore apud Romam, Demetrio apud Alexandriam, Serapione apud Antiochiam, apud Cæsaream Palæstinæ Theophilo, & Narcisso Hierosolymis, apud Ephesum uero Polycrate, quæstio non minima exoritur in prouinciis Asiæ, ueluti ex antiqua eorum obseruatione descendens, quod quartadecima luna putarent omni tempore Pascha obseruandum, quando scilicet Iudæis præcipitur agnus immolari, uelut necessario confirmantes, in quacunq. die septimanæ quartadecima luna uenisset, solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in aliis prouinciis numquam obseruata fuisset, uel ecclesiis. ob quam causam conuentus episcoporum & concilia conuocantur, tam apud Cæsariam Palæstinæ, quam apud Romam, altercantibus Victore, Romano pontifice, ceterisque occidentalibus episcopis contra Asianos, & dicentibus, quod non liceat aliquando, nisi in die dominica, in qua dominus surrexit, dominicum Paschæ celebrare mysterium, & in hac sola soluendum esse ieiunium.

Ratio Polycratis, cur uelit Pascha quartadecima luna obseruari.

Cap. 10.

AFFIRMANTIBVS e contra Asianis, & maxime Polycratè, Ephesiorum episcopo, qui inter eos primatum agere uidebatur, quod ab illo intemerato die Paschæ, in quo secundum euangelium etiam ipse dominus suum Pascha celebravit, nihil licet addere, uel subtrahere, ut ultra quartumdecimũ diem, uel infra celebraretur, prætendentibus etiam antiquum morem, & maiorum traditionem, & dicentibus, quia Philippus euangelista, qui cum suis filiabus dormit in Asia, & Ioannes apostolus, qui supra pectus domini in cæna recubuit, necnon & Polycarpus, discipulus eius, obseruauerunt. tandem autem, inspiratione diuina plurimis in unum

300 HAYMO DE CHRIST.
in unum concordantibus, & sanioris fidei & scientiæ episcopis, promulgatum est
sollemne decretum a Victore, Romano Pontifice, de Paschæ concordia, & subscri-
bentibus uenerabilibus episcopis, Narcisso Hierosolymitano, Theophilo Cæsariensi,
Irenæo Lugdunensi, cum ceteris episcopis Galliarum, & confirmantibus quod
in dominica die resurrectionis Christi mysterium Paschæ debeat omnimode
celebrari.

HAYMO. Cap. 11.

Nos in No-
tationibus.

MIHI autem uidetur Romanam ecclesiam prudenti consilio & saniore senten-
tia hoc potius elegisse, ne Iudaizare uideremur, & Mosaicum adhuc, uel figura-
rium Pascha obseruare, si super quartadecima luna sollempnitatem Paschæ cele-
bremus. unde, quia, finito ueteri, & typico, nouum Pascha Christus instituit, &
pro esu agni typici tradidit immaculati sui corporis, & sanguinis mysterium, recte
sicut agnum typicum non sumimus, sic iam figuram negligimus, cum rem tene-
mus. itaque & illam quartidecimi diei obseruantiam cum Iudæis non facimus,
sed die resurrectionis domini nouum potius nostrum Pascha celebramus: quia,
cum Pascha transitus interpretetur, & nostrum transitum uel de uitis ad uirtutem,
uel de morte ad uitam significet, recte & uere transitus noster, qui a passione do-
mini incipit, cum dominus resurgit, perficitur, & ideo tunc potius Pascha cele-
bramus. nihil enim nobis Christum mori profuit, nisi & resurgere profuisset. Sunt
& aliæ forsitan patrum rationes, quas diligens & studiosus lector alicubi poterit re-
perire. Sed iam ad narrationis ordinem reuertentes, pensemus hic aliquantulum,
ut postmodum recreati sextum uolumen expediamus.

D. HAYMONIS, EPISCOPI
HALBERSTATTENSIS,
LIBER SEXTVS.

Caput 1.

Euseb. lib. 5
cap. 27. 28
hist. eccl.

NGITVR, Commodus imperatore tredecim annis functo imperio, &
Aelio Pertinace post eum solis sex mensibus, Seuerus suscepit princi-
patum. sed & Victore Papa X annis episcopatu functo, Zephyrinus su-
cepit sacerdotium. Extant eo tempore plurimi ecclesiastici uiri, &
stylo illustres, Heraclitus, qui in apostolum commentatus est, & Maximus, qui de
famosissima omnium hæreticorum quæstione disseruit, sed & Candidus in hexa-
meron, idem de principio Genesis scripsit, Appius quoque. Hi cum quibusdam
aliis hæreses ortas suis temporibus confutant, & maxime hæresim Pauli Samosa-
teni, habentis auctoritatem a quodam Artemone, dicentis, purum hominem &
absque Deo fuisse saluatorem, & mentientis id ipsum ab apostolis antiquitus fuisse
traditum. Interea Seuero quoque aduersus ecclesiam sæuiente, martyres multi
efficiuntur, præcipue tamen apud Alexandriam: quo ex omni Aegypto ac The-
baide, uelut in quoddam stadium pietatis, athletæ ducebantur. In quibus & Leo-
nides, pater Origenis, pro fide Christi capite plexus est, qui teneræ adhuc ætatis
supradictum puerum dereliquit.

HAYMO. Cap. 2.

Idem lib. 6
cap. 13

HVIVS scilicet Origenis uitam, & actus, & dogmata si quis uult plenius nos-
se, legat Eusebium, de quo hæc transferimus: qui de eo tanta, & talia scribit, quan-
ta, &

ta, & qualia non est dignum huic compendio inferere, maxime cum nouerimus
prædictum Eusebium a quibusdam ecclesiasticis uiris aliquantulum notatum fuisse. Nos in No-
ta, quod nimis fuerit in laude Origenis. illud uero de eo breuiter enarramus, tationibus
quod etiam orthodoxi quoque, & religiosi uiri diffiteri non possunt.

De Origene. Cap. 3.

ORIGENES, Leonidis martyris filius, & ipse fere a pueritia uoluntate
martyr, & forsitan actu, nisi quia a matre surripiente nocte uestes eius, pia frau-
de præpeditus est, magnam a Deo & manifestam gratiam scientiæ consequitur, c. 2. 3. 4. 5.
potens in grāmatica & ceteris communibus litteris, & in omni philosophica eru-
ditione apprime institutus, maxime autem in lectione & doctrina diuinorum uo-
luminum potentissimus illius temporis & famosissimus indagator. Hic ergo, pro
magna & incredibili scientiæ prærogatiua, doctor ecclesiæ apud Alexandriam a
Demetrio, ipsius loci episcopo, constituitur, cathedramque doctoris obtinet ter-
tius post Pantænum, & Clementem: cuius scilicet Clementis & ipse extitit audi-
tor: ubi dum uerbum Dei palam tam uiros, quam feminas instituens, docet, &
occasionem omnis turpis maledicti uult infidelibus excludere, quædam minus per-
fecti sensus exercet in proprio corpore, sed feruentis fidei & nimie castitatis opus,
nam cum ante omnia præcepta euangelica & uoces saluatoris obseruaret, & ob-
seruari præciperet, illud euangelicum attendens, Qui sunt eunuchi, qui se castra-
uerunt propter regnum Dei: dominicam uocem re atque opere mox in semet ip-
sum aggreditur adimplere. Tunc igitur maxime dat operam doctrinæ & predica-
tioni, quando aduersariis nulla derelicta est obrectandi suspicio. tunc, ut aposto-
lus dicit, Verbum Dei opportune prædicat, & importune, per diem, & per no-
ctem, publice, & priuatim, in abstinentia plurima, in ieiuniis indeficientibus,
uigiliis pæne iugibus, ita ut, si quando parum aliquid somni naturalis necessitas exi-
geret, hunc ille non super stratum, quo omnino nullo utebatur, sed super nudi
foli deprehenderet superficiem. Fertur autem, quod ex eius auditorio plurimi de
utroque sexu martyres effecti sunt, Extant eius ingenii libri multi, inter quos in
facras scripturas commentarios edidit sane doctissimos. Item XXX libros in par-
tem quandam Isaia propheta commentatur, in Ezechielem quoque uiginti & quin-
que libros, totidemque in Cantica canticorum. Librum etiam de martyribus ad
Ambrosium scripsit, tanta & tam districta spiritus uirtute, ut eius sententiis tan-
quam ualidissimis muris multos ad martyrium stabiliret. Sunt & alia opuscula pæ-
ne innumerabilia, quæ omnia in hoc compendio enumerare non est opus. Sed il-
lud præclarum fertur de eo, quod numquam permisit ea, quæ in ecclesiis disere-
bat, a notariis excipi, nisi quando iam sexagesimū ætatis agens annum, multo usu
& labore plurimum fiducia in uerbo Dei acceperat, iam scilicet quando in eo e-
rat uitæ grauitas, & maturitas ætatis, & multæ experientia auctoritas. Inter quoque
eruditionum suarum studia ne illud quidem omisit Origenes, perscrutari & addi-
fcere Hebrææ linguæ uirtutem, ut cognosceret uel ea, quæ a Iudæis leguntur, qua-
lia sint, uel ceterorum interpretum, qui præter LXX interpretati sunt, quanta ef-
fer eruditionis diuersitas, ita ut, præter istas, quæ in usu sunt Aquilæ, uel Sym-
machi, uel Theodotionis, inuenerit etiam alias interpretationes in absconditis &
secretis latentes, in quibus nec nomina quædam interpretum reperit scripta. Di-
cit autem quod aliam reperit in Adriaco littore apud Nicopolim, aliam in Hierico,
atque alias in aliis reperit locis. Sed & aduersum hæreticos confutandos, tam ui-
ua uoce, quam librorum disertis disputationibus elaborat. nam & Berillum, Bo-
stræ urbis Arabiæ episcopum, qui dicebat saluatorem nostrum neque extitisse an-
te carnis natiuitatem, neque propriam habere diuinitatis existentiam, sed hoc so-
lum,

lum, quod interna deitas in eo habitaret, disputando confutauit, & Celsum quemdam, Epicureum philosophum, qui contrarios libros fidei scripserat. HAYMO. Vnde plurimum admirari non sufficio, quod uir tam illustris, tam aperte rebellans, & obuians hæreticis, deuolutus sit in notissimam hæresim, & errorem, scilicet quod Seraphin in Asia spiritum sanctum exposuerit, & in alio loco de penitentia diaboli scripserit, & de absolutione reprobatorum post mille annos, & multa alia, quæ orthodoxæ fidei aduersantur, maxime cum abstinentissimæ & castissimæ uitæ fuisse referatur, & tam præclaræ doctrinæ, tamq. puri & lucidi sermonis. HAYMO. Ego sane de eo salua fide patrum dixerim, uel quod hæc omnino non scripserit, sed ab hæreticis ob præclarum nomen eius obfuscandum maligne conficta sint & conscripta, & nomine suo prætitulata: uel, si scripsit, non statuit ex sententia, sed differuit ex opinione. nam, ut ipse dicit, philosophorum & hæreticorum dogma didicerat, ne ad eos conuincendos imparatior esset, si ignoraret, quæ apud ipsos erant, et fortasse cum in aliquibus locis scribendo attingit eorum errores, calumniatus est, hoc a semet ipso dixisse. quod si etiam prædictas hæreses, ut placet quibusdam, ex sententia scripsit, ualde compatiendum est tam eruditi pectoris uiro, qui tantam nobis eruditionis copiam ministravit: cuius uitæ, si qua sunt in scriptis, potest eorum quæ fideliter scripsit luminosus quidam ac cælestis splendor exuperare. de quo & a patribus dictum est: Quia ubi bene scripsit, nemo melius. Quod autem erratum est ab Origene, & contra orthodoxam fidem aliquid descriptum, opinor hoc ei accidisse, qua nimio lectionis studio philosophos est amplexus. attigerat enim, & omnino affectus fuerat secreta Platonis, & Pythagoræ, Zenonisq. Stoici, & Cerinthi uolumina, ceterorumq. philosophorum, & fortasse quia nimis est immoratus, & diutius ebibit de calice Babylonis inaurato, quodam modo coactus est de eius hæce in sacram scripturam aliquid effundere, ex quo ualde & uigilanter cauendum est ecclesiasticis uiris, ne nimis philosophicis institutis dent operam, ne forte, cum inebriati fuerint, inanibus poculis, & tumidis assertionibus inflati, difficilius, retracto pede, ad humilitatem Christi reuocentur, & tardius fidei nostræ acquiescant, quandoquidē edocti sunt contraria. Nec hoc dicendo artium lectores damnamus, uel artes. nã & ipsæ non inutiliter leguntur, ad profundas quæstiones enodandas, & pertractandas rationes, quippe ipsa est domina artium, & ei ceteræ, ut pedisequæ, famulantur. uerum quosdam scholasticos nō mediocriter reprehendimus: qui libris gentilium tam familiariter adherent, & totos se immergunt, ut totum pæne in eis uitæ suæ & eruditionis cursum consumant. quam honestius erat, ecclesiasticæ intendere disciplinæ? quam rectius & facilius, sacræ scripturæ libros addiscere? quibus legendis si darent operam, paucioribus certe temporis spatiis totam in se bibliothecam transfunderent, quam omnes illas friuolas & pæne inutiles scientiolas, quibus occupantur. Sed ecce dum nimis Origene intendimus, & eius occasione hunc facimus excursus contra legem compendii, pæne ceterorum, qui per idem tempus fuerunt, & uerbo, & exemplo iuuerunt ecclesiam, oblitum sumus: unde nunc ad narrationis ordinem reuertamur.

Seuerus regnat annis XVIII. Cap. 4.

*Euseb. lib. 6
c. 7. hist. eccl.*

ITAQVE Seuero imperatore XVIII annis functo imperio, & tunc tradito filio eius, Alexander quidem, de quo ante memorauimus, confessionis titulo satis clarus, Hierosolymorum ecclesiæ subrogatur episcopus, cum forte ex gente Cappadocum, ubi erat præclaræ urbis episcopus, Hierosolymam orandi gratia aduenisset, & omnibus diuino oraculo innotuisset tali uoce cælitus emissa, Suscipi-

te

te episcopum, qui uobis a Deo destinatus est. Captus ergo non sinitur ad propriū episcopatum reuerti, sed ibidem residere cogitur, cum tamen adhuc superesset prædictus eiusdem loci episcopus Narcissus, sed fessus senio, pontificali ministerio sufficere non potens. Interea Serapion quoque, Antiochiæ episcopus, uir magna eruditionis, cuius multa habentur opuscula, defungitur. cui succedit Asclepiades, & ipse unus ex præclaro numero confessorum.

Antoninus regnat septem annis & sex mensibus. Cap. 5.

SED & Antoninus imperator diem obiit, cui succedit Macrinus, quo in breui consummato, idest, post annum, successit imperator Antoninus. cuius primo imperii anno Zephyrinus Romanus Pontifex diem obiit, Callisto succedente. Zephyrinus Papa sedit annis octo: quo etiam finem faciente, præsidet Urbanus, qui & ipse post octo annos sedem reliquit Pontiano. Sed & Antonino quatuor annis functo imperio, succedit Alexander.

*Euseb. lib. 6
cap. 16. hist. eccl.*

HAYMO. Cap. 6.

PER idem tempus florent in ecclesia disertissimi uiri: quorum epistolas, quas ad se inuicem dabant, tam facundas, quam fecundas, Alexander, uenerabilis Hierosolymorum episcopus, in bibliotheca Hierosolymorum, quam & ipse multo labore, & sumptibus ad posteriorum utilitatem construxerat, facit diligenter reponi. HAYMO: Agimus gratias tantæ patrum diligentia: quorum circa sacras scripturas tam feruentissima occupatio, & tam iugis sollicitudo fuit, ut non solum scriberent libros, uel explanarent, sed etiam scripta quorumlibet uirorū illustrium diuinitus inspirata, multis laboribus, multis quoque expensis in opus notariorum sibi coaceruarent, ad profectum uniuersalis ecclesiæ. Hæc ergo mercimonia pretiosa, hic uiuus extitit thesaurus, comparare sibi scripta maiorum, & condere bibliothecam, aggregare libros in arcibus templorum magis, quam nummos in arca. Audiant huius temporis ecclesiasticæ personæ, & ruborē confundantur, qui a uestigiis patrum tam impudenter & imprudenter recesserunt, quod serui facti sunt ancillarum, ambitionis, & pecuniæ; & qui potuerunt sublimes scripturas indagare fortassis facilius, quam maiores nostri, cum illorum diligentia exemplaribus copiosius abundent. pro pudor, nunc ad infima rerum & contemptibilia, ad ciuiles causas, & loculos conuertuntur. Sed hæc hæc haec. In illis diebus Hippolytus episcopus, multorum conditor opusculorum, inter cetera sua libellum de Pascha edidit, in quo etiam temporum Canonem, & descriptionem quandam pulchra ratione depingit. BEDA: Hic decennouenalem circulum Paschæ reperiens primus dedit occasionem Eusebio, qui de eodem decennouenali circulo tractatum composuit.

Alexander regnat XIX annis. Cap. 7.

INTEREA Alexandro imperatore defuncto, Maximinus Cæsar succedit. Iste primus ex militari corpore, absque decreto senatus, imperator efficitur. qui dum odio aduersus præcessoris sui Alexandri domum, & matrem eius Mammæam pro eo maxime, quod Christiana erat, & Origenem presbyterum, quem Romæ accitum & honorifice habitum ipse audierat, qui tunc non solum Alexandria, sed toto orbe clarus habebatur, infestat; hac, inquam, occasione persecutionem commouet per ecclesias, maxime aduersus doctores ecclesiarum.

Idem ibid.

Maximinus regnat tribus annis. Cap. 8.

SED per Dei prouidentiam in breui consummatus, simul finem uitæ & persecutionis facit.

CC Post

Post quem imperat Gordianus. Cap. 9.

PONTIANO uero Romano Pontifice, tunc finem faciente, succedit Anthe-
rus: qui cum non amplius quam mense uno ministrasset, sacerdotium reliquit
Fabiano.

B E D A.

Cap. 10.

Euseb. lib. 6 c. 21
Niceph. lib. 5. c. 26. hist. eccl.
HIC, testimonio spiritus sancti in specie columbæ super caput eius descen-
dente, episcopus ordinatur: quod alii de eo, alii de Zephyrino episcopo factum
fuisse tradunt. Per idem tempus Africanus inter scriptores ecclesiasticos nobilis
habetur. hic multos scribit libros & epistolas, inter quos Matthæi, & Luca in gene-
ratione Christi euidentissime ostendit consonantiam, & Chronicam ipse cõponit. 10

Gordianus imperat sex annis. Cap. 11.

Euseb. c. 25 eiusd. lib.
INTEREA Gordiano imperatore finem faciente, Philippus cum Philippo
filio suo succedit. hic primus omnium imperatorum Christianus fuit. cui uolen-
ti interesse uigiliis Paschæ, & communicare mysteriis, restitit Fabianus Papa, nec
permisit, donec confiteretur peccata sua, & staret inter pœnitentes. hic post ter-
tium sui imperii annum, cum millesimus a conditione Romæ annus esset, expletis
magnificis ludis, celebrat urbis natalem.

Philippus regnat annis septem. Cap. 12.

Idem c. 29
POST hunc Decius succedit. hic cum Philippum patrem, & filium interfecit.
fet, & ob odium eorum infestus esset Christianis, persecutionem mouet ecclesiis. 20
in qua Fabianus in urbe Roma martyrio coronatur, Cornelio succedente, qui &
ipse resoluitur martyrio. In Hierosolymis quoque Alexander, uir eruditissimus,
episcopus præclarus, numero confessorum, post longæ uitæ uenerandam cani-
tiem, post multos cruciatus & uincula, inter ipsa uicissim sibi succedentia tormen-
ta deficit. B E D A: Tunc sanctus Antonius monachus Aegypto dicitur exor-
tus. Interea sub Decio persecutio Christianis illata uehementer exarsit, & in-
numerabiles sancti de utroque sexu maxime apud Alexandriam agones desu-
dant, ita ut crederes prima persecutionum tempora renouari, de quibus Dio-
nysius, Alexandrinus episcopus, in epistolis suis ad Fabianum episcopum ple-
nissime refert. qui & ipse Dionysius postmodum capitis plectitur sententia. 30

*Nos in No-
tationibus.*
Sed quia in arca domini etiam paleæ erant cum tritico, aliquanti tunc ad pri-
mam iudicis faciem Christum negant, ad aras profiliunt, timentes magis bono-
rum temporalium direptionem, quam summum bonum amâtes. de quibus præ-
dixerat dominus: quoniam qui pecuniam amant, haud difficile labuntur. Quo
tempore Nouatus Cypriani episcopi presbyter exurgit. C O R N E L I V S.
*Cornel. 1 ep.
ad Fabianum
Antiochie
episcopum.*
Hic a iuuentute spiritu immundo uexatus cum tempus a domino apud exorcistas
consumpsisset, ægritudinem incurrit grauem, ita ut desperaret: unde & iacens in
lecto pro necessitate aqua perfusus est, nec reliqua in eo, quæ baptizati consequi
solent, sollempniter adimpleta sunt, unde & spiritum sanctum numquam potuit
promereri. Hic Romam ueniens elatione tumidus, spem salutis penitus, etiam si 40
digne pœnituisent, nouo dogmate conatur lapsis adimere. ex quo & princeps ef-
ficatur hæreticorum Nouatianorum; qui ab ecclesia separati, nouo nomine catha-
ros, idest, mundos se appellauerunt. ob quam rem concilium sacerdotale celebra-
rum in urbe Roma congregatur, cuius acta concilii sequens libellus explicabit.

D. HAY-

305
D. HAYMONIS, EPISCOPI
HALBERSTATTENSIS,
LIBER SEPTIMVS.

Caput 1.

*Euseb. lib. 6
cap. 33. hist.
eccl.*
EDENTE itaque Cornelio Pontifice cum episcopis LX numero,
totidemq. presbyteris & plurimis diaconibus, contra Nouatianorum
hæresim differitur uigilanter, statuiturq. suffragantibus utriusque pa-
ginæ testimoniis, eos qui lapsi fuerant, curandos esse, & fomentis pœ-
nitentiæ medicandos, & Nouatum, nihil habentem charitatis fraternæ, cum reli-
quis sequacibus eius ab ecclesia sequestrari. extat de his epistola Cornelii ad Fa-
bianum Antiochenum episcopum, & libellus Cypriani magnificentissime editus,
quo & lapsos confortat, & contradicentes anathematizat.

Decius regnat annis duobus, & tribus mensibus. Cap. 2.

*Idem lib. 7
c. 1. 2. 3*
INTEREA Decius duobus nec integris annis functus imperio, cum filius
pariter occiditur. quo tempore fertur etiam obiisse Origenem, cum plenus esset
dierum, & pœne septuagenarius. Tunc Gallus cum Volusiano filio suo obtinet im-
perium: cuius cum regnum floreret in initio, & cuncta ei ex sententia cederent, ad
exemplum Decii sanctos uiros, qui pro parte regni eius Deo supplicabant, perse-
cutus est, cum quibus & prosperitatem suam, & pacem fugauit. Per idem tempus
quæstio oritur in Africæ partibus, de hæreticis rebaptizandis, uel non: sed Corne-
lio ceterisq. occidentalibus episcopis manet potius hæc sententia, post abiectionem
dogmatis, sola eos manus impositione purgandos.

Cornelius sedit annis circiter tribus. Cap. 3.

*Idem lib. 7
c. 1. 2. 3*
IGITUR Cornelio per martyrium consummato, Lucius succedit: quo solis
mensibus octo functo apostolatu, Stephanus leuatur in antistitem, qui de non re-
baptizandis hæreticis similem Cornelio fert sententiam. 30

De Dionysio, Alexandria episcopo. Cap. 4.

EO tempore Dionysius, Alexandria antistes, famosus habetur. qui multa &
uaria scribens, instructionum nobis & doctrinæ copiosam materiam dereliquit.
Extat huius ad Stephanum Papam epistola, de multis ecclesiasticis differens causis.
Extant & eius litteræ, quas contra Sabellianam hæresim profecutus est, quæ
suo tempore exorta est, plena blasphemis in Deum patrem, & dominum nostrum
Iesum Christum, negans esse uerum filium, nec primogenitum omnis creaturæ,
simul & spiritus sancti auferens intellectum.

Gallus imperator regnat duobus annis, nec integris. Cap. 5.

*Idem cap. 9
eiusd. lib.*
INTEREA Gallus imperator moritur, Valeriano succedente cum filio Ga-
lieno. Stephanus diem obiit.

Xystus episcopus eligitur. Cap. 6.

VALERIANVS maxime persequitur Christianos, cum tamen primum be-
nignus fuerit, & humanus, postmodum uero seductus per quendam magicæ artis
magistrum, & principem magorum Aegyptiorum. de huius persecutione Diony-
sius scribit in diuersis operibus suis, in quibus narrat præclara gesta martyrum, &
suum ipsius persecutionem meminit, & cuiusdam Asterii inter sanctos martyres
clariffi-
mammoné.

CC 2 clariffi-

clarissimi uiri, & urbis Romæ senatoris. Accidit hunc aliquando apud Cæsaream Philippi famosissimo huic spectaculo adesse, quod ibi certa & sollempni die immolabatur uictima ad radicem mōtis, & arte quadam dæmonis nusquam comparens tolli in cælum a gentibus credebatur. tunc Asterio humanos miserante errores, & pro his ad Deum ualde supplicante, subito uictima conspectibus omnium redditur, nec ultra in locis illis hic exitit error. Huius urbis ciuem fuisse aiunt mulierem illam, quæ a saluatore nostro a profluuiio sanguinis sanata est, domusq. eius nunc in ea ostenditur. pro foribus eius domus basis quædam in loco editiore monstratur, in qua mulieris illius uelut genibus saluatoris prouolutæ, palmasq. suppliciter tendentis imago, ære uidetur expressa. astat uero alia ære nihilominus fusa statua, in habitu uiri stola capite circumdati, & dexteram mulieri porrigentis. cuius ad pedem statuæ & basis herba quædam specie noua nascitur: quæ cum exorta fuerit, excrescere solet usque ad fimbriam stolæ illius ærei indumeti: quam cum maxime summo uertice herba crescens contigerit, uires inde ad depellendos omnes languores morbosq. conquirat, ita ut quæcunq. fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti graminis depellatur, nihil omnino uirium gerens, si antequam fimbriæ summitatem contigerit, decerpatur. hanc statuam ad similitudinem Iesu uultus formatam tradebant, quæ permansit usque ad tempora nostra, quam oculis nostris inspeximus. B E D A. Hunc ergo Valerianum Dei uindicta statim consequitur. nam a Sapore, rege Persarum, capitur, ibiq. luminibus orbatus, senectute miserabili consenscit. Galienus eius filius postquam summam rerum solus obtinuit, tam claro Dei iudicio territus, moderatius agens persecutionem in nostros cessare facit. ob meritum tamen uel paternæ theomachiæ, innumera Barbaris assurgentibus regni detrimenta sustinuit. Tunc temporis Cyprianus, Carthaginienfis episcopus, cuius doctissima extant opuscula, martyrio coronatur, Stephanus quoque & Xystus, Romæ episcopi, decedunt martyrio.

De Paulo Samosateno, heretico. Cap. 7.

ITAQVE post Xystum, Romanum Pontificem, Dionysius subrogatur, Paulus de Samosata suscepit sacerdotium. hic in hæresim deuoluitur, dicens Christum communis naturæ tantummodo hominem fuisse. Tunc celebratur concilium, rogaturq. Dionysius adesse: qui senectutis causa prohibetur, sed adest per epistolam. statuitur Paulus in medio, & frequenti tractatu & disputationibus arguitur, confidentibus uenerabilibus episcopis, & blasphemiam eius publicantibus, Firmiliano scilicet a Cæsarea Cappadociæ, Heleno Sardenfi, Nicoma ab Iconio, & Hymenæo Hierosolymorum præcipuo sacerdote, & uicinæ huic urbi Cæsareæ Theotecnio, Athenodoro & Gregorio Ponti prouinciæ sacerdotibus. Hic autem Gregorius cunctorum sermone celeberrimus habetur, & potens in operatione signorū. Hic forte duobus fratribus habentibus possessionem stagni, & de captura piscium sæpe litigantibus usque ad humani sanguinis effusionem, medius interuenit: & facta oratione cruentam deinceps inhibens fratrum contentionem, aquas abire iubet, & recedunt, fitq. solum frugum, quod antea fuerat nauium, ferax. Sed & in quodam loco cum ad construendam ecclesiam rupes obesset, pernoctans in oratione transtulit rupem. Item cum per alpes transiret aliquando, necessitate niuium coactus, ad fanum diuertit Apollinis, ibiq. pernoctat. quo mane recedente, recedit & dæmon. poscitur dare responsa, ut prius, obmutescit. consulitur a sacerdote, opponit titulum aduentus Gregorii. mox sacerdos occupat uiam, perueniensq. ad Gregorium, querelam expulsi numinis exponit, quæstumq. deplorat amissum. at ille scribit epistolam in hæc uerba: Gregorius Apollini: Permitto tibi redire

*Euseb. lib. 7
cap. 13. 14
hist. eccl.*

*Idem ca. 24
25. eius lib.*

redire ad locum tuum & agere quæ consueuisti. hanc sacerdos ad fanum fert epistolam, ponitq. iuxta simulacrū. adest iterum dæmoni, iterum dat responsa. tunc sacerdos in semetipsum conuersus ait: Quo modo nō multo melior est Gregorius isto Apolline? citius obtemperat iussis. & descendens eadem hora ad Gregorium, referensq. epistolā, rem ordine pandit, utq. se offerat Deo, rogat. tunc relicta gentilitate factus est ab eo catechuminus, & cum se castissimæ uitæ & abstinentissimæ mancipasset, etiam baptisma consequitur, & in tantū fide & uirtute proficit, quod beati Gregorii successor in episcopatu efficitur, sed & inde Gregorius ingenii sui nobis in paruo maxima monumenta dereliquit.

*10 Nota metaphrasim Gregorij martyris,
& episcopi Neocesariæ.*

Cap. 8.

IN Ecclesiasten namque metaphrasim scribit magnificentissime, & catholice fidei expositionem breuiter ita continentem: Vnus Deus pater uerbi uiuentis, sapientia subsistentis, & uirtutis suæ & figuræ, perfectus perfecti genitor, pater filii unigeniti, unus Deus solus ex solo Deo, figura & imago deitatis, uerbum penetrans, sapientia comprehendens omnia, & uirtus qua tota creatura fieri potuit: Filius uerus ueri, & inuisibilis ex inuisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortalis, & sempiternus ex sempiterno: Vnus spiritus sanctus ex Deo substantiam habens, & qui per filium apparuit imago filii perfecti perfecta, uiuentibus causa sanctitatis, sanctificationis præstatrix, per quem Deus super omnia, & in omnibus cognoscitur, & filius per quem omnia. Et trinitas ista perfecta maiestate, & sempiternitate, & regno minime diuiditur, neque ab alienatur. Igitur neque factum quid, aut seruiens in trinitate, neque superinductum, tamquam antehac quidem non subsistens, postea uero superingressum. neque ita defuit unquam filius patri, neque filio spiritus sanctus, sed inconuertibilis, incommutabilis eadem trinitas semper. Hactenus de Gregorio.

Galienus imperator regnat annis XV. Cap. 9.

INTEREA Dionysius apud Alexandriam in pace ecclesiastica diem obiit, decem & octo annis functus sacerdotio: Maximus succedit.

30 Claudius regnat annis duobus. Cap. 10.

GALIENVS quoque moriens Claudium habet successorem, qui in breui moritur, Aureliano succedente. cuius temporibus congregato apud Antiochiam concilio, Paulus Samosatenus ultima animaduersione damnatur, disputante cum eo Malchione quodam, perfectæ eruditionis uiro, excipientibusq. notariis. quæ disputatio ita magnifice ab eo, & accuratè habita est, ut nunc quoque legentibus sit in admiratione. itaque secundo iam manifeste Paulus hæreticus confutatur, datis epistolis Dionysio, Romano Pontifici, Maximo Alexandrino, cuius hæresis & damnatio innotescit, & mores: Qualiter filium Dei negaret descendisse de celo, sed a Maria coepisse assereret, & initium habuisse de terra: qualiter etiam psalmos, qui in dominum nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare fecisset, uelut neotericos, & nuper inuentos: per semetipsum uero compositos, diebus Paschæ in medio ecclesiæ canere fecisse mulieres, quas ipse (horrendum auditu) de se instituerat: qualiter etiam incedens per plateam, tali quadam ambitione uteretur, ut publice epistolas relegeret, atque in auditu omnium & oculis dictaret, assistentibus sibi in platea notariis, quamquam superbe etiam tribunal in ecclesia sibi multo altius, quam fuerat, collocasset, & uerbum faciens iactaret supra modum dexteram, ac palmam femori illideret, pede quoque subsultaret, & scabellum feriret, &

De hoc Gregorio est liber Gregorij Nyseni.

*Euseb. lib. 7
c. 25*

*Niceph. lib.
6. c. 28. 29*

*Euseb. lib. 7
c. 30*

more theatri ab auditoribus uoces clamoras, & plausum ex peteret. maxime impudenter etiam mulieres secum habitare permisisset, & presbyteris, & diaconis, qui eius morem gerebant, similem dedisset licentiam.

Caput 11.

Euseb. lib. 7
cap. 26. hist.
eccl.
Niceph. lib.
6. c. 19

IGITUR, damnato & expulso ab ecclesia, cum exire nolle, publica manu, ex mandato Aureliani imperatoris, Dominus nomine in ecclesia Antiochena succedit episcopus. Interea malis consiliis deprauatus Aurelianus, persecutionem meditatur in nostros, eoque, ut, scriptis litteris uolenti subscribere, dextera Dei interuenit, & subscriptionem deturbauerit, fulmen quoque ante eum magnò pauore circumstantium ruerit: ac non multo post morte subita condemnatur.

Aurelianus regnat annis sex. Cap. 12.

Euseb. lib. 7

CVI Probus succedit: cui & totidem annis consummato, Carus cum filiis Numeriano, & Carino succedit. quibus in breui consummatis, regnat Diocletianus: sed paulo ante imperium eius Dionysius Romanus Pontifex obiit.

Dionysius Papa sedit annis nouem. Carus cum filijs regnat duobus annis, nec integris. Cap. 13.

Idem lib. 7
cap. 27

BEATVS quoque qui tunc meruit rapi de mundo, ne uideret mala, quæ iste Diocletianus mox intulit ecclesijs, ultra quam credi potest. Tunc apostolatu succedit Felix, quo tempore Manes magus, quidam, secundum nomen suum insanians, Perses genere, a quo & Manichæorum hæresis, nouam sectam facit, & dogmata quædam profert, a diuersis mutuata hæreticis, & nunc Christum se simulat, nunc paracletum se nominat, & elegit duodecim ad similitudinem Christi discipulos.

Felix Papa sedit annis sex. Cap. 14.

IGITUR Felice Papa consummato, Eutychianus succedit: quo in breui consummato, Gaius episcopus eligitur. hic iam tempore Eusebii XV annis sacerdotio perfunctus, Marcellum relinquit successorem, quem iam tempus persecutionis inuenit.

D. HAYMONIS, EPISCOPI HALBERSTATTENSIS,
LIBER OCTAVVS.

Eutychianus sedit quinque annis. Cap. 1.

Euseb. lib. 8
c. 1. 2. 3. 4.
cum seq.

INTEREA nonus decimus annus erat imperii Diocletiani, & incipit fieri persecutio in Christianos ab eo permaxima, iusto siquidem Dei iudicio, & necessaria correctione, cum iam multa libertate, multa indulgentia uitiatum sunt mores nostrorum, & disciplina ecclesiarum corrupta, dum fides nostra per diuersa dogmata scinditur, & ob id uilescit, dum prelati & rectores & duces populi humilitatis Christianæ & sinceritatis oblitum, aduersum se odiis & contentionibus inflammantur. tunc ergo nefanda edicta principis proponuntur, ut cunctæ ecclesiæ usque ad solum destruantur, sacræ scripturæ comburantur igne: & si quis nostrorum stat in honore, priuatus eo manet infamis. denique qui præsent, iubentur simulacris immolare, alioquin conici in uincula, ac torqueri. Igitur in Nicomedia, & Thebaide, & Phoenice, & Alexandria, denique per totam Aegyptum, & Phrygiam, & Syriam, & Cappadociam, & cetera undique loca

loca turbo persecutionis tam immensus & intolerabilis fuit, ut ex ipsa nimietate & atrocitate gestis martyrum derogeret fidem. alii flagris discerpuntur, alii fodiuntur ungulis, alii flammis ignitis uruntur, alii gladio obruncantur, alii patibulis affiguntur, alii præcipitantur in mare, alii post tergum uinctis manibus appenduntur, & trochleis distenti membratim diuelluntur, alii testis scitilium uasculorum lacerantur, donec tota eorum eradatur cutis, alii dantur ad bestias, leones, ursos, pardos, tauros, apros & ad omne ferarum genus. ipsi sacerdotes ecclesiarum nudantur inuerecunde, huc atque illuc ab impijs trahuntur. Pro nefas, quæ homicidis, adulteris, uenenariis, ac sepulcrorum uiolatoribus fuerant fabricata, nunc episcoporum, presbyterorum, diaconorum, ceterorumque religiosorum colla constringunt, ita ut criminosis nec uincula superessent, nec locus ergastuli. Tanta ergo scelerati principis satellitibus inerat libido torquendi, ut uacarent per otium ad excogitandos nouos cruciatus. quibusdam sub unguibus acutas insigunt harundines: quibusdam plumbum igne liquefactum dorso diffundunt, usque ad loca pudenda, quibus egestio naturalis procreari solet. feminisq. candentis ferri, & exusti plumbi massæ, absque ullo humanitatis respectu, per pudenda uisceribus merguntur. Et si tortores alicubi duas uicinas arbores sibi inueniebant, ramos ad se inflectebant, eisq. singulis singulos martyrum pedes ligabant: qui rami cum ad stum suum naturali impetu referrentur, discerptis diuulsisq. uisceribus, auulsa secum membra rapiebant. Tunc apud Antiochiam inter ceteros agones, quoddam nobile factum est, quod filere non debeo. Duo iuuenes comprehensi immolare coguntur, aiunt: Ducite nos ad aras. qui cum abducti fuissent, manus suas supponentes igni: Si subtraxerimus, inquit, sacrificasse nos credite. et quoadusque caro omnis in ignem deflueret, immobiliter perdurant. Itaque cum iam crudelitate satius imperator aliquantulum resipisceret, proponit edictum, ut iam Christiani morti non tradantur, sed, dextris oculis ferro effosis, & sinistra pollice fauciat, sic permaneant. sed cum statum ecclesiæ crudeli animaduersione uastari, illum æternum ac peruigilem non lateret oculum, castigata in paucis familia sua, adest continuo ultrix Dei dextera in imperatores Diocletianum, & Maximinum, quorum alter in occidente, alter in oriente uastauerat ecclesiam, ita ut nutu diuino subito permutati, deposita purpura, ceterisque imperialibus ornamentis, plebeii fiant ac priuati post imperium. tunc ergo iam per uim & contentionem Romano imperio in duas procuraciones diuiso, Maximinus in orientis partibus regnat, ui rapientis nomen Augusti, Constantius in occidente. Hic Constantius erga nostros clementer agit. Sed & Maxentius, Maximini Herculei filius, collegæ Diocletiani in urbe Roma dominium occupat, & exercet tyrannidem. Hic magicam secutus artem, totam Romam scelerum flagitijs & face impuritatis replet, gloriam nobilium obscurat, senatores proscribit, matronis nobilibus abutitur.

Regnum Constantij, & Maximini. Cap. 2.

IN orientis uero atque Aegypti partibus similis est ei per omnia Maximinus, exutus principem, rabidum induit tyrannum, simulacra colit, auguria sectatur, impurus coniuua & ebriosus, omniq. genere dissolutionum fluctuans, hostis maxime Christianorum, & persecutor. quibus ignes, laminas, cruces, & singulis membris specialia infert supplicia. Igitur decem annis huius persecutionis deuolutis, adest iterum diuina prouidentia nostris, & quos per ignem probauerat, educit ad refrigerium. nam diuina correptus ultione idem Maximinus, subito inflatus uisceribus distenditur, putrefactisq. postmodum uulneribus, uermes ebullit, foetoremq. intolerabilem exhalat.

Haymo

REDIVIIVM quodā modo per similem morbum habemus nunc Herodem. ille, quia Christum persequitur, pubetenus inflatus scateat uermibus: & iste pro-
broso eodem laborat exitu, quia persequitur Christianos. Actum siquidem pul-
chro diuinæ considerationis intuitu, ut daretur intelligi, quanta sit capitis & mē-
brorum connexio, quanta & quam indiuisa sit Christi charitas, zelus ad ecclesiā,
dum eandem infert uindictam persecutoribus suorum, quam suiipsius persecutori.
Itaque cum iam desperaretur a medicis, sera ductus pœnitentia Maximinus, legem
scribit, ut cesset persecutio Christianorum, & reādicentur ecclesiæ. Tunc uelut
sole terris reddito, relaxantur omnes uincti: & qui damnati erant per metalla, re-
uehantur, instaurantur ecclesiæ, sacerdotia reparantur, stupentibus gentilibus tur-
mis de tanta & tam subita rerum mutatione. Sed hanc pacem, redditam nostris,
Seuerus Maximinus, præfati Maximini collega, in orientis partibus atque Aegy-
pto tyrannidem exercens, statim post sex menses perturbat. rursus aduersus no-
stros persecutio instauratur, concitantur simulacrorum pontifices in odia, & ne-
cem Christianorum. Quod ut aliqua iusta ratione uideatur fieri, consinguntur acta
quædam uelut apud Pilatum de saluatore nostro habita, in quibus aduersus Chri-
stum omnis blasphemia conscribitur. Tunc rursus apud Tyrum, & Phœnicem
multi martyres agonizant, & per multa alia loca. Addit quoque præfatus Seuerus
Maximinus impietati suæ, quod aduersum nostros leges areis tabulis scribit, tâquā
in æternum mansuras, in quibus impie & superbe commemorat, quod ex Chri-
stianorum persecutione esset temperies, & terra fecunditas abundantior. Sed his
superbis legibus statim contradicitur a Deo, & res uertuntur in contrarium, & pro-
ipsa nostrorum persecutione mox restricto imbribus cælo, & facta in tolerabili ari-
ditate, fames ibi dira grassatur, aeris quoque temperies in tantam uertitur corru-
ptionem, ut humana corpora pessimis ulceribus intumescant, quæ ignis sacer appel-
lantur. Igitur duæ ualidissimæ pestes & lues populum deuastant, cum tamen;
quod mirabile, nec fames in aliquo, nec lues nostris dominaretur. unde postmo-
dum ab omnibus Christiana religio uera & perfecta esse inelamatur, petiturq. a
nostris subsidium alimonix & orationis. addit quoque Deus Maximino hanc ius-
ta retributione confusionem. rebellant Armeni prius amici Romanorum, pro-
pter nefaria eius dicta. quorum in bello & ipse turpiter fugatur, & exercitus interiit
ense. tunc sacerdotes deorum suorum, & diuinos, quorum responsis bella moue-
rat, interfici iubet tamquam fallaces, qui & demum uehementi ægitudine, & do-
loribus internorum uiscerum correptus, amissis quoque morbo luminibus, & tūc
magis quid aduersus Christum commiserit uidens, uiuendi finem facit, lata prius
lege pro liberatione Christianorum.

De Constantino imperatore. Cap. 4.

PER idem tempus exoritur Constantinus religiosissimus imperator, Constan-
tii æque moderatissimi principis, de quo paulo ante memorauimus, filius & hæ-
res, Romanum obtinet imperium. Hic in obseruantia religionis omnes ante se im-
peratores exuperat. Hic ultimis persecutionum temporibus fere, cum uellet Deus
reproptiari sanctis suis, & ecclesiam suam tranquilla pacis soliditate stabilire, Chri-
stianus effectus, licentiam dat Christianis concilia libere congregare, & edificare
ecclesias, quas & ipse plurimas constituerat, & plurima largitur, diuino commo-
nitus spiritu, & hoc cælesti miraculo. Cum esset pugnaturus contra Maxentium
urbis Romæ tyrannum, & inde diuinum auxilium deprecaretur, uidit nocte per
soporem signum igneum in cælo, & astare angelum dicentem: Constantine, in
hoc

hoc signo uinces. itaque cum hoc signo in militaria uexilla transformato proce-
dit ad bellum, idemq. signum ex auro fabrefactum dextera manu sua gestans, &
deprecans Deum, ut, si fieri posset, illam dexteram suam non siceret Romano san-
guine maculari: præstatq. ei Deus, Maxentiumq. tyrannum congredi parantem,
cum uniuersis nauibus, quibus fluuium strauerat, demergit in profundum. Tunc
senatus populusq. Romanus tyrannica peste liberati, Constantinum ut suæ liber-
tatis restitutorem excipiunt, faciuntq. ei imaginem ob honorem triumphi. in cu-
ius dextra idem imperator signum crucis depingi iubet, & subter ascribi, huius uir-
tute urbem restitutam esse libertati. tunc legem scribit, conspirante etiam secum
in hoc Licinio, sororis suæ Constantiæ uiro, & consorte regni, ut ab uniuersis co-
latur Deus Christianorum, qui sibi uictoriam dedit & urbi libertatem. quam le-
gem & usque ad orientis partes emittit, ubi adhuc ferbuerat persecutio. Tūc aper-
tus indulgentia legitimi principis manifeste status ecclesiarum reparari incipit,
uerbum & doctrina Christi libere propagatur, celebrantur festiuitates, cōueniunt
episcopi, ecclesiæ dedicantur, persecutores quoque, per quos Maximinus impie-
tatis fomenta cōceperat, iubente principe, suppliciis excruciantur: ipsius uero ty-
ranni imagines sculptæ uel pictæ præcipitari iubentur, uel atro fulcari, aut coloribus
oblitterari. Dum ergo sic proficit ecclesia apud Deum, & homines, & quasi quæ-
dam imago cælestium habetur in terris, præfatus Licinius, Augusto inuidens Con-
stantino, quod ob maximam religionem in ueneratione esset omnibus, & maxi-
me Christianis, occultas insidias molitur. sed carens effectu, mox apertum bel-
lum indicit, Christianos uersa uice persequitur, & noua & inaudita crudelitate,
missis in carcerem cibum & potum interdicit: nolentesq. sacrificare nouis ac mon-
struosis excrucias suppliciis, tradit lanionibus; ut porcorum more suspensos, &
caudicibus superpositos, cædant in frustra, & in mare ad pabulum piscibus proii-
ciant. Missos uero in exilium legitimis uxoribus spoliati, ac suis satellitibus iungit.
iam uero ecclesias fidelium, quas prius extrui præceperat, subuertit. Denique tan-
ta eius tyrannide motus Constantinus, ire obuiam parat, nec difficultas sit victo-
riæ, ubi & causa iustior, & uirtus eminentior extat. deiectoq. tyranno Licinio, so-
liditatem Romani imperii solus obtinet cum filiis, ecclesiarum statu incredibili di-
ligentia restituto: quas deinceps sumptibus, priuilegiis, honoribus ampliare &
sublimare procurat. Hucusque Eusebius Cæsariensis. reliqua Rufinus persequitur.

D. HAYMONIS, EPISCOPI

HALBERSTATTENSIS,

LIBER NONVS.

Caput I.

40 **S**ED his temporibus commoda pace, & quiete ecclesiis reddita, alius
persecutionis turbo inuehitur. etenim Arius quidam, Alexandriæ
presbyter, praua quædā dogmatizat, & ab illa æterna, & ineffabili Dei
patris substantia, uel natura filium conatur abscindere, dicens: Non
semper Deus pater fuit, non semper fuit Dei uerbum: sed fuit, quando Deus pa-
ter non fuit, Dei autem uerbum ex non existentibus factum est. existens enim
existentem ex non existente fecit, quapropter fuit aliquando, quando non fuit.
creatura tantum & factura est filius, neque similis est patri secundum substantiam;
neque

Socrates li-
bro 1. ca. 14
Trip. Hist.

312 HAYMO. DE CHRISTO.
 neque uerus est, neque uera sapientia eius est, neque uerum naturaliter eius uerbum est, sed unus quidem creaturarum, & facturarum est, abusive autem dicitur uerbum, & sapientia, factus & ipse existens in proprio Dei uerbo, & in Dei sapientia, in qua omnia, & ipsum fecit Deus. unde conuertibilis est & mutabilis per naturam, sicut & uniuersa rationalia. peregrinum enim, & extraneum, & remotum est uerbum a paterna substantia, & inuisibilis filio pater. non enim perfecte, & integre nouit filius patrem. neque enim perfecte uidere potest. nam nec suam substantiam nouit filius sicut est. propter nos enim factus est, ut nos per eum, tamquam per mysterium crearet Deus, & nequaquam substitisset, nisi nos Deus facere uoluisset. non ergo naturaliter est Dei filius, nec aliquam habet ad Deum proprietatem, quando non ipsum naturæ mutabilis existentem propter moderationem diligens est, & uirtutem non mutatam ad deterius elegit, cum & si Paulus & Petrus ad hoc peruenissent, nihil possent ab eorū filiatione differre. Hic ergo Arii blasphemus error ecclesiam conturbat, quæstio latius innotescit. quam Alexander Alexandrinus episcopus persequens, Arium zelo fidei innotescere facit. sermo peruenit usque ad principem Constantinum. tunc ille ex sententia sacerdotum apud urbem Nicæam conuocat episcopale concilium: ibiq. trecentis decem & octo episcopis residentibus, ceterisq. honorabilibus personis, philosophis, ac dialecticis, & opinatissimis quibuscunque scholasticis, Arium adesse iubet, ac de eius propositionibus, & quæstionibus iudicari.

Ex utraque historia permutatum. Cap. 2. 20

TVNC de fide ibidem subtiliter disseritur: errorq. Arii condemnatur manifestis scripturarum dictionibus: quia & Deo filius naturaliter unigenitus est, uerbum, uirtus, sapientia solius patris, & Deus uerus, sicut Ioannes ait, splendor gloriæ, & figura substantiæ patris. Verum post diuturnum multumq. tractatum, placet omnibus *ὁμοούσιον* scribi debere, id est, eiusdem cum patre substantiæ filium confiteri. Defertur ad Constantinum sacerdotalis concilii sententia: quam ille, ut a Deo prolatam, ueneratur, & contradicentibus comminatur exilium. Exemplum autem sententiæ, uel Nicænæ fidei est huiusmodi.

Caput 3. 30

CREDIMVS in unum Deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium & inuisibilium, & in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, natum ex patre, unigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero, natum non factum, *ὁμοούσιον*, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terris, qui propter nos homines, & propter nostram salutem de cælis descendit, & incarnatus est, hoc est factus. Passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, inde uenturus iudicare uiuos, & mortuos. Dicentes autem, Erat aliquando, non erat antequam nasceretur, uel non erat antequam fieret, aut, Quia ex non extantibus factus est, aut ex alia substantia, uel ex subsistentia; dicentes etiam aut conuertibilem, aut mutabilem filium Dei; hos anathematizat catholica Ecclesia apostolica. Hanc uenerabilem fidem trecenti decem & octo episcopi amplexi sunt, inter quos maior adhuc erat numerus confessorum Christi, & martyrum. nam & Iacobus quidam Antiochiæ Migdoniæ, qui mortuos resuscitauit, uiuos curauit, & alia multa operatus est miracula; Paulus quoque Neocæsariæ castri positi iuxta Euphratem, qui ambas manus habuerat ligatas, ignitoq. ferro combustas, rabie Licinii; Paphnucius quoque Aegyptius, ex eorū numero, quos Maximianus, dextris oculis effossis, & sinistro pollice succiso, per metalla damnauerat, aderant ibi: sed & Spi-

Rufin. libro 10. c. 6. hist. eccl. Socrates lib. 2. c. 9. hist. trip.

Theodoritus lib. 2. c. 1. libro 5. c. 45 hist. trip.

& Spiridion, Cyprius episcopus, ex eorum numero dicitur fuisse, uir unus ex ordine prophetarum, qui pastor ouium in episcopatu permanfit: cuius hoc fertur factum insigne, & omnibus sæculis admirandum. Filiam habuit, quæ cum ei bene administrasset, uirgo defuncta est. post obitum eius uenit quidam dicens, se ei depositum cõmendasse. rem gestam ignorauerat pater. perquisitum in tota domo quod poscebatur, nusquam inuentum est. persistebat ille, qui commendauerat, & fletu, & lacrymis perurgebat, comminans etiam sibi mortem, nisi depositum reciperet, permotus lacrymis eius senex, ad sepulcrum filiæ properat, atque illam nomine clamat suo: tunc illa de sepulcro, Quid uis, ait, pater? Commendatum, inquit, illius ubi posuisti? At illa locum designans, Illic, inuenies defossum. Regressus domum suam, depositum, ubi filia de sepulcro responderat, repertum, tradit reposcenti. Sed & multa eius referuntur alia gesta. Hi, & huiusmodi reuerendissimi uiri sederunt apud Nicæam. HAYMO: Vnde indubitanter credimus, prædictam ibidem synodum a spiritu sancto quadam diuinitus consideratione congregatam fuisse, ut scilicet nobis posterioribus, ac diurnis, uel modernis, daretur intelligi, firmum esse ac catholicum, quidquid ibi de mysterio fidei promulgatum est. quod quidem tam diuini, tamq. spirituales uiri locuti sunt, qui non erant similes nobis indignis & peccatoribus, qui propter iniustitiam nostram in scripturis sanctis fallere possumus, & falli. neque enim potuit spiritus sanctus fallaciam proferre, per quos tanta, & talia operabatur miracula. Igitur, domino cooperante, & sermonem confirmante eorum sequentibus signis, quidam episcopi etiam in ipsa synodo, & circa synodum, uirtutes aliquas, & signa fecerunt. nam cum ibi philosophus quidam, in arte dialectica insignis, obiectionibus fidei nostræ occurreret, nec ab aliquo posset concludi, quidam ex confessoribus, simplicissima naturæ uir, & nihil aliud sciens, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, paucis philosopho insultanti congredditur, expositaq. simplicitate fidei quadam eum ineffabili pietate mox permutat, & efficit Christianum. & tunc ostensum est philosopho, quia regnum Dei non in sermone, sed in uirtute consistit.

Ex tripartita historia, actum Constantinopoli. Cap. 4.

30 SED & Alexander Constantinopolitanus, uir admirandæ conuersationis, cū quidam philosophi caussarentur aduersus imperatorem, quod nouam in republica introduceret culturam, & ipsi Alexandro opponere uellent de dogmate, in nomine Christi operatur uirtutem, imperatq. maximo eorum philosopho, tanta spiritus uirtute ne loquatur, ut una cum eis sermone os illius penitus obstructum sit. Sed iam ad historiam reuertamur. Dictata Nicæna fide, & tam ab ipso imperatore, quam ab episcopis communicata, Eusebius Nicomediæ præsul cum reliquis quattuor episcopis, magis fauentes Ario, nolunt subscribere uerbum consubstantialitatis, reprehendentes, dicentesq. consubstantiale esse, quod ex aliquo est, aut ex partitione, aut decisione, aut plantatione: ex plantatione quidem, sicut ex radice germen: ex decisione uero, ut ex patre filius: ex partitione autem, sicut ex massa aurea anuli aurei duo uel tres. sed secundum nullum horum, inquirunt, est filius Dei consubstantialis patri, propterea ergo in fide consubstantialitatis consentiendum non est. Hos igitur damnat uniuersalis synodus cum imperatore, & relegat exilio cum Ario, & sectatoribus eius. Per idem tēpus crux domini ab Helena Constantini matre, religiosa femina, reperitur, ubi quondam antiqui persecutores in loco sepulcri simulacrum Veneris collocauerant, ut si quis ibi Christum uellet adorare, Venerem potius adorare uideretur. Inuenitur & ille titulus a Pilato conscriptus, sed & aliæ duæ cruces. Tribus igitur crucibus repertis, Macarius eiusdē loci

Rufin. libro 10. c. 3. hist. eccl.

Sozom. lib. 1 cap. 4. trip. hist.

Rufin. ca. 7 8. eiusd. lib.

loci episcopus, defixis in terra genibus, cum regina Deum suppliciter deprecatur; ut, quæ illarum crux ad dominicam gloriam fuerit, innotescat. tunc, adhibitis duabus femine cuiusdam matronæ corpori, nihil operatur, adhibet tertiam, & mox exurgens mulier, magnificat Deum. Percepto itaque evidenti indicio, regina templum mirificum in eo loco, ubi crucem repperat, statuit. clauos quoque, quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium. ex quibus ille frenos, & galeam aptat ad usum belli, adimplens Zachariæ prophetiam, dicentis: Et erit quod in freno est, sanctum domino omnipotenti. Ligni uero salutaris partem defert filio, partem sibi reponit.

Solomonius in tripartita historia. Cap. 5.

Sozom. lib. 2. cap. 18. Trip. hist. DE hoc ligno Sibylla dixit apud Paganos: O ter beatum lignum, in quo Deus affixus est. Præterea prædicti imperatoris mater octogesimo ætatis suæ anno decedit, multa filio pietatis mandata derelinquens. Quæ mox ille postponens, seductus a sorore sua Constantia, & multis precibus ab ea interpellatus, Ariū de exilio reuocari iubet, & mitti ad episcopos, qui tunc forte Hierosolymis ad dedicationem ecclesiæ conuenerant, fidemq. eius probari. tunc ille fidem scripsit, quæ quidem sensum nostrum, & uerba nostra, professionemq. nostram continere uideretur.

Socrates ex tripartita historia. Cap. 6.

Socr. lib. 3. c. 10. Trip. hist. IMPERATOR autē adhuc de Ario experiri uolens, eum reuocat ad Palatium. qui percunctatus de fide Nicæna, fiste subscribit, & præstat iuramentum, quodam modo iusu randum arte deludens. ferturq. scriptam sectam suam habuisse in charta, quam sub ala ferebat. unde uere iurare se credidit, dicens se sic sapere sicut scripserat. Credens ergo imperator, suscipi eum ab Alexandro, Constantinopolitano episcopo, in communionem iubet. quo renuente adhuc propter infamiam, & suspicionem hæresis deuitante, iubet Constantinopolim synodum congregari. Ante uero unum concilii diem constitutum, prosternens se Alexander sub altare, tota nocte clamat ad dominum, dicens: Iudica domine inter Eusebii minas & Arii iuramentum. quo ualde supplicante, præsumptionem Arii & iuramentum mendax mox uindicta Dei persequitur. etenim, cum in crastinum matutinum ad ecclesiam properaret, episcoporum & populorum frequentia constipatus, humanæ necessitatis causa ad secessum declinat: ibiq. cū sederet, intestina eius atque omnia uiscera in secessum cuniculorum defluxere. Tunc Eusebius Nicomediæ cum ceteris Arianis confunditur, nec propter causam Arianum dogma confunditur, sed ad tempus occultatur.

Cap. 7.

Nos in Notationibus INTEREA Constantinus imperator cum in Nicomedia degeret, languore grauatus, in extremis baptizatur. distulerat enim usque ad illud tempus, in Iordane hoc promereri desiderans. qui, condito testamento, & tribus filiis heredibus constitutis, primo scilicet Constantino in Hesperia, secundo uero scilicet Constantio in oriente, juniore scilicet Constante Cæsare ordinato, & in partibus occidentis post quinquagesimum quintū ætatis suæ annū, uiuendi finē facit, reuocato prius Magno Athanasio in Alexandriā, propter persecutionem Arianorū exulante. Igitur Christianissimo imperatore defuncto, Arianum iterum dogma repullulat. Constantius imperator seductus ab hæreticis in eundem errorē deuoluitur, & Magnum Athanasium ueritatē edocentem condemnat. in cuius persecutione postmodū grauiter cōspirantibus hæreticis, & multa crimina intendentibus, uniuersus orbis coniurauit, & cōmoti sunt principes terræ, gentes, regna, exercitus coierunt aduersus eum.

in cuius damnatione cum apud Mediolanum congregati subscribere cogentur episcopi, quibusdam eorum deceptis, Pictauiensis minime consentit Hilarius. unde & cum quibusdam aliis episcopis traditur exilio. Inde apud Ariminū synodus ab hæreticis congregatur. ibi *ὁμολογία*, quasi ignotum sermonem, & a scripturis alienum, a fidei expositione decernunt, firmantes sibi sermonē nequam, & dicentes se Christo oportere credi, & non *ὁμολογία* confirmare.

Cap. 8.

INTEREA Liberius Papa traditur in exilium, & Felix, diaconus eius, in loco eius subrogatur ab hæreticis. Hierosolymis Cyrillus Maximo in episcopatu succedit, aliquando in fide uarians, aliquando in communionem.

Socr. lib. 6. c. 1. 2. Trip. eccl. PER idem tempus Constantius imperator uiuendi finem facit, Iulianus uero succedit in regnum, bono usus principio & malo fine. nam primo clericus & philosophus insignis, postmodum ad idola conuertitur. & primo quidem pacificus relaxat episcopos de exiliis, & benigne agit aduersus nostros: deinde persequitur, & infert supplicia. hic in odium Christi Iudæis permittit reparare templum Hierosolymis: qui ex omnibus prouinciis collecti, noua templi fundamenta iaciunt, quæ subito terræ motu corrunt diuinitus, saxis ingentibus longe lateq. dispersis. et ne hoc casu crederetur factum, sequenti nocte in uestimentis cunctorum crucis apparuit signū. quo attoniti miraculo, plurimi Christo crediderunt. Hic etiam Iulianus ad cumulum nequitiae summæ contra Deum, insigne Christi simulacri, quod apud Cæsaream mulier a sanguinis liberata profluuium collocaueret, satis impudenter deponit, suamq. eodem loco collocat imaginem, quæ igne de celo cadente postmodum fulminata est, caput cum ceruice una in terrā est deiectum. reliqua pars hætenus ad iudicium fulminis referuatur. tunc uero Pagani imaginem Christi confregerunt, quam postmodum Christiani recolligentes recondiderunt in ecclesiam.

Ex concilio apud Alexandriam. Cap. 9.

Sozom. c. 19. Socr. c. 20. Trip. hist. INTEREA congregatis apud Alexandriam paucis numero confessoribus, licet fidei merito multis, ad sedandas hæreticorum procellas tractatur, quibusdam eorum ad rigorem ecclesiæ dicentibus, non debere eos recipi in sacerdotium qui se utcunque contagione hæretica maculauerunt, aliis uero ad compassionem promulgantibus, non debere negari aditum abiurato errore perfidiæ redeuntibus. Ad dicitur quoque in illo concilii decreto, plenior de spiritu sancto disputatio, ut eiusdem substantiæ ac deitatis, cuius pater, & filius crederetur, nec quicquam prorsus in trinitate aut creatum, aut inferius, posteriusue diceretur, sed de differentia substantiarum & subsistentiarum sermo eis per scripturas motus est, quas Græci *σῆσις* & *ὁμοσις* uocant. Quidam dicebant substantiam, & subsistentiam unum uideri, quia tres substantias non dicimus in Deo, nec tres subsistentias dicere debemus. Alii uero, quibus longe aliud substantia, quam subsistentia uidebatur, dicebant, quia substantia ipsa rei alicuius naturā rationēq. qua constet, designet; subsistentia autē uniuscuiusque personæ hoc ipsum, quod extat, & subsistit, ostendat.

Hæresis Sabellij breuiter adnotata. Cap. 10.

IDEOQ. propter Sabellii hæresim, confundentis personas, & dicentis, quia idem Deus, quando uult, pater est, quando uult filius est, quando uult spiritus sanctus, tres subsistentias esse constitendas, quod quasi tres subsistentes personas signare uiderentur, ne suspicionem daremus, tamquam illius fidei sectatores, qui trinitatem in nominibus tantum, & non in rebus ac subsistentiis constitentur. Sed de incarnatione domini comprehensum est, quia corpus, quod suscepit domi-

nus, non sine sensu, neque sine anima suscepisset. Quibus caute moderateq. compositis, soluto concilio, Eusebius, uir illustris, potens in uerbo doctrinae, orientem circuit, atque Italiam: & illius circumferens decreta, singulas quasque ecclesias ad sanitatem rectae fidei reuocat, idem moliente Pictauiensi episcopo Hilario, uiro naturaliter erudito, & commodissimo ad persuadendum, cuius multa extant opuscula & libri de fide nobiliter editi contra uersutias haereticorum. Interea Iulianus imperator contra Persas pugnaturus litat Apollini, poscens responsa, nec suscipit. Percunctati daemones de causa silentii, aiunt, sepulcrum Babylae martyris prope positum impedire. Tunc ille uenire Galilaos (hoc enim nomine nostros solitus erat appellare) & auferre sepulcrum martyris iubet. conueniuntq. nostri psallentes cum exultatione illud Psalmista in auribus profani principis: Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui confidunt in simulacris suis. Vnde ille ad iracundiam promorus Christianos in carcerat, & infert martyria, comminatus maiora tormenta post belli uictoriam. Hoc eo cogitante, res uertitur in contrarium. nam profectus quidem est, sed reditus nullus fuit: ibiq. incerto suorum aut hostium iaculo confoditur. fertur autem quia, dum fuisset uulneratus, mox sanguine suo compleuerit manum, & in aerem proiecerit, dicens: Galilae uicisti. & in eo ipso confessus est cum blasphemia uictoriam.

D. HAYMONIS, EPISCOPI
HALBERSTATTENSIS,
LIBER DECIMVS.

Theodoritus in tripartita historia. Cap. 1.

*Theod. lib. 1
c. 1. 3. Trip.
hist.*

POST Iulianum Iouinianus ab exercitu trahitur ad imperii insignia, qui excusat se sacrilegis non posse imperare, quia Christianus esset. nec acquiescit, donec acclamat exercitus. Et nos Christiani sumus. Hic persequitur haereticos, & honorat ecclesiam, Athanasium requirit, & ab ipso suscipit formam fidei, & ecclesiarum disponendarum modum. sed haec tam laeta principia orta mors immatura mox corripit. Post hunc Valentinianus cum fratre Valente suscipit imperium, expulsus quondam militia a Iuliano pro fide nostra. & sibi quidem tunc occidentales delegit partes, fratri autem orientales reliquit. Valentinianus ergo in fide & religione Romanam rempublicam administrat. sed Valens fauendo haereticis, abiit in uiam patrum suorum. orthodoxos quosque persequitur, tormentis excruciat, damnat exilio, sed hoc post Athanasii obitum. nam illo superstite, uelut diuina quadam uirtute prohibetur.

*Athanasius, Alexandrinus episcopus, quadragesimo
& sexto sacerdotij sui anno moritur. Cap. 2.*

*Rufin. libro
10. c. 3. hist.
eccl.*

IGITVR, functo in pace Athanasio post multos agones, & Petro in loco eius substituto, quem & ipse sciscitatus de successore elegerat, fauore principis concitati aduersum nostros Ariani insurgunt uehementius. tunc Lucius, Arianae pestis episcopus, fugato Petro, supra persecutiones gentilium uastat ecclesiam, uastat & heremum, & bellum quiescentibus indicit. itaque tria milia & eo amplius uiros, per totam heremum solitaria habitatione dispersos, armata manu oppugnare aggeditur, patresq. monachorum Aegypti, Macarium, Isidorum, aliumq. Macarium, Heraclidem, & Paulum, discipulos Antonii, tradidit exilio. qui uita merito

merito insignes, & uirtutibus admirabiles habebantur. Pro breuitate proposita cetera omittens, unum Macarii insigne refero miraculum. Caecus quidam ad cellam Macarii cum non reperisset eum domi, maestus primo, sed mox fidei ardore calefcens, Applicate me, inquit, ad illam partem parietis, ubi cubare solet senior, & admotus, parumq. luti aridi, quo paries oblitus erat, palmae suae superponens, & de aqua putei, ex quo ipse bibebat, resoluens oculos suos, perunxit, & mox uisum recepit. Sed & idem Macarius catulos Leanae caecos, a matre sibi obiectos, cum pro eisdem bestia supplicare uideretur, liberat a caecitate, donaturq. a bestia plurimis pellibus laniatis pro munere, ore suo enectis, & ante cellam eius depositis. Sed his tantis uirtutum mirabilibus non desert Lucius Arianus, quinimmo iubet ipsos praedictos patres clam raptos, in ignitam Aegypti insulam deportari, ubi & multa operantur miracula, & conuertunt incredulos. quod expauescens Lucius, ueritus populum propter iustos tumultuantem, reuocat eos, & ad heremum remittit. Verum dum hoc Lucius agit in Aegypto, Valens Arianorum imperator per alia loca non minus aduersum nostros insaniuit, maxime apud Edissam, Mesopotamiae urbem, Thomae apostoli reliquiis decoratam; ubi de ecclesia catholicis eiectis, nec in campo permittit habere conuentum. Tunc uelut aurum in fornace probatum, in persecutione fulget ecclesia: unde non in uerbis tantum, sed in carceribus & exiliis uinculisq. fides approbatur. Interea cum apud Alexandriam nebulosus quidam doctor Lucius obtenebraret populos, uelut lampadem quandam diuinam lucis, Dydimum dominus accedit. hic a pueritia luminibus orbatus, nec ideo minus litteris se applicans, mirum dictu, in tantam scripturarum eruditionem diuino peruenit miraculo, ut scholae ecclesasticae illius temporis maximus doctor existeret. Hunc beatus Antonius, cum fidei Athanasii testimonium laturus aduersum Arianos de Thebaide descendisset, magnificis consolatus est uerbis: Nihil te, inquit, offendat Dydime, quod carnalibus oculis uideris orbatus: desunt tibi oculi, quos mures, musca, & lacertae habent: sed laetare, quia habes oculos, quos angeli habent, quibus Deus uidetur, per quos tibi magnum scientiae lumen accenditur.

*Ryf. lib. 10
c. 4. hist. ecc.*

*Idem c. 1.
eiusd. lib.*

De illustribus uiris, Basilio, & Gregorio. Cap. 3.

EA tempestate Basilius, & Gregorius, Cappadociae instar duorum caeli luminarium resurgent, ambo nobiles, ambo Athenis sufficientissime eruditi: qui, re motis denique saecularium Graecorum libris, monasterium expetunt, soli diuinae scripturae attendentes. Basilius contemplationi monasticae inharet, contemptu saeculi humilior. Gregorius ecclesasticae actioni in praedicatione liberior. Basilius itaque Caesarea Cappadociae fit episcopus: qui cum a Valente in exilium cogereretur, & staret ad tribunal, praefecto minitanti fertur eleganter respondisse: Utinam, inquit, dignum haberem aliquod munus, quod ei offerrem, qui Basilius maturius de nodo huius follis absolueret. cumq. daretur ei spatium deliberandi, Ego, ait, in crastino tempore ero, qui hodie: tu te utinam non mutes. & illa quidem nocte cum uxor imperatoris uehementer cruciaretur, & filius eius unicus diuina extingueretur ultione: rogatur Basilius, & detinetur ad intercessionem, qui paulo ante expellebatur ad poenam. itaque, omnibus catholicis expulsis a Valente, solus usque ad uitae exitum intemerato communionis sacramento in ecclesia perdurat.

*Gregorius Nazianzenus Constantinopolim
translatus est. Cap. 4.*

GREGORIVS apud Nazianzi opidum in locum patris episcopi subrogatur.

DD 2 tur,

Rufin. libro
11. cap. 10
hyst. eccl.
Idem c. 11
eiusd. lib.

tur, famosissimus in doctrina, & hæreticorum ualidissimus oppugnator. unde & Constantinopolim ad docendam ecclesiam transfertur. Per idem tempus functo Liberio Romano Pontifice, Damasus, succedit in apostolatam, contra quem Rufinus schismaticus præsumit Apostolicam sedem, defendentibus alterutris & bella mouentibus, adeo ut humano sanguine implerentur orationum loca. Sed adest assertor innocentie Deus Damasus prudenti, & innocenti uiro. Sed apud Mediolanum defuncto Auxenio, episcopo hæreticorum, Ambrosius, uir primo consularis, subito populi clamore episcopus eligitur, adhuc tamen catechuminus, sed mox ante ordinationem suam baptizatur.

Valentinianus regnat decem annis. Cap. 5.

Idem c. 12 INTEREA Valentinianus imperator diem obiit, filiis suis Gratiano & Valentiniano relinquens imperium. sed & frater eius, Gothis insurgentibus, fugiens e bello flammis exustus est.

De Gratiano, illustri imperatore. Cap. 6.

13 Igitur Gratianus cum fratre admodum paruulo post Valentem quoque orientis suscipit imperium. Hic pius fuit, ac religiosus, armis strenuus, uelox in corpore, ingenio bonus, & plus uerecundus, quam reipublice intererat. unde & 14 ad curam & administrationem rerum Theodosium acciuit, uirum utilem & armis maturum, orientis ei procuracione permiffa. qui Gratianus postquam multa religiose & fortiter gessit, & a Maximo Britannorum tyranno peremptus est, post se in 20 occiduis partibus relinquit Valentinianum. cuius interim mater Iustina Ariana persequitur ecclesiam, comminans sacerdotibus exilia, nisi Arianensia suscipiant decreta. Sed & Ambrosium, turrim aduersus hæreticos ualidissimam, multa oppugnatione fatigat, quem & persuaso filio parat exilio condemnare, sed a populis, incredibiliter amantibus Ambrosium, impeditur. qui Ambrosius aduersus reginam 16 non se manu defendat ac telis, sed ieiuniis & obsecrationibus indefinenter insistit, donec uindice Deo, tyranno Maximo perurgente, uersa in fugam, cum filio exilium fortitur.

De Theodosio pio, ac religioso imperatore. Cap. 7.

17 INTEREA Theodosius beneficiorum Gratiani memor, ad uindictam eius totis uiribus orientis insurgens, sanguinem iustum ulciscitur, regnum recuperat, fidem catholicam restituit, quam Iustina uiolauerat, & inde ad orientem regressus, sicut ab exordio regni præcipitatis penitus idolis, pulsus hæreticis, congregatis catholicis, in fide, & religione, & munificentia perseverat. Hic piam constituit 18 legem, ut sententia principum super animaduersione prolata, in diem tricesimum ab executoribus differrentur, quo locus misericordie, uel, si res tulisset, penitentia non periret.

Variarum rerum insignis historia. Caput 8.

20 SVB eodem tempore apud Laodiceam Apollinaris episcopus, uir sane in ceteris instructus, hæresim generat, ex contentione asserens solum corpus, non etiam animam, a domino in dispensacione susceptum, & pro supplemento illius rationabilis partis, ipsum Dei uerbum fuisse perhibebat. Hinc descendunt Apollinaristæ hæretici, proprias habentes sectas, & dogmata. tunc concilium Romæ congregatur a Damasus, & Petro Alexandrino, & damnatur Apollinaristæ, data hac decretali sententia, ut si quis filium Dei humanitatis, uel deitatis diceret minus aliquid habuisse, ab ecclesia fieret alienus. Sed & Constantinopoli sub trecentis quinquaginta patribus, synodus celebratur, in qua omnes hæretici condemnantur.


demnantur. Tunc Martinus, Turonicorum Gallie ciuitatis episcopus; multis miraculorum signis effulget. tunc Hieronymus presbyter in Bethlehem, immo toto orbe clarus habetur: de quo non sine magna admiratione suspicio, quare in hac historice narratione a Rufino prætermiffus est insigniri, maxime cum ceteros illustres uiros, & contemporaneos suos nobilitauerit eloquio, qui uel impares ei fuerunt scientia, uel, si pares, aut superiores, certe omnimodo minus utiles ecclesiis. Fortassis egit hoc Rufinus industria, ue uideretur inuriam illi libello facere, quem idem beatus Hieronymus scribit de uiris illustribus, ubi & de se ipso facit in ultimis mentionem. Dicitur etiam, quod inimicitias inter se aliquando habuerunt, & (si fas est dici de tam sanctis & prudentibus uiris) obliquis se respexisse uultibus, & sermonibus notare. unde forsitan a beato Hieronymo hunc sermonem historicum obliquauit. siue autem propter hoc, siue propter illud omiserit, nescio, Deus scit: unum scio, quia prætermittendus non erat. unde nunc idoneum duxi uicem supplere Rufini, & tantum hunc uirum inferere narrationi, ut quasi quodam cornu aureo mutilata historia, huius insertione reformetur. itaque ea, quæ sparsim de eo dictata reperi, suffragantibus eius meritis in unum colligere breuiter dispono. Sed iam ad historiam reuertamur. Interea Theodosius pius imperator communem se præbens sacerdotibus Dei, extinctis iam hæreticis, in pace & quiete magna regit ecclesias. Tunc idola penitus destruantur, templa gentilium subuertuntur. Tunc apud Alexandriam ingens templum Serapis deicitur, in quo tam uastum erat ipsius Serapis simulacrum, ut dextera unum parietem, alterum laua perstringeret. quod monstrum ex omni genere metallorum, signorumque compositum ferebatur. hoc idolum dicebant statutis diebus salutari a Sole, quoniam arte erat compositum, ut per fenestram exiguam radius Solis directus, os & labia eius populo inspectate illustraret. Sed & in eodem templo signum Polis ex subtilissimo ferro fabricatum, magnete lapide desuper laquearibus in fixo, ipsumque trahentibus mouebatur deorsum, & tamquam ad salutandum Serapim altius eleuabatur. Sed cum ad subuertendum hoc simulacrum nostri insurgerent, paululum terri retardantur, gentilibus pro certo asserentibus, quod si humana manus illud tetigisset, terra dehiscens illico solueretur in chaos, cælumque rueret in præceps, tum ecce unus ex militibus fide concalescens, correptam bipennem manilla ueteratoris illidit: nec cælum tamen ruit, nec terra distenditur. exinde, aliis adiuuantibus ad cædendum, senex ueterinosus distrahitur, & in conspectu clericorum Alexandria exurit. Hic Serapis finis fuit, quem alii Iouem putant, alii uirtutem Nili fluminis, alii regem Aegypti Apim, alii in honorem nostri Ioseph formatum asserunt esse simulacrum, ob diuisionem frumenti, qua subuenit Aegypto. Sed & in templo Saturni cum simulacrum deicitur, tyranni eiusdem fani sacerdotis fraus comperta est: qui tamquam ex responso numinis, suæ libidini placentes feminas dicens dignas esse Saturno deo, & eius uocatione, faciensque in templo pernoctare, clausis ianuis, & traditis clauibus, cum uideretur discedere, per subterraneos aditus simulacrum ingrediebatur a tergo exesum, & parieti diligenter annexum, & mox supplicantem & intentam mulierem, quasi uoce Saturni aduocabat. sed & alia multa Paganorum fraudes tunc deteguntur. Itaque deiecto apud Alexandriam ipso capite idololatricæ, reliqua idola conculcantur, & ueri Dei construuntur ecclesie. Interea Valentinianus in occiduis partibus, laqueo uitam finit, dolo, ut dicitur, ducis sui Arbogasti. post quem Eugenius tyrannus Italiam occupat. Theodosius inflammatur ad ultionem, & consulto Ioanne Anachoreta monacho, qui prophético spiritu pollebat, Eugenium exuperat tyrannum, tam armis confusus, quam ieiuniis & orationibus. tunc de inimicis ad orientem reuertitur.

DD 3 tur,

tur, ibiq. Arcadium filium Augustum creat, Honorium quoque factum imperatorem occiduis partibus delegat. ipse uero iam subiugatis hostibus, iam eliminatis idolis, iam sedata ecclesia, post decem & septem annos Romani imperi migrat ad dominum, cum piissimis principibus percepturus præmia meritorum. Hic Rufinus ecclesiasticæ historiæ finem facit. & nos quoque, finitis persecutionibus, hæresibus consopitis, fundata & extructa ecclesia, quia post enumerationem tantorum martyrum, confessorum, doctorum, siue patrum, nihil dignius restat, uel illustrius, hic cum eo suscepti operis compendium terminemus.

FINIS.

PETRI GALE SINII
NOTATIONES IN HISTORIAM
SVLPICII SEVERI.



VNDVS a domino constitutus.) De constitutione, & origine mundi, rerumq. omnium, quas in hac uniuersitate cernimus, principiis diuersæ sunt, & plane contrariæ philosophorum opiniones, eorum præsertim, qui nobilissimi omnium, clarissimiq. habentur. hi uero sunt, Thales, Anaximander, Pythagoras, Anaximenes, Heraclitus, Anaxagoras, Epicurus, Empedocles, Plato, & Aristoteles. omitto Democritum, cuius iam pridem explosa sententia est, cum putarit ex turbulenta illa leuium corpusculorum concursione hunc mundi ornatum effici potuisse. hæc enim omnino fuit illius, siue etiam ante Leucippi opinio: quæ etsi ridicula est admodum, habuit postea tamen defensorem Epicurum, qui ipsum Democritum secutus est. ceteri autem philosophi, quos dixi, omnes ii quid hac ipsa de re senserint, si quis forte cognoscere uolet, legat in primis Ciceronem, & Diogenem Laertium, quorum e libris animaduertet illos hoc de genere toto non impie solum, ac nefarie opinari, uerum inter se etiã magnopere dissidere, & pugnantia plane loqui. Cum igitur in his rerum initiis ita summa contentione isti discrepent, cautio in primis adhibenda est a nobis, ne in ceteris temere ipsis assentiamur. periculosum est enim cum illis sentire, quos uel in rebus paruis perspicue falli intelligimus. idq. eo diligentius facere nos oportet, quoniã auctorem habemus, quem hac in re maxime sequamur, nempe diuinum Mosem, unde & poetæ, & philosophi ista ita sumpserunt, ut quæ ille diuino spiritu afflatus aperte dixerit, hi uel fabulis obscurarint, uel opinionũ commentis omnino peruerterint. nam in libro de origine mundi, quem בראשית Hebræi uocant, nos Genesim appellamus. (sic enim a Mose inscriptũ fuisse Philo nobis narrat,) si quis recte illa uerba considerat, quæ hunc mundi ortum explicant, talia esse plane intelliget, ut, etsi aliquam illorum sententiam philosophi, qui ueriora scripserunt, exprimere uel adumbrare potius uidentur, numquam tamen id, quod omnino uerũ est, affecuti sint. testis est Philo, qui illis Mosis uerbis adductus, non modo contra ceteros philosophos, uerum etiam contra eum, quem maxime sequitur, Platonem de hac origine mundi subtiliter argumentatur. quod item argumenti genus hac de re tota suscipiunt ex nostris tres grauissimi & doctissimi uiri, Iustinus Martyr in oratione, quæ Parænetica ad Gentes inscribitur, Clemens Alexandrinus lib. Strom. & Theodorus lib. 1. & 4. De curat. Græc. affect. Itaque si nos quærimus, quemadmodum mundus constitutus sit, externos, nempe poetæ & philosophos, omittamus, qui summa contentione discordes sunt; & nostros in primis in consilium adhibeamus, qui omnes, quotquot sunt, prophetæ, apostoli; inter se ualde consentientes hoc nos docent, mundum ex nihilo a Deo factum. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ: והארץ היתה תהו ובהו. Hæc Moses, qui cum bis mille ante annis, ut placet Iosepho, fuerit, quæ Græci poetæ, & philosophi, uerisimile sit, quidquid illi de rerum initiis, mundiq. origine litteris mandarunt, id omne ab eo sumpsisse; quemadmodum alia multa Homerum & Platonem in primis, qui eam

eam ob causam a Pythagoræ auditore Numero Moses Atticus dictus est, accepisse scribunt Iustinus & Clemens, quos supra commemoravi. Sed quoniã longe illi abfuerunt ab ea ætate, qua Moses uixit; fuit enim is antiquior Berytio illo Sanctiatiõne, qui res Hebræorũ gestas litteris mandauit; hic autẽ Semiramide regnante cũ extiterit, mille ante annis, quam bellum Troianum; antiquissimũ uero e scriptoribus apud Græcos genus poetarum sit, iiq. aliquot annis post illud bellum fuerint, inita certe ac putata temporum ratione, eam annorum summam faciemus, cuius supra memini. hoc igitur longum temporis interuallum, & multiplex Hebraicæ & Græcæ linguæ dissimilitudo fecit, ut, quamquam a Mose, tamquam a fonte, hauserunt, ualde ipsi tamen ab eo discrepent, cum eam opinionum rationem spatio temporis inierint, ut res hæc omnis, quæ est de rerum initiis, non solum incerta apud eos omnino sit, sed controuersa admodum, & plena dissensionis. Itaque repudiata istorum falsa & uaria sententia, nihil est, cur animus noster aliquo uage tur errore, præsertim cum diuinos uiros, Mosem, Dauidem, Sólomonem, ceterosq. multos fidei nostræ religiosissimos auctores habeamus, quos maxime sequi nos oportet, quoniam diuino spiritu illi afflati, ea nobis tradiderunt, in quibus nõ solum ulla dissensio nõ apparet, sed ueritas omnino elucet. ברבר יהוה שמים נעשו. hæc a Dauide dicta sunt, quibus nihil potest esse diuinius. Solomo autẽ, cuius singula uerba, singula sapientiæ testimonia putantur, de mundi origine diuinitus ita loquitur: *εν τη σοφια θεμελιωσα τω γην, ητοιμασα ουρανης εν φρονησι.* Hæc igitur sapientum illorum uirorum uerba cum plena mysteriorum sint, nequaquam mirum esse potest, ab illis philosophis percipi non potuisse, qui falsorum Deorum cultui mancipati, & multiplici ceterarum rerũ errore obcæcati, rerum nostrarum lucem plane agnoscere non potuerunt.

ABHINC annos iam pæne sex millia) Ab orbe condito ita uaria est, atque adeo multiplex annorum ratio, ut neque Græci cum Hebræis consentiant, neque Latini, qui notandis etiam temporibus aliquam diligentiam adhibuerunt, inter se plane conueniant. Itaque si rem hanc diligenter accurateq. animaduertimus, in hac ipsa annorum enumeratione tam multas quidem, & dissidentes illorum sententias reperiemus, qui annorum memoriam libris complexi sunt, ut non omnino facile sit, rem totam enucleate perscribere; cum præsertim infiniti sint, ac plane innumerabiles, qui in hoc genere studium posuerint. non desunt enim in Hebræis, qui ab origine mundi tempora & annos notarunt. in Latinis sunt huius generis complures, in Græcis uero numerantur quamplurimi. Verum ex omnibus tamen iis, qui in hoc studio uersati sunt, Hebræi annos pauciores notant, quam & Græci, & Latini. neque uero hoc euenire putandum est, propterea quod longiores sint Hebræorum anni, quam nostri. immo, si rem perpendimus, contractiores illi annos habent, quam nos, si quidem eorum maiores quasi a natura instructi, non Solis, sed Lunæ conuersione anni modum statuerunt. qui quidem annus Lunæ spatio dimensus, minor est eo, quem nos confecto solis cursu metimur. Nã hic annus, ut Hebræi narrant in libro, qui ערובים מסכת inscribitur, diebus CCC. LXV constat, horis autem VI: ille uero Lunæ CCCLIV, horis IIX. omitto temporis puncta, quorum etiam ipsi rationem habent. itaque supputata ratione annus noster, qui spatio Solis conficitur, maior est XI fere diebus, quam Hebraicus ille Lunæ annus. sed quoniam secundo uel tertio cuique anno mensem adiungunt, quem יארד uocant, sit, ut spatio aliquo temporis decurso, Hebræorũ anni congruant cum iis, quos nos Solis ratione metimur. Quare si enumerandis annis ab Hebræis differimus, id non euenit, quoniam apud illos sit, ut Bacchoni cuidam placuit, annus lunaris, uel bimestris, uel semestris; sed quoniam LXX inter-

interpretes, quos tam Latini, quam Græci scriptores in annorum ratione secuti sunt, ab Hebræis ualde dissentiunt. nam illi ab Adamo usque ad diluuium (utar enim hoc uerbo, quod sacrarum litterarum usu tritum est, & usitatum) numerant annos 2242. hi uero 1656. itaque numerus Græcorum maior est Hebraico annis 586. Deinde in altera ætate, cuius annorum numerus multiplex est, & uarius, ab Noe scilicet usque ad Abraham, facilius animaduertere licet hanc, quæ maxima est, illorum dissensionem. Siquidem in recensendis Sem, qui fuit Noe filius, posteris, non habent Hebræi Cainam, cui Græci adscribunt annos 130. et de tota denique huius ætatis annorum ratione summopere dissentiunt inter se omnes, quicumque notatis temporibus, annorum summam collegerunt. nam Hebræi annos huius temporis 292 numerant. Epiphanius 1040. Nicephorus 1082. Si rationem putamus, annorum Epiphanius minor est numerus, quam ille Nicephori, annis 42. uterque autem distat ab illo Hebraico, unus annis 748, alter 790. atque alia quidem huius ætatis ratio est apud Suidam, alia apud Iosephum, alia in libro, qui inscribitur סדר עולם, & diuersa plane in ceteris apparet, ut neque mirum sit, doctos uiros in hac secunda ætate hæstituisse, præsertim cum in enumerandis singulorum ætatibus, qui illo tempore clari extiterent, ita in singulis Græci interpres dissentiant ab Hebræis, ut longe omnium difficillimum sit certam statuere illius temporis rationem. Sed nos hæc paulo post ostẽdemus. Sequitur tertia ætas, 20 in qua neque adeo magna, uel nulla potius est annorũ discrepantia. nam ab Abraham ad Mosem usque summa Philonis Hebræi est annorum 425, & a Mose usque ad illud tempus, quo Hebræi ex Aegypto profugerunt, anni sunt 80. quæ omnis summa conficit annos 505. huic ipsi consentit Nicephorus. alii Græci, ut Epiphanius, numerant 430, qui numerus respondet illi, quem Paulus scribit in epistola ad Galatas. hanc uero ipsam annorum rationem Chrysostomus ita explicat: Ab anno septuagesimo quinto Abraham ad centesimum usque anni sunt 25. Isaac 60. Iacob 95. Ioseph 110. in Aegypto fuerunt annis 140. quæ ratio simul collecta est annorum 434. hæc interest autem ab illa Pauli annis quattuor, neque uero tamen hæc differentia tanta est; ut totam illam annorum rationem perturbet; neque ceteri, 30 quos supra dixi, ab hac ipsa dissident. quoniam qui ab Abraham ad Mosem ætatum rationem ducunt, eaq. supputata, annos quingentos, & quinque colligunt, ii ab ineunte illius ætate numerandi initium faciunt; hi uero, qui annos 430 numerant, ab eo tempore ordiuntur, cum a Deo factum est promissum Abraham, qui annos tum quinque & septuaginta natus erat. hi uero anni si illis adduntur, quos Paulus scribit, conficiunt summam quingentorum & quinque annorum. Quo fit, ut tota hæc ætatis ratio inter omnes plane conueniat. Est autem quartæ ætatis numerus annorum uarius, quem ita aliqui persecuti sunt, ut Moyses, Iudicum, qui rem iudaicã aliquot annis gubernarunt, tempus omne, & Israelitici regni initium comprehendant. cuius quidem totius temporis initium capitur ab eo tempore, quo 40 primũ Hebræi se ab Aegyptiorũ seruitute uendicarunt, qui fuit annus ætatis Mo-
sis octuagesimus, ad idq. tempus annorum ratio ducitur, cum primum Salomo templum ædificare cœpit, qui fuit annus illius regni quartus. Huius igitur ætatis spatium continetur annis 480, ut est in tertio Regum libro. Sed si hæc annorum ratio ad eam summam refertur, quæ est apud Lucam de Iudicum annis, maior certe numerus erit. is in historia Apostolorum scribit, annis circiter 450 populo Israelitico illos præfuisse, regnumq. Saulem tenuisse annis 40. his si adduntur 40 item anni, quibus Dauid regnum obtinuit, & totidem item, quos in itinere uastæ illius solitudinis Hebræi consumplerunt, iisq. omnibus si anni quattuor Salomonis accedunt, cuius quarto regni anno, ut dixi, templum ædificari cœptum est; omnis hæc

hæc profecto ratio conficit annos 574, neque conuenit cum eo numero, qui est in libro Regum, neque cum illo, cuius mentionem facit Iosephus Hebræus in libro contra Appionem, nam is 612 annis post, quam ab Aegypto Moses Israeliticum populum eduxit, a Salomone Hierosolymis templum fuisse inchoatum scribit. Nicephorus autem huius ætatis colligit annos 630, neque hic uero plane sibi constat, qui alias 768 numerat. Suidas 757. In tanta igitur uarietate ac diffensione difficilis est huius quidem temporis explicatio, præsertim cum de annis, quibus Iosue & Othoniel hac ætate principarum tenuerunt, & de interregno item, quod Iaere mortuo fuit, non omnino inter se conueniant Hebræi. Quintæ deinceps ætatis spatium sequitur, ab eo scilicet tempore ductum, quo Salomo primum regnare 10
coepit, ad id usque tempus, cum populus Israeliticus Sedecia illius Rege in seruitutem a Babylonis hostibus ductus est. huius sane ætatis annorum ratio est uaria, incertaque plane, ut illa superior. habet enim annos, ut Hebræorum est numerus, quattuorcentos triginta & tres; Iosephi uero summa est annorum 494, mensum VI, dierum X. Nicephori, annorum 445. Suidæ 425. & omnium denique huius temporis ratio diuersa, quæ sane uarietas ex eo exiit, quoniam singulis regibus, qui hoc tempore uixerunt, alii annos plures, alii pauciores tribuunt. Solomoni enim octuaginta regni annos Iosephus adscribit, cum quattuoraginta solum eum regnasse, omnium pæne litteris traditum sit. neque desunt, qui Ioram regem octo annis, alii octo & uiginti regnum tenuisse scribant. Azariæ autem & Ozias annos 52 Nicephorus tribuit. hoc uero tempus unius solum regis est. qui enim Azarias in Regum libris scribitur, idem in Paralipomenis Ozias est. Amonem annis duodecim regem fuisse narrant septuaginta Interpretes, Philo, Nicephorus, & alii, qui illos sequuntur; a quibus ualde differunt Hebræi, qui duos tantum regni annos eidem tribuunt. Itaque ii, qui de singulorum tempore dissentiunt, de uniuersa certe ratione eos ipsos dissidere necesse est. Quæ uero sequitur ætas, nempe septima, in quam illæ Danielis hebdomadæ incidunt, illius ratio tota difficilis est. cum enim in id tempus incurrat, quo Persarum reges fuere, neque Hebræi, neque Græci, neque Persæ ipsi de regibus suis, neque de tempore, quo eorum quisque regnauit, plane conueniunt. res profecto, si attenditur, uaria, & plena confusionis. Sed minor tamen in hac potissimum ætate fides Hebræis habenda est, qui, ut omnis humanitatis imperiti sunt, ita ueteris historia, quæ ad exterarum gentes pertinet, omnino rudes, quo factum est, ut, cum illi huius doctrinæ præsidii minus instructi sint, non rectam adhuc illarum Danielis hebdomadam rationem inierint, quæ si perite ab illis dispiceretur, animaduertent profecto ad momentum temporis constitisse, quo Iesus Christus natus est. Sed hæc infra. Ab eo tempore, cum Hierosolyma a Chaldæis primum capta est, si huius septimæ ætatis rationem inimus, anni sunt ad Nicephori calculum 241, menses 4. hic tamen quoniam non sæpe sibi consentaneus est, aliam putat huius ætatis rationem, annorum scilicet 318. cui quidem conuenit Suidæ item numerus. Sin autem Eusebii calculum dispicimus, annorum, quibus regnum Persæ obtinuerunt, 230 summa initur. Si ad reliquorum uero Græcorum rationem, regni illius anni sunt 227. iis autem si adduntur septuaginta anni, quo temporis spatio Chaldæi regnarunt, summa est annorum circiter trecentorum. At uero Metasthenes a Philone, Græcisque cunctis annorum non solum numero, uerum etiam certo regum & ordine, & numero admodum sane differt. Hebræi autem hac ipsa temporis notatione Persarum reges aliquot plane omittunt. Magna igitur confusio est horum temporum. nam seruituti, quam Babylone Hebræi pertulerunt, scriptores magnam partem ei tribuunt annos septuaginta, ad Iosephi tamen, qui huiusce historiae ualde bonus est auctor, rationem nonaginta & nouem

nouem numerantur. quid multis? de huius quidem seruitutis & initio, & sine magna est dissensio, summaque omnino de regum, qui in Persia fuere, annis. Cambyses enim Cyri filio Herodotus septem, Iosephus sex, Nicephorus octo ascribit annos. Magos autem, qui Cambyse mortuo regnarunt, alii triennium, alii quadriennium regnum obtinuisse narrant. Cyro Cambyse patri Herodotus nouem & uiginti, Cicero triginta annorum Imperium prædictum fuisse scribit. Xerxis anni apud Nicephorum sunt octo & uiginti, apud alios uiginti solum. Sed longum esset omnia persequi, quæ in hoc temporis spatio uaria traduntur. Venio ad ætatem, cuius initium ducam ab Alexandro Magno usque ad Christum natum. huius temporis annos numerat Suidas octo & trecentos, Nicephorus tres & trecentos, tresdecim uero & trecentos Epiphanius, ceterique parum consentientes sunt, idque putato factum intercalarium annorum ratione. Verum in hac summa dissensione, si rem ipsam recta reputamus uia, non sunt ii, qui hæc tempora notant, omnino discordes in supputandis Danielis hebdomadis, quarum e summa efficiuntur anni nonaginta & quadraginti. qui numerus conuenit cum ea ratione, quam, explosa repudiataque Iudæorum perfidia, nos de aduentu Iesu Christi inire solemus. nam huius ineundæ rationis initium facimus ab eo anno, quo Ieremias coepit de reditu Iudæorum, templique instauratione publice prædicare: qui fuit annus duodecimus Nabuchodonosoris Chaldæorum, & quartus Sedecie Hebræorum regis. Si 20
igitur ad reliquos quattuor & triginta annos, quibus, posteaquam ille talia prædixit, Nabuchodonosor Babylonis regnum tenuit, adiungimus tres & uiginti Euilmedoraci filii, & tres Balthasaris nepotis, & sex Darii, & Cyri, qui Babylonium regnum euerterunt, Iudæosque in patriam liberos, amplissimisque præmiis dimiserunt; ex hac quidem calculi ratione efficiuntur sexaginta anni, quibus si accedunt item quadraginti sexaginta sex, tot enim annorum spatium ab eo die, quo ex edito Cyri templum ædificari coeptum est, ad id tempus intercessit, cum a Tito Vespasiano Hierosolyma urbs deleta est, tota hac supputata ratione, nascetur summa ab eo tempore, cum Ieremias primum uaticinatus est ad ultimum illius urbis excidium, quingentorum duorum & triginta annorum. Quam calculi rationem recte 30
intuentibus facile erit iudicare, de illis hebdomadis ad Christum natum nihil desiderari, aut plane superesse. nam subductis ex uniuersa summa duobus, & quadraginta annis, qui a morte Iesu Christi ad extinctum Iudæorum regnum fluxerunt, supersunt quadraginti & nonaginta anni. qui numerus cum ratione septuaginta hebdomadam consentit, sub quarum finem Iesus Christus, ut a Daniele longe ante prædictum erat, cruci affixus est. Itaque in uaria illa, multiplicique temporum ratione, & si parum consentanei sunt; qui talia nobis narrant, in hoc tamen hebdomadarum calculo, ex quo splendor Christianorum fidei accedit, illi inter se conueniunt. Non possum tamen non magnopere uituperare, ac reprehendere futiles Iudæos, quibus cum exploratum sit eo loco de annorum hebdomadis Danieli 40
lem loqui, eosque in primis ad hanc ipsam opinionem summi duo illorum Rabbi plane confirmant, ipsi tamen adhuc Messiam expectant, quem tot annorum series repetita, & subducta, multo ante uenisse declarat. sique apud eos pro re iudicata est, Mundum sex annorum millia permanurum, nam ita traditum est Cabalæ monumentis, ad quam, cum de rebus occultis quærent, tamquam ad certissimum oraculum confugiunt. Cumque ex illo quidem annorum numero duo prima millia illi tempori attribuant, quod ab origine mundi ad Mosem usque pertinet; altero autem duorum millium spatio legis Mosis contineatur; duobus uero extremis millibus ad Messiam, eiusque legem summa rerum referatur; non uideo, quo pacto amplius ipsi Messiam in spe sibi collocent. cum enim ab orbe condito ad hæc us-

que tempora, etiam ex illorum calculo, quinquies mille sexcenti anni & amplius numerentur, iam ex illa temporis ratione, quo Messias, ut illi uolunt, cum imperio in hunc orbem terrarum, quasi in prouinciam profecturus erat, amplius mille & sexcenti anni effluerunt. Atque hæc quidem *ἡλικία τοῦ λόγου* contra Iudæos. Re deo ad illud, quod initio mihi propositum fuit. nam ex eo, quod supra commemorauimus, tanta in singulis ætatibus apparet annorum uarietas, ut, non modo uniuersa calculi ratio inter eos, qui hæc litteris mandarunt, constet, sed de ea plane sit omnis dissensio. Ab initio Mundi ad Christum natum ex Hebræorum ratione anni sunt 3953, uel, ut aliis placet, 3760. Græci uero, septuaginta illos interpretes secuti, supputant annos 5500, uel, ut alii uolunt, 5200. Iosephus hebræus ab orbe condito ad id tempus, quo Hebræi a Chaldæis in seruitutem ducti sunt, numerat annos 3563, quibus si adiciuntur anni 587, qui reliqui sunt ad Christum natum, efficietur summa 4100. Philo 3960. Hieronymus & Eusebius 3963. Isidorus 5196. Orosius & Beda 5199. Astrologi ab illo terrarum diluuiio usque ad Christi ortum supputant annos 3102, quibus si addimus 2326, quos scribit Albumasar a mundi exordio effluxisse ad Christum natum, inita calculi ratione, erunt anni 5328. Quoniam igitur septuaginta interpretes primum minime consentanei sunt cum Hebræis, hæc Græcorum & Hebræorum summa dissensio perfecit, ut qui septuaginta illos secuti sunt, ueluti Latini, Arabes, & aliæ nationes maiorem annorum numerum supputarunt, quam illi, qui Hebraicos Bibliorum codices maxime adamarunt. Fuere tamen, qui, tamquam honorari arbitri, medium tenuerunt, cumque neque unius, neque alterius item gentis secuti sint auctoritatem, ideo quandam rationem inierunt, quæ neque Græco, neque Hebræo calculo conueniret, sed inter utrumque plane media esset. Res igitur hæc de annis controuersa est, & plena dissensionis inter doctissimos, ut non sine causa hic noster ita dixerit: Mundus a Domino constitutus est, abhinc annos iam pæne sex millia, sicut processu uoluntatis istius digeremus: quamquam inter se parum consentiant, qui rationem temporum inuestigatam ediderunt. Sed de tota hac dissensione hæcenus, multa enim Augustinus lib. X V. de ciuitate Dei. nosque præterea aliqua ad eum locum referuamus, in quo infra sermo erit de Iesu Christi ortu. Illud tamen interea admonuisse uolo, posse ex iis, quæ supra commemorauimus, omnino animaduerti, quam temere & impudenter Aegyptii distarint, se decem annorum millia litterarum suarum monumentis comprehensa habere: quamque arroganter item Chaldæi, quorum animi ad superstitionem pæne anilem procliuies semper fuere, hoc sibi sumferrent. quo in falso errore cum essent quoque Archades, Phryges, & aliæ gentes, quæ se omnium antiquissimas esse contendebant, istarum omnium temeritas apparet. in quod sane uitium incurrit etiam Hermodorus Platonicus, qui a Zoroastro ad bellum Troianum quinquies annorum mille interesse putabat. Falsa omnia, & plena erroris, quæ hoc de genere ab illis memoriæ prodita sunt. quoniam in iis ipsis perspicue mendacium est, si annorum rationem inimus, quæ uerissima in sacris est litteris, in quibus ueritas omnis, pessimorum hominum opinionibus aliquando obscurata, aperte elucet.

213 Mundo condito homo factus est.) Die VI, ut est in sacris litteris, neque enim audiendos esse Epiphanius eos censet, qui hominem V die inchoatum, sexto autem perfectum arbitrantur. quo autem die homo effectus est, eodem facta mulier est. nam postero die, qui fuit septimus, destitit Deus opus agere. neque hoc prætermittere libet, quod 70 interpretum litteris traditum est, die sexto Deum opus suum perfecisse, atque eos quidem ita scripsisse narrat Theodoritus, qui illorum

illorum sententiam affert his uerbis. *Καὶ συνετέλεισεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ.* Hebræi uero die septimo, *ביום השביעי* (sic enim in sacris Bibliis hebraice scriptum est) illud omne huius uniuersitatis opus absolutum opinantur. Sed si res attenditur, tum Græci, tum Hebræi eodem spectare uidentur: nam siue die sexto, siue septimo opus omne perfectum, absolutumque dicatur, sententia hæc eo pertinet, ut sextus ipse dies in opere faciendo consumptus sit, die autem septimo cessauerit Deus, hoc est, nullum plane opus eo die inchoauerit, quippe qui pridie illius diei omnia absoluerit, atque perfecit. Itaque uniuersa opera sexto die perfecta dicuntur, quoniam illis perficiendis totus ille consumptus est dies: septimo autem, propterea quod rebus omnibus perfectis, illo die cessatum est. atque ira quidem placere uideo his sanctis Patribus, Hieronymo Latino, Theodorito Græco, & Hebræo cuidam Rabino, quem Aben Esdram uulgo nominant. Sed cum homo ex anima constet & corpore, a nonnullis quaesitum est, corpus ne prius a Deo effectum sit, an anima. & quoniam ista quaerere non est huius temporis, neque instituti sermonis, nos hæc propterea mittamus. non defunt tamen in nostris, qui hæc ipsa disputant; in quibus numeratur Nylenus, qui in ea opinione est, ut credat, neque animam ante corpus, neque ante illam corpus esse effectum. Ioannes uero Damascenus contra opinatur; id quod scilicet Hieronymum sensisse plerique uoluerunt. Nos tamen nihil temere affirmamus. in iis enim atque aliis eiusmodi iudicio ecclesiæ libenter utimur.

213 Viro Adam, mulieri Eua nomen fuit.) Et mari, et feminæ hoc Adæ nomen apud Hebræos commune censet Eucherius, ut Hominis apud Latinos. Si nominis huius notationem, quam Græci *ἑτυμολογίαν* uocant, quaerimus, dictus est Adam ab *אדמה*, id est, terra, ut Homo latine ab humo. quamquam ab edon, rubro scilicet colore illum Iosephus Hebræus uocari putat: quoniam in agro Damasceno, quo in loco hominem Deus effinxit, terra erat illius coloris. id tamen sacris litteris traditum non est. Theodoritus autem in ea opinione est, ut putet ab Eden appellatum. quandoquidem eo loci homo creatus est. Cyprianus uero scribit e quattuor mundi partibus terram illam sumptam, e qua finxit Deus hominem, eamque ob causam uult Augustinus quattuor his litteris, ADAM, comprehendere item quattuor huius uniuersitatis regiones, ut A, interpretemur *ἀνατολήν*, Orientem, D, *δύσην*, Occidentem, alterum A, *ἀρκτον*, Septemptriones, M, *μεσημβρίαν*, Meridiem. Sed nihil est, cur hoc curiosius inuestigemus. nam illius nominis uim recte interpretatur Nylenus his uerbis *τὸν ἐκ γῆς ἀνεβρασπον, κοῖνον ὀνομαζέει οἰονὲ μεταβαλῶν τὴν τε Αδὰμ ἀλλήσιν εἰς τὴν ἑλλαδα φωνήν.* ideoque antiquissimus ille Mercurius *γῆγενεῖς* homines uocat, e terra scilicet natos. Homerus item, inquit D. Iustinus Martyr, hominem ex terra fictum esse, cum ex ueteri diuinaque historia cognouisset, in qua hæc scripta sunt: Terra es, & in terram reuerteris: inanimum Hectoris corpus mutam terram nominat. in Achillem enim, qui post mortem Hectoris corpus trahebat, hæc dixit:

Καὶ πῶ γὰρ δὴ γέμειν ἀεμιζέει μενεάμων.

Mutum namque solum deturpat percitus ira.

Cum igitur originem hanc, quæ communis est omnium, intelligimus; nescio quo opinionis errore nos obcæcati, ut miseræ condicionis nostræ omnino obliti, in rebus prosperis, & ad uoluntatem nostrâ fluctibus, insolentius efferamur, quam communis huius nostræ condicionis ratio postularet. Salutaris profecto illa uox Dei est, *עפר אתך ואל עפר תשוב*. Puluis es, & in puluerem reuerteris. id si multum sæpeq. animo & mente repetimus, cogitamusque in primis uitam hanc terrenam breui in nihilum interituram; certe in honoribus, ceterisque rebus secundis, super-

biam, fastidium, arrogantiam fugiemus: nec ea, quæ in hac uita labi, fluere, & interire cernimus, plus amabimus, quam Christianum hominem, & sapientem uirum decet. Sapientis autem, & Christiani hominis est commentatio mortis. eo enim nati sumus, ut moriamur, & moriendo nos auctore Christo Iesu ea uita fruamur, quæ uere uita nominanda est. in tota profecto huius rei cogitatione artus omnes sunt, & nerui christianæ sapientiæ, ut, cum e terra facti simus, animum nostrum eo referamus, quo ille corporis his uinculis solutus nos uocat: uocat autem, cum immortalis ipse sit ac diuinus, ad caelestia & sempiterna. Quare Græci ἀθανάτων dixere hominem, ab ἀνώ, quod est sursum, & ἀθροῶ, aspicio, quoniam ad ea, quæ supra sunt atque caelestia, contemplanda ille factus est. nam cum ex puluere hominis corpus Deus effecerit, quod est ei cum terrenis rebus omnibus commune, mente item & ratione illum ornare uoluit, qua a ceteris animantibus differret, eamque ad rerum diuinarum contemplationem cum caelestibus illis mentibus communem haberet, quos angelos uocamus. Hac igitur nos mente præditi, qua nihil dedit homini Deus diuinius, ad id illa utamur, ut nos ipsi noscamos, ac perspiciamus quid in nobis mortale sit, & caducum; quid diuinum & sempiternum, ad hæc enim si recte animum mentemque aduertimus, non solum cogitabimus, aut faciemus semper aliquid tanto Dei munere dignum, uerum etiam contemnemus omnino, ac pro nihilo putabimus ea, quæ uulgo dicuntur amplissima.

213 Sed constituti in Paradiso.) De Paradisi situ, & an in terris adhuc sit, a multis est quæsitum & disputatum. Quæ uero hac ipsa de re Hebræi quidam dicunt, tota commentitia sunt, uix digna lucubratione anicularum. neque umquam profecto talia Lucianus commentus est, qualia sunt ea, quæ multa quidem illi con fingunt & de loco, & de eius loci deliciis, in ea præfertim historia, quæ apud eos extat de Iehosua Leui filio. et quoniam ridicula non minus sunt, & falsa, quæ hoc item de genere Arabes, Chaldæi, & Græci plerique loquuntur, hæc & illa non temere omitto: maloque eos consecrari, qui omnibus de rebus & grauius & uerius sentiunt, quam illos ipsos, qui omnes in fabulis omnino uersantur. nam Christiani hominis oratio cum grauis ueraque esse debeat, tum maxime piorum hominum sensibus, ac mentibus accommodata. Itaque cum illos non quæram, nostris contentus esse possum, quos commodiores omnium rerum explicatores esse putandum est. Itaque horum omnium, quorum maxime instituta sequi debemus, sententias in medio ponam, eorumque præfertim, qui in maximis theologiæ partibus operæ plurimum consumpserunt, quique præclaram illam cognitionem cum sanctissimæ uitæ exercitatione coniunxerunt. Ex iis igitur sunt, qui omnem Orientis plagam Paradiso attribuerunt; alii uero certis quibusdam illius regionis partibus, ueluti Syria, Damasco, Arabia, quam felicem uocant, atque Aegypto illius loci fines contineri putarunt. neque perpauci sunt, qui amoenissimi illius domicilii regionem extra hunc orbem, quem colimus, positam esse existimarunt. quidam autem in præcelso quodam monte, longeq. omnium editissimo, qui crassum hunc aerem, quem primo intuemur, superet, illum sane statuunt: atque in hunc ipsum locum sanctissimos illos uiros Enoch, Eliam translatos ferunt. Philo autem Iudæus omnino negat in terris esse hunc, de quo quærimus, Paradisum. τὸ μὲν γὰρ ἀμύπη λος, inquit, καὶ ἐλάσιον, καὶ μηλέων ἢ ῥοιῶν, ἢ τῶν ὡδωπησίων δένδρα ὕψισθαι, πολλὰ καὶ ἀνδιράπτωτος, ἢ ἀήθεια. nam uites, ait, oleas, poma, mala punica, aliasque huius generis arbores in eo satas arbitrari, hoc a ueritate adeo longe abest, ut summa dementia sit credere. In hac item pæne sententia & ratione posita ea sunt, quæ Psel-lus narrat de Paradiso, quem opinatur Chaldæi. nam cum illorum præceptis hoc traditum sit, ζήτησον τὸν ὡδωδείσον, hæc de re cum multa ille primum magnificentissime &

fime & ornatissime dixerit, rem totam deinde breuiter ita explicat: Γεργὸς ἢ ὡδωδείσος κατὰ χαλδαίους, ἐξ ὧν τὰ Μασσῶος βίβλος φησὶν, & quæ sequuntur. Non Paradisum hic ex sententia Chaldæorum eum censet, qui a Mose describitur. id quod opinatus etiam est Origenes, qui, ut multa alia peccans, sic in hac opinione labi Epiphanio uidentur. atque huius quidem sententiam homo summo ingenio & disciplina Chrysofolomi auditor, Theodoritus sequi uidentur diligentissime: qui totius illius rei disputationem non modo contra Origenem suscepit, uerum etiam contra ceteros, qui potius acute, quam uere negarunt eum, qui est in terris paradisum. τῆς θείας γραφῆς, inquit, λεγόμενης, δευτέρου ἐπιτομῆς ἐν τῆς γῆς, πᾶν ἐστὶ λογισμὸν εἰς θεσπὶν, καὶ κατὰ εἰς θεσπὶν, πολυμερῶν ἄγαν, τὸ τοῖς ὀμιεῖοις ἀπολαβεῖν λογισμῶς, καὶ ἀλλοτρίων τῶν διδασκαλῶν τὰ πνεύματος. cum enim diuinis litteris proditum sit, quædam arbores in amoenissimo illo loco a Deo constas esse, quæ aspectu pulcherrimæ essent, & gustatu maxime suauis: impudentissimi profecto sunt homines, qui contempta, neglectaque sacrarum litterarum auctoritate, quæ diuino afflatu conscriptæ sunt, mentis suæ somnia consecretantur. Epiphanius uero hoc ita arte tenet, atque adeo accurate defendit contra ipsum Origenem, ut se degustasse fluuiorum aquas scribat, qui ex illo horto amoenitatis plenissimo emanant. ex quo illud necessario efficitur, ut in terris ille sit, cum fluuii, qui ex eo loco oriuntur, in terris omnino sint. Certe si singula quidem, quæ in sacris Bibliis de Paradiso leguntur, nos studiose diligenterque attendimus, nihil sane desiderabimus, quod ad illius loci & situm, & naturam, & descriptionem, & pulchritudinem pertinebit. est enim illarum litterarum monumentis proditum. עֵדֶן בְּרֵיךְ מִן אֵילֵי חַיִּיךָ וְעֵץ הַיָּפֶת. Plantauit dominus Deus Paradisum in Heden ad orientem. ex quibus quidem uerbis perspicue apertum est, quod quærimus, Paradisi locum ad orientem spectare, atque in ea prouincia situm esse, quæ Heden hebraice dicitur. quamquam nonnulli sunt, qui non prouinciam, sed Paradisum ipsum hoc nomine ab Hebræis uocari existimant. in qua sententia fortasse fuit Hieronymus, qui בְּרֵיךְ מִן Paradisum uoluptatis uertit. Chaldæi interpretes illum locum ita uerterunt, בְּרֵיךְ מִן, quod uerbum ambigue positum, & ad locum, & ad tempus referri potest. nam qui ante orbem conditum putarunt a Deo Paradisum factum esse, ii sane illud uerbum ad tempus referri oportere existimarunt. qua in opinione Iudæi sunt. sed Iudaica plane opinio, ab ipsis sane Rabinis, qui uerius sentiunt, omnino derisa. alii uero, Ad orientem, exposuerunt, qui ad eam orbis partem illum locum uergere arbitrati sunt. sed Græci interpretes & de tota re, & de nomine Heden dubitasse uidentur. modo enim ὡδωδείσον ἐν Ἐδὲν, modo ὡδωδείσον τῆς Ἰσοφῆς dixerunt: quasi in eo hærent; an Heden paradisi nomen esset, an regio, in qua illius situs esset. de qua re ita Theodoritus, Ἐδὲν οἱ μὲν τὸν ὡδωδείσον αὐτὸν λεγόμεθα φασὶν, οἱ δὲ τὸν τόπον πάλαι, ἐν ᾧ καὶ ὁ ὡδωδείσος ἦν. Certe hæc posterior sententia cum ab eo comprobetur, tum multorum patrociniis defenditur. nam si attente studioseque sacras litteras legimus, Heden prouinciam esse animaduertemus, in qua primis hominum parentibus amoenissimum illum locum Deus præscripsit. multi sunt in illis litteris loci, in quibus mentio est de hac regione Heden; locus tamen ad hoc probandum maxime accommodatus est apud Ezechielem, qui multas nationes cum nominet, quæ Hierosolymam res uel ad uictum, uel ad alium hominum usum necessarias importarent, gentes item commemorat, quæ e duabus his prouinciis, Heden & Charan eo uenerant. Cum igitur homines in Heden prouincia fuissent, qui inde ad eam urbem negotiandi causa proficiscebantur, ex hoc intelligi licet, regionem illam habitabilem fuisse, neque a Iudæa longe distare. cum autem Charan atque Heden simul ille nominet, perspicui hoc etiam potest, non multis inter se spatiis illas

illas interesse. Charan uero iam pro certo comperimus in Chaldaea fuisse. in hac igitur parte Heden quoque fuit: ubi locus ille omnis amoenitatis plenus ad habitandum a Deo primis hominum parentibus datus est. e quo cum ob peccatum pulsi sint, argumentum est non paruum, in terris illum fuisse. nam si extra hunc orbem, ut aliqui opinati sunt, quo modo inde eieci in nostras terras uenissent? Si mysticus ille fuisset, quem dicunt Chaldaei, & Origenes item, quo pacto fieri potuisset, ut animalia illuc ascendissent, quibus omnibus eo loci Adā, iubente Deo, nomina imposuit? Si neque in terris, qua sane ratione quattuor illi fluuii, qui in terris omnium maximi sunt, illum locum preterfluere? Certe frequentes Patres eam opinionem habent, ut credant fuisse in terris, nempe in Chaldaea: a qua regione hominum genus in omnes terras disseminatum est. Igitur Paradisus in ea est parte, ubi primum hominum domicilium: unde hominum genus propagatum in alias partes manauit; unde pulsi primi parentes non longe ab eo habitauerunt; prope quem etiam Cain, eiusque posterum sedem ac domicilium posuerunt. Hæc autem omnia in terris, & ut expressius dicam, in Chaldaea, atque Assyria cum facta esse animaduertamus; parum attente in sacris Bibliorum litteris uersati sunt, qui contra senserunt. Præ multa amoenitate Heden hæc regio hebraice appellata est, non ab auctore aliquo, ut ceteræ prouinciæ, quarum primi incolæ ab illa emanarunt. amoenitas uero illa interiit diluuium, ut scite scribat Chrysofomus, ante illum omnium rerum interitum extitisse hunc amoenissimum locum, ac notam hominibus fuisse uiam, quæ ad ipsum duceret. Sed facta inundatione, locum iterque uel Noe ipse ignorauit, ut non mirum sit, si ad hodiernum diem ne uestigium quidem illius remaneat, quod plane agnosci possit. *καὶ γὰρ ἡ καὶ κλυσιμυ εἰδησαν καὶ τὰς πότις, ἡ πλω δὸδον, πλω ἀπαγορεύσαν εἰς τὸν ἀδελφίδεισον, τὰ ἡ καὶ κλυσιμυ γενομένη, ἡ ἔω ἐγενοντο ἡ ἀδελφίδεισον, καὶ μήτε Νῶε λοιπὸν ἐγνώριζεν, μήτε οἱ δὲ αὐτῶν.* Hæc igitur de Paradiso, quem in terris fuisse multis quidem rationibus declaratum est, quæ etiam si nullæ allatæ essent, tamen eorum uirorum, quos dixi, cum & abundantia quadam litterarum, & excellenti humani ingenii ratione ipsi præstiterint; frangere illos debet auctoritas, qui contra sentiunt. Sin autem hæc apud istos parum ualeat, si euoluent tamen eum Mosis librum, qui Genesis inscribitur, amplius, quod ipsi desiderant, nihil erit.

213 Cum interdictam sibi arborem degustassent.) Procopius Gazæus, is qui in Genesim commentarios scripsit, in Paradiso tria arborum genera esse putauit, quæ ad hominis uitam commode suauiterque traducendam factæ essent. in iis ficus & malus arbores fuisse creduntur. ficum Hebræi, malum uero alii primis illis hominum parentibus uetitam opinantur. Sed hæc illi uiderint, qui curiosius omnia inuestigare uolunt. Illud uero ex diuinis litteris compertissimum est, non modo tria, ut ille opinatus est, sed omnia quidem arborum genera, quæ uel pulchritudine oculos, uel suauitate gustatum allicerent, eo loci confra esse, in eoq. medio arborem uitalem fuisse, quam eos attingere, Deus omnino prohibuit. Vitalis propterea illa arbor dicta est, quoniam eius fructus id generis essent, ut uitæ immortalitatem uescētibz gignerent. Mortem uero Adæ attulit, quia Dei præceptum uolauit. quæ mors intelligenda est animæ primum, deinde corporis. nam triginta & nongentis annis post illius esum is ex hac uita migravit. in quam sententiam Felix Papa ita scribit ad Petrum Antiochiæ Episcopum: Ab ipsis mundi nascentis inuitis primum anima primi parentis nostri mortua est, atque ita deinceps corpus. Hæc autem arbor scientiæ boni & mali dicta est ex euentu; cum enim ueritam illam arborem Adam attigisset, tum denique plane cognouit, se id fecisse cum suo magno malo. Siquidem perpexit, id quod antea minime norat, & bonum, quod ipse amiserat,

amiserat, & malum, in quod culpa sua incidere. caussam uero, cur huius arboris fructum illis prohibuerit Deus, eam explicat Nemesius Emifenus, cui uulgo inscribunt librum de natura hominis, qui re uera Nyfeni est.

213 In nostram, uelut exules, terram eieci sunt.) Primi hominum parentes e Paradiso, quem habitandi locum a principio illis præstituit Deus, in exilium pulsi sunt. idque factum est, tum quia Dei dicto audientes nõ fuere, tum etiam eam ob causam, quod Deos illos, qui non erant, esse credidissent. hoc enim errore Dæmon, qui genus hominum pessime oderat, illos implicari uoluit, cum eis dixisset, Si mihi in eo paretis, ut Dei præceptum uiolentis, eritis tamquam dii; Deos nominans, qui non sunt, ut homines, cum alios esse Deos putassent, se etiam Deos esse posse crederent. Ei *πειθίητε μοι πλω τῆ θεῶν παράλθεν ἐν πολλῶ, ἴσατε ὡς θεοί, θεὸς ὀνομαζῶν τὰς μὴ ὄντας, ἵνα οἱ ἀνθρώποι οὐκ ἴδόντες καὶ ἴτερας εἶναι θεὸς, καὶ ἑαυτοὺς δὴ ἄσθεσι γένεσθαι θεὸς πιστεύσωσι.* hæc & alia multa in hanc sententiam scribit Iustinus Martyr in oratione ad gentes. Hæc igitur de falsis diis opinio, quæ a mendace parente in ritum habuit, ita in animis Græcorum temporis spatio radices egit, ut, cum non facile euelli potuerit, tantam Deorum turbam ipsi congregarint, quantam sane maximam ex antiquis illorum monumentis colligi licet. sexaginta quinque & trecentos, ut apud Lactantium est, Orpheus numerauit. si uero & eorum, qui maiorum gentium dii; & illorum, qui minorum appellati sunt, ratio omnis putatur, ad ampliores certe numerum summa consistet. nimirum cum illos arbitrato suo tot confixerint, & commentati sint, quot sane uoluerunt; uoluerunt autem innumerares; præsertim cum eam iocularem licentiam Diaboli impulsu sibi sumpserint, ut ii, qui ceteris hominibus aliquo facto, impio fortasse, atque scelerato præstarent, Deos se posse fieri putarent. Hoc pacto plerique omnes gentium Dii ad cælos abiisse fabellis narrantur. iiq. maxime in hoc impio errore uersantur, quos cum nulla olim certæ cuiusdam religionis uincula impedirent, est iis facile persuasum etiam, Solem, Lunam, Stellas omnes, terram, mare, Deos esse. Quæ quidem de falsis Diis opinio a Diabolo primum facta, & latius in omnem Græciam deinde propagata, ad Romanos postremo dimanauit: qui gloriæ auidi, atque appetentes, hoc falsæ opinionis errore ducti, Græcorum in hoc genere instituta consecrati sunt; ut non solum exterarum nationum Deos ad cultum uenerationemque admiserint, sed complures alios innumerabiles constituerint, ea sola scilicet Diaboli opinione imbuti, quæ ambitionis plena, eo illos impulit, ut se posse Deos fieri arbitrentur. Cõtra hos, & alios id genus homines quoniam grauiter copiosque disputatum est a nostris, Iustino Martyre, Epiphano, Clemente Alexandrino, Tertulliano, Lactantio, Augustino, Hieronymo & multis aliis, qui hoc argumenti genus non solum Græce, & Latine, uerum etiam Arabice, & Hebraice pertrastarunt; nolo repetere, quæ ab iis dicta sunt; præsertim cum iam res ita in promptu sit, ut confutatione non egeat.

213 Ex his Cain, atque Abel nascuntur.) Vicissim nascuntur, Cain prior, Abel posterior. ille agriculturæ deditus fuit, hic pecuariam uitam integerrime coluit. Cain, si interpretari latine uis, Possessio dicitur, a קַיִן, quod est, possideo. cum enim ille primum in lucem editus est, ita de eo pater dixit, וַיִּקַּח אֱלֹהִים אֶת אֶתְּוֹתָי, possedi, inquit, hominem per Deum, munere scilicet Dei ac benignitate filium suscepi. Quibus uerbis perspicuum fit, Cain priorem fuisse natum. Non desunt tamen, qui in eam sententiam illa uerba accipiant; ut arbitrentur Adam dixisse, se possedisse hominem Deo, hoc est, filium genuisse, qui, se mortuo, Deum pie sancteque coleret, & uerum illi cultum tribueret; in qua opinione est apud Hebræos non malus auctor Nehemanides, idemque sentire uidetur Onchelus, qui ita illum locum Chaldaice

Chaldaice conuertit, כִּנְיָן יְהוָה, coram Deo acquisiui filium, utpote qui se erga Deum rectius gerat, quam ego feci. Magnam igitur spem pater concepit de Cain filio, quasi in illo eiusq. posteris finis futurus esset calamitatum, in quas ipse culpa sua inciderat. Itaque quoniam in ea expectatione erat, ut hic omnia recuperaret, quæ ipse suo peccato amiserat, iccirco illustre & speciosum illi nomen imposuit. Posteriorem uero filium, in quo fortasse nulla sibi spes esset, Abel hebraice nominauit, latine Luctum interpretamur. Sed contra euenit, ut sacris litteris scriptum est; ex quo intelligi licet, quam sæpe falso opinionis errore homines ducantur: nam Cain, de quo pater sperauerat, Deus toto uitæ tēpore exulare iussit; Abel autem, in quo non multum ille spei fortasse posuerat, gratus Deo admodum fuit. 10

213 Sed Cain impius fratrem interemit.) Vere impius, qui Abel, fratrem singularem, interfecit: nam qui fratrem odit, idem nec patrem diligit. Scitum est illud apud Plutarchum, ὁ πόν ἀδελφὸν μὴ φιλῶν, ἢ δὲ γονίᾳς, οἱ εἰς ἀμφοῖν σμυβάλλονται γένεσιν. Abel ea uita, iis moribus, eo instituto erat, ut & Deo charus esset, & bonis, qui tum erant, omnibus. Præclara huius facta, & egregia uirtutis exempla Cain fratri, qui malo cum esset animo, malaq. mente, male item agebat, placere non poterant. quare illi frater inuidiæ esse cœpit, tantoq. odio, quemadmodum B. Ioannes euangelista ait, ut eum occiderit. Non tantum profecto præsidii, momentiq. habet morum & studii similitudo ad copulandas uoluntates, quantum dissimilitudo ualet ad odium. Summum quidem, & arctissimum erat inter eos cognationis uinculum, nullus tamē in altero amor, nulla beneuolentia, propterea quod alterius alter dissimilis erat: unus uidelicet bonus, eiusq. item rectæ, honestaq. actiones: alter uero malus, præuaq. propterea illius facta. Quam ob causam quæ Abel munera Deo tulit, grata atque accepta fuere, quoniam tacitæ illius rectæ cogitationes ignotæ Deo non erant. quæ uero ille attulit, non eo animo Deus accepit, quo illa alterius. id quod (ut Hebræorum sapientes narrat) declaratum est ac significatum igne, qui e cælo missus, oblatum Abel munus inflammauit. Quam rem Cain cum animaduertisset, subtristis esse cœpit. id enim significat, quod de eo hebraice scriptum est, וַיִּזְכֹּר אֱלֹהִים. Itaque Deus primo eum leni, benignaq. obiurgatione monuit, ut, si grata eius munera esse cuperet, id sincera fidei pietate faceret; resq. omnino ageret, uirtuti consentientes. fidem enim in primis, & pietatem, rectamq. uiuendi rationem in eo, qui animi sensu erat minus sincero, Deus desiderabat. neque enim alio referuntur illa uerba, quæ ei a Deo ita dicta sunt, Nonne si bene egeris, accipies? quam ut eum moneret fore, ut, si in uiam rediret, atque in hac uita pie sancteq. omnino ageret, præmium ferret pro dignitate in cælesti illa & sempiterna uita. in hunc enim sensum illa uerba, quæ dixi, & Chaldæi, & Hierosolymitani, & Græci interpretes accipiunt. Quæ sententia ut salutaris sane est, & digna illis uiris, qui omnium iudicio sapientissimi fuere: ita multum roboris, multumq. neruorum habet ad retundendâ eorum improbitatē, qui in ea hæresi uersantur, ut negent in nostris recte factis, sanctisq. ac piis institutis, fidei Christianæ consentaneis, nihil præsidii positum esse ad perpetuam illam salutem, quam auctore Christo Iesu experimus. Tota istorum opinio eicienda est, quoniâ euangelicis est actionibus inimica, a disciplina Christiana abhorret, & plane repugnat tot Patrum consensui, a quibus quicumque dissident, nihil rectum, nihil sanctum, nihil denique religiosum illis sapere licet. Sed alias contra istos. Cain igitur, quod sibi a Deo corrigendi causa consilium datum est, eo ad maius flagitium abutitur, inuidiaq. & odio in fratrem crudeliore accenditur. quo satis inflammatus; nefarium illius interficiendi consilium capit; quod ut omnino perficeret, suadet fratri, ut una secum rus iret. ita enim Samaritanorum litteris traditum est. nam in Hebræorum

Hebræorum monimētis nihil tale extat. addunt tamen eorum Rabini, & affingunt multa, quæ opinantur Cain fratri ante dixisse, quam illi uitam adimeret. Sunt qui illum, dissimulato odio, summaq. amoris simulatione, amice ac benigne cum fratre locutum putant, quo facilius eum rus duceret, hocq. pacto illum imparatum occideret. Alii eam opinionem habent, ut credant cum Abel fratri uerba retulisse, quibus illum Deus obiurgarat. Hierosolymitani autem interpretes contentionem narrant, quæ ruri inter illos extitit de iudicio Dei, multisq. aliis præterea rebus, quæ ad Dei misericordiā, iustitiamq. pertinerent. In maxima igitur hac contentione cum Cain rectum Dei iudicium denegaret, alter uero omnino affirmaret: ille hac contentionis ira accensus fratrem interimit. Hoc afferunt ii, qui Hierosolymitanæ interpretationis auctores sunt. probabilior tamen, & uerior ea causa est, quod cum is inuidia arderet, quoniam frater gratus esset Deo, & carus, hæc inuidiæ uis illum impulerit ad tale facinus. nam nulla capitalior pestis in hominibus, quam hæc, cuius motus longe est omnium acerrimus. siquidem nullum sce-lus, nullum magnum facinus est, ad quod suscipiendum uel aperte, uel occulte nō impellatur inuidus, modo noceat ei, cuius aut honori, aut laudi ceterisue commodis inuidet. hæc q. , ut in Cain animaduertimus, ab ipsis quasi nascentis mundi initiis omnium sæculorum labeis fuit, & macula. unde singulis ætatibus, cum ab hac quasi uno fonte manent simultates, iræ, odia, inimicitia; quæ hominum cædes, qui optimarum rerum interitus, quæ familiarum euerfiones, quæ diremptæ societates, quæ ue alia infinita incommoda euenerunt, omnia certe ab hac potissimum peste extiterunt. qua dominante locus non est caritati, quæ in hac hominum communionem omnium rerum bonarum seminarium est. ideoq. hac remota, nulla tanta fraus est, nulla tanta malitia, quæ possit cum hominum malitia contendere. sciteq. Diccarchus peripateticus magnus & copiosus, cum collegisset ceteras causas, unde interitus hominum extitisset, eluuiōis, pestilentia; uastitatis; plures denique homines deletos ostendit hominum fraude, hoc est, inuidia & odio, quæ omni reliqua calamitate. Nihil igitur homine peius, si, malo Cainiæ illius inuidiæ proposito exemplo, odit, aut inuidet: contra nihil eo melius; si diligit & amat eo amore, & ea caritate, qua cū sanctissima illa societatis humana; tuenda iura contineantur, nihil naturæ est hominis aptius; cum & rationis, & orationis ui ad illum ipsum hominum coetum natus sit, ut beneficentia scilicet, mutuisq. caritatis officiis alter alteri prodesse uelit. Ad quod quidem officii genus cum & natura quasi duce uehamur, & ueteris sapientiæ præceptis quasi uocibus assiduus uocemur; mirari equidem non desino, quid causæ sit, quod in hoc inuidiæ genere, qui perfecti & sapientes propter nescio quid litterularum uideri uolunt, tam ualde offendant, quam qui maxime; quasi a Cain originem habeant, cum ad eos potissimum, tam quæ illius posteros ea pestis dimanarit, numquam enim desinunt inuidendo maledicere, & aliorum benefacta aliquo maledictorum genere infectari. At det illis Deus meliorem mentem. Næ isti quando ea uitiosa natura sunt, quæ nullis litterarum præceptis corrigi aut excoli possit, saltem cogitent præclara illa, quæ de pietate, & caritate euangelicis libris diuinitus tradita sunt, in quibus cum non adumbratæ ullius pietatis simulacra appareant, sed uera illa & solida caritas expressa sit, quæ nobis cæleste regnum parat; eam, qui salui esse uolunt, omnes autem uelle debent, non commodis suis aut utilitatibus, sed præscripto Dei metiri illos oportet. ii enim ueri, ii perfecti, ii maxime christiani sunt, qui Cain omnino dissimiles, pietatē recte colendo, ne minimū quidem a præscripto Dei discedunt.

213 Lamech genuit, a quo iuuenis quidam occisus traditur, nec tamen nomen refertur occisi.) Cain arbitrantur non nulli ab eo occisum, idq. declarari uolunt,

lunt ea, qua ad Adam, & Salā uxores ille usus est, oratione. Plerique uero, in quibus est Iulianus Pomerius Toleti Episcopus, in eadem sunt sententia, sed diuersa quidem ratione, nempe quia eo ipso Genesis capite ita legitur: Qui occiderit Cain, septuplum punietur. id in eum sensum dictum putant, ut, quoniam Lamech ab Adamo septimus fuit, is propterea Cain occiderit, quoniam illud, Septuplum, ad eum referri putant, qui septima post Adam ætate fuit. idemq. sentiunt Hebræi, qui iaculo illum pro fera a Lamech interfectum fuisse scribunt. Sed si in Bibliorum nos litteris studiose uersamur, non plane comperiemus a quo ille occisus sit. nam quod Lamech, ut Hebraice & Græce scriptum est, confitetur, se occidisse uirum; id quidem non de Cain interpretari oportet; præsertim cum ipse dicat. Occidi uirum in uulnus meum, & adolescentem in liuorem meum; cum uero Cain septem pæne ætatibus uixerit, neque adolescens propterea iure dici possit; illud de eius cæde ne suspicari quidem debemus. Accedit quod Chaldaice tota illa sententia aliorum accipitur, atque Hebraice, Græce, & Latine conscripta est. quod enim illis litteris hac de re mandatum est, id plane negat, uirum quempiam a Lamech fuisse interfectum. nam Chaldaice in eam sententiam scriptum est: Non occidi uirum, neque perdidit adolescentem. quod sane dictum eo spectat, ut ille deneget, se cuiquam uiro, aut adolescenti uitam ademisse. id quod Cain fecit, qui fratrem adulescetem interfecit. Neque hoc temere dictum putetur. nam Ada & Sela Lamech uxores cum ab illius cōsuetudine longe resurgerent, quoniam ualde timerent, ne, cum arma, quorum usus antea nullus fuerat, ipse primus inuenerit, pœnas Deo graues daret, cum rem excogitasset, quæ post homines natos omnium pessima maximeq. perniciofa esset: Lamech ut coniugum uoluntates sibi reconciliaret, blande benigneq. alloquitur, & ostendit, quamquam ipse arma inuenit, occisum tamen a se neminem, ut Cain fecit. proptereaq. nihil esse, cur illa male sibi metuant; ac, si incommodi aut calamitatis aliquid eo nomine patendum esset, id in multos annos prolatum iri; cum parricidii, quod grauissimum Cain admisit, pœna uel in septimam esset ætatem prorogata. Atque hæc quidem Chaldaica orationis sententia est, quam si consecrari uolumus; longe ab eo abest, ut Cain uita Lamech priuarit. neque uero, si Græcis, aut Hebraicis Latinisue scriptis assentimur, illud affirmare plane possimus. Quare non satis ii dixerunt, qui illud septupli nomen ad eum referri uoluerūt, qui septima ætate natus, Cain occideret. Quod cum ita sit, fortasse uerius sentiunt, qui illo septupli uerbo multiplicem pœnæ magnitudinem exprimi dicunt. est enim sacrarum litterarum usu receptum, ad significandam alicuius rei magnitudinem numeri illius rationem accommodari, cum omnia ætatum sæcula sint eo dispersita numero. Ergo qui Cain occiderit, cui, hoc pertimescenti, signum Deus quasi notam aliquam inuisit, qua quisque moneretur, ne tale aliquid contra illum admitteret; is qui contra faxit, septupli, hoc est, multiplici grauissimaq. pœnæ, suppliciiue atrocitate punietur. in hancq. sententiam Aquila uertit, qui omnium uerborum fuit explicator sane diligens. Sed nihil tamen, nisi quod coniectura assequi nobis licet, neque de ea supplicii pœna, neque de Cain cæde sacris Bibliorum litteris nominatim expressum est.

213 Igitur Adam, post necem filii minoris, Seth filium procreauit. Aliosq. multos item tam mares, quam feminas. sic enim plerosque sentire animaduertit. ii solum tamen in sacris litteris nominantur, quorum posteritas, aut probitate illius prior esset, aut improbitate nequior.

213 Cum iam trigessimum, & ducentessimum ætatis annum impleisset. Centum & triginta annos Adam natus, Seth filium suscepit. id quod & Hebræorum, & Chaldæorum litteris proditum est. Septuaginta autem uiri, quos hic noster secutus

cutus est, tribuunt Adæ, quo tempore is Seth genuit, trigessimū & ducentessimum ætatis annum. qua in sententia uersantur non solum Latini, uerum etiam Armeni, Iacobitæ, Aethyopes, ac reliqui omnes, qui Bibliorum interpretationē ab illis sumpserunt. nam duos psalmodum locos afferam, quibus planum fiet, nationes illas quidem, ac gentes, quæ in Asia Iesu Christi fidem colunt, non ex Hebræis litteris accepisse, quæ sacris Bibliorum monumentis tradita, ac præcepta sunt; sed ab illis LXX interpretibus hausisse, quæ eo de rerum genere suis quæque illæ nationes litteris consignarunt. Primo psalmo, ab illis græce scriptum legitur, *ὡσεὶ γῆς, ὃν ἐκείπτετ ὁ ἀνέμωσ ἀπο πνεύματος τῆς γῆς*, hæc posteriora uerba in hebraicis Bibliis defunt, quæ arabice sic leguntur. Deinde psalmo quarto, *ἀπο καρπῶν οἴτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου ἐπιπληθύνθησαν*; nomen *ἐλαίου*, quod in Hebræo codice abest, in Arabico plane extat. nolo cetera, quæ infinita sunt huiusce rei exempla. Neque uero miretur quis, me ab arabicis illa sumpsisse, quoniam Christianæ illæ gentes magnam partem Arabico sermone in sacris utuntur. Quamquam qui Armenice, & Aethyopice norunt, & hi quidem locupletissimi testes fidem mihi fecerunt, se LXX uirum interpretationem consecrari. Quare in illa annorum ratione, quæ est ab origine mundi, singulæ fere nationes tantam, quantam profecto maximam paulo ante ostendi, habet sane discrepantiam. nam qui a LXX illis interpretibus sumpserunt, quales sunt ii, quos dixi, hi ea de re nobis assentiuntur. quibus uero rerum hebraicarum studium cordi fuit, illi quidem longe a nobis dissident. quo in numero Chaldæi sunt potissimum, ut Onchelus, Iosephus Cæcus, & Ionathas, qui Hebraica scripta chaldaice uertendo illustrarunt.

213 Seth uero Enos, Enos Nainan, Nainan Malahel. Nainan corrupte legitur, sed Cainan legi oportere nos admonent omnia omnium gentium scripta. sic enim Hebraice primum, Chaldaice, Arabice, Aethyopice in Bibliis illud nomen scribitur. nā hæc linguæ quattuor affines sunt inter se, & plane similes. eadem item litterarum ratione, Græce, Armenice, Macedonice, atque Iacobitarum quoque litteris exprimitur, cum in iis ipsis aliqua etiam inter se cognatio appareat. Fuerunt duo Cainan, unus Enos filius, qui in omnium litterarum monumentis prima hac ætate censetur: alter Arphaxad filius, Sem nepos in secunda ætate numeratur, ut est apud LXX interpretes. illum tamen non numerant Hebræi, neque Chaldæi, neque Armeni, id quod maxime miror, cum eos ceteris in rebus illorum græcorum interpretationem magnopere secutos animaduertam. Lucas uero Euangelista illum percenset in eorum genere, a quibus Iesus Christus, quod ad illius humanæ originis rationem attinet, nasciturus erat. illa autem generis originisq. ratio cum plena sit mysterii, ut Nazianzeno, ceterisq. omnibus, qui magni Theologi ac prudentissimi sunt, placet; non sine causa in eum numerum ille adscriptus est. neque enim satis ii faciunt, qui ueluti ceteris rebus, sic eo nomine a Matthæo Lucam dissentire dicunt. quoniam si ea res attente studioseq. animaduertitur, sentire potius, quam discrepare uidentur, quemadmodum in epistola quadam, quæ est Iulii Africani ad Aristidem, id non acute modo, uerum etiam copiose, & quod caput est, uere ostenditur. Certe Spiritus sancti numine illi LXX uiri afflati, ea litteris mandarunt, quæ errore quodam obcæcati Iudæi non plane animaduertent. Sed redeo ad hunc nostrum, qui illis uiris, quos Sem posteros narrat, eorum uitæ annos non adscribit, idq. fortasse fecit, non tam ut ἐπιπλοῖ scriberet, quam quoniam huiusce rei genus tam uarium atque adeo multiplex esse intelligeret, ut summa esset inter auctores dissensio, quot eorum quisque annis aut liberos susceperit, aut uixerit. nam ex hac ipsa re magna illa extitit de mundi annis contentio, quam paulo ante commemorauimus. rem ob oculos ponam. Enos nonaginta &

centum annos natus genuit Cainam : sic LXX interpretes scribunt , & Græci fere omnes . in Hebræorum autem , & Chaldæorum Bibliis nonaginta solum annos ille tum natus legitur . post natum Cainam huic ascribunt Græci septingentos & quindecim annos ; Hieronymus uero quindecim item , & octingentos . De Cainam quoque ætate controuersia est tum ante , tum post natū Mahelem eius filium . nam ante filii ortum septuaginta annorum ætate Cainam patrem extitisse Hebræi nar- rant ; Græci centum amplius ei attribuunt : postea uero , hi quarraginta & septi- gentis annis , illi octingentis & quarraginta totidem eum uixisse scribunt . De Maha- lelis etiam annis æque minus conueniunt , neque antequam Iared filium suscipere- ret ; neque postea quam ille natus est . nam ante , quinque & sexaginta tum annis 10
illum fuisse Hebræi sentiunt ; huic autem numero Græci centum annos addunt . post uero quam puer ei natus est , octingentis & triginta , Hebraice ; Græce autem septingentis & triginta item illum uixisse scriptum est . In Iared etiam annis de eo tempore inter illos dissensio est , antequam scilicet Enoch filium ille procrearet : quo tempore duos & sexaginta annos eum natum Hebræi dicunt . cui ætati centum annos Græci adiungunt . De Enoch ætate eadem centum annorum dissensio est , nempe ante illud dumtaxat tempus , quo is Matusalach , quæ nos Matusalem cor- rupte pronunciamus , gigneret . de Matusalach uero annis tale diffidium est , ut , si cum Græcis consentimus , quattuordecim annis , putata diligenti annorum illius ratione , post diluuium is fuisse comperiatur . Quod si utique uerum esset ; non 20
octo , id quod in Bibliis scriptum est , sed nouem animæ in arca fuisse dicerentur . Si uero annos , qui illius hebraice censentur , attendimus ; quattuordecim fere an- nis ante obiisse eum cognoscemus . quæ res cum ea ueritatis ratione conuenit , ut diluuii tempore octo solum homines in arca fuissent ; quemadmodum omni- bus litterarum monumentis mandatum est . Ergo si & Hebræi , & Græci de singulo- rum , qui hac ætate uixerunt , annis dissident , probabile item est ceteros , qui illos consecrati sunt , non conuenire . Quam controuersiam cum hic noster animaduert- teret , illorum hominum , quos hoc sæculo uixisse narrat , annos omnino præter- mittit , non tam ut breuiter rem concisq. scriberet , quam quoniam in tam uaria atque adeo multiplici opinione incertus plane esset , quos potissimum sequeretur . 30

214 Enoch genuit , qui ob iustitiam translatus dicitur .) Sic LXX uiri scri- bunt , sic Chrysostomus , sic Ephrem Syrus , qui de Enoch omnes idem opinan- tur , quod de Elia ferrur . Hebræi uero , quibus tanta olim impunitas garrandi fuit , non solum hos duos , uerum etiam nouem hoc pacto translatos ferunt . De Enoch uero sunt in illis , qui eum mortuum opinantur . Sed unus nobis pro centum mil- libus est Paulus Apostolus , qui de eo ad Hebræos ita loquitur : Per fidem Enoch translatus fuit , ne uideret mortem : nec fuit inuentus , propterea quod illum trans- tulerat Deus : priusquam enim transferretur , testimonium meruerat , quod pla- cuisset Deo .

214 Angeli , quibus cælum sedes erat , speciosarum forma uirginum capti , illi- citas cupiditates appetierunt , ac naturæ suæ , originisq. degeneres , relictis superio- ribus , quorum incolæ erant , matrimoniis se mortalibus miscuerunt .) Locus est in sacris litteris obscurus quidem , ac perdifficilis , quem plerique explicando com- menti sunt ea , quæ in cælestium illarum mentium naturam cadere nullo modo possunt . Iustinus Martyr , Iosephus Hebræus , Tertullianus , Firmianus Lactan- tius , & hic noster , uir ceteroqui prudentissimus , in ea opinione uersantur , ut an- gelos putent , qui corpore carent , mulierum concubitu delectatos , procreasse li- beros , qui Dæmones uocantur . id quod non modo non uerum est , sed plane eti- am ridiculum . si enim illi corporis expertes sunt , qua ratione fieri potest , ut cum 40
mulieribus

mulieribus ipsos rem habuisse opinemur , cum neque coitus , nec liberorū procrea- tio sine corpore extare ullo modo queat : certe nō a nostris illi ista arripuerunt , sed a Platone , Trimegisto , aliisq. philosophis , quorū studio illi plus , quam oportet , elati ea aliquādo scripserunt , quæ minus consentanea sunt puræ nostræ religioni . idq. propterea cum in has , atque adeo alias eius generis ueterum opiniones incidi- mus , diligens quædam cautio a nobis afferenda est , ne quid tale cum illis sentia- mus , quod alienum esse possit a ratione , & sensu christiani hominis . nam cum hæc Moses litteris mandauit , quæ nos in Genesi ita hebraice legimus . ויראו בני האלהים בנות האדם . Videntes scilicet filii Dei fi- 10
lias hominum , quod essent pulchræ , acceperunt sibi uxores ex omnibus , quas ele- gerant . Hunc locum male interpretati ii , quos dixi , cum quorundam philosopho- rum mentem potius expresserint , longe abfuerunt ab eo , quod diuinus ille uir sen- sit . Siquidem Latini , Græciq. Patres , tum Hebræi ; & Chaldæi scriptores in eam sententiam frequentes eunt , ut filios Dei eos intelligant , qui e Seth nati sunt : fi- lios autem Dei illos hoc quidem nomine ideo appellatos esse existimant , propte- rea quod Dei cultum & pietatem in sancte coluerunt . & quoniam qui a Cain origi- nem duxerunt , ii patris omnino similes , nempe ex omni scelerum genere conglu- tinati , cum nefaria & impia quæque consecrati sint , hos filios , aut filias hominum dici recte censuerunt . nam ita in primis B. Hieronymum , Augustinum , ceterosq. 20
summos nostræ religionis uiros sentire uideo , quibus plane Græci consentiunt . sic enim illorum litteris traditum , & præceptum est , υιοι θεου , οι ου ειν ειν οηθ , θρησκωτικη δει αυδρωπιων , οι ειν οηθ . Theodoritus item , ελενοι ουθ , inquit , ως δει οηθεις ανωμασθησαν υιοι θεου , ηεβραϊστικω γαρ ειν οηθ το γένος , & quæ sequuntur . in quam sententiam scribuntur reliqui nostræ fidei interpretes , in quibus est Eucherius Lugdunensis Episcopus , non contemnendus , qui hac de re tota eo Genesim capite enucleate perscripsit . Aben uero Esdras in Hebræis est auctor locupletissimus , qui testatur ita plerisque sentire , ut iam modo dixi , בנות האדם בנות , ויש אחרים כי בני האלהים כי שות בנות האדם בנות . Sunt , inquit , qui dicunt filios Dei , filios Seth , filias autem homi- num , quæ a Cain genere profecta sunt . atque hæc quid est de filiis Dei omnium 30
pene sententia , quæ ceteris anteponitur . alii tamen alias afferunt . nam Ianathas Chaldæus , qui Theodotio ille Bibliorum interpres coniectura quadam a nonnul- lis putatur , is , qui sacros libros Chaldaice ita reddidit , ut quæ mysteria Hebræo sermone occultata latent , ea omnino aperuerit , ita illum locum expressit , וחו בני אלהים בנות חיות רבני חיות בנות אנושא . Viderunt filii principum filias hominum humilium . Hos uero principes interpretantur nonnulli gigantes illos ingenti magnitudine homi- nes . nam quæ magna sunt & eximia , solent sacris in litteris ea appellari Dei nomi- ne . ut Cedri Dei , Montes Dei , Niniue ciuitas Dei , hoc est , magna , & ampla . Si igitur filios principum , gigantes ipsos intelligimus ; id in eum sensum cadit , ut illos Seth filios plane opinemur . hos enim immensa corporis magnitudine , ac firmitu- 40
dine Deus effecit . sic enim est apud D. Chrysostomū , οι γαντας ειν αλασαν τις ηεραε , τις δειμνηεις ; ποιητες γαρ εποίησε ο θεος , τις υιοις ειν οηθ , υ-ηηθεις . Neque defunt præ- terea , qui filios Dei interpretantur filios iudicum , qui ius diuinum exerceant . qua in sententia est is , quem modo dixi , Esdras . est enim hoc hebræi sermonis consue- tudine usuq. receptum , ac pæne tritum , ut iudices , האלהים , Dii appellentur ; in eo libro , qui Exodus inscribitur , sic litteris mandatum est , בתוישו אדניו אל האלהים , & applicabit eum dominus suus ad Deos , hoc est , iudices . Atque in omnibus qui- dem his sententiis ut uera illa est , quam B. Augustinus , Hieronymus , ceterique , quos supra commemorauī , omnino habent ; sic illa plane falsa , & ab omnibus de- risa est eorum , qui de angelorum concubitu male opinati sunt . contra quos cum FF 2 Theodo-

Theodorus, & Cyrillus diferte copioseq. scribant, tum Theodoritus unus in primis est, qui non solum in eos acerbissime inuehitur, sed rationes etiam affert, & eas quidem grauissimas, quibus falsa illorum opinio, & turbulentus sane error tollitur. Neque uero Suidam preteribo, qui rem hanc totam non male interpretatur. Sunt, inquit, ingressi filii Dei ad filias hominum: hoc est, filias Cain, & posterorum eius, nam qui eo tempore uiuebant, Dei nomine Seth appellabant; propterea quod is hebraicas litteras, & astrorum nomina inuenerat: tum quod magnam illius pietatem erga Deum admirabantur, quo factum est, ut primus omnium uocaretur Dei nomine. id quod etiam Moyse contigit. Dedi te, inquit Dominus, Deum Pharaoni: itemq. de uiris uirtute prestantibus, & diuina gratia illustribus, & iudicibus scribit: Diis non maledices. Itaque merito filii Seth, & Enos, & Heno- 10 ch, filii Dei, & filii Deorum, ut ait Symmachus, intelligendi sunt, qui intemperantia libidine affecti, ad filias Cain ingressi sunt, ex quorum impuro coitu gigantes nati sunt, qui ex ea parte, qua a iusto Seth originem trahebant, robusti, ac proceri, ex ea uero parte, qua ab iniquo Cain proficiscebantur, prauis, pessimiq. extiterunt. Hæc præclare Suidas; qui plane consentit cum iis sententiis, quas supra attuli. Qui igitur contra opinantur, ii taxari uidentur omnium pene eorum incredibilem confessione, qui summa uirtute, summaq. religione res nostras interpretantur.

214. Arcam immensæ magnitudinis ex lignis contexit. De magnitudine arcæ est aliquid sacris litteris proditum. longam enim trecentis cubitis, latam 20 quinquaginta, altam triginta fuisse extructam, non solum illis litteris consignatum est, sed omnes plane narrant, qui rerum sacrarum memoriam libris complexi sunt. Eucherius tamen Lugdunensium Episcopus, homo in primis religiosus, multipliciq. doctrinarum genere eruditus, ingentem illius arcæ magnitudinem nobis explicat eo commentario, qui est in Genesim. huiusq. opinionis auctorem habet Origenem, qui scire & litterate, ut alia multa, sic hoc item perscribit, Mosem in explicanda immensa illa amplitudine geometricos cubitos intelligere uoluisse, qui singuli tantum spatii conficiunt, quantum est quinque nostrorum. Itaque supputata illorum cubitorum ratione, probabile omnino est, magnam illam quidem, & amplam fuisse. non defunt tamen plerique, qui arbitrentur tantæ, ac tam immensæ 30 magnitudinis arcam extrui non posse. imperite profecto hoc dicunt. nihil enim est tam magnum, quod & Deo iuuante, & industria hominum, & aliquo temporis spatio parari, & confici non possit. primum enim Noe uir pius, homoq. sine dubio industrius, Dei in primis ope adiutus, arcæ formam modumq. eum constituit, quem Deus ipse præscriperat. quid igitur obstat, quo minus ab eo perfici potuerit opus, quod Deo iubente inchoatum, eodemq. adiuuante, centum annorum spatio re uera absolutum est? si quidem centum ipsos annos in illa ædificanda positos esse scribit D. Augustinus, cui assentitur Eucherius, quem modo nominavi. idq. etiam confirmatur uerbis Dei. cum enim is libidinum & flagitiorum, quæ homines admitterent, multitudinem atrocitatemq. animaduerneret, iis hominum 40 sceleribus impulsus, & concitatus, humanum genus delere instituit: & quoniam pius est, & misericors, ante quam eiusmodi interitus existeret, pœnitendi tempus illis dixit, ut si uidelicet uiginti & centum annorum spatio male antea uita eos pœniteret, ab hoc acerbissimo exitio liberarentur; sin autem male agere pergerent, cum suis flagitiis ipsi extinguerentur: Erunt propterea, inquit, dies centum & uiginti annorum, nempe quibus homines pœnitentiam agant. in quam sententiam, Chaldaice Ianathas interpretatur. toto igitur hoc temporis interuallo, quod a Deo hominibus tributum est, ut ad optimum uitæ institutum redirent, atque a maleficiis se se continerent, Noe, admonente Deo, arcam illius magnitudinis ædificauit.

Sunt

Sunt tamen, qui illam Dei sententiam eo referunt, ut in posterum, quæ antea multorum annorum fuerat, uitam CXX annorum ob peccata Deus hominibus tribuerit, sic opinatur Lactantius, sic Chrysostomus, sic Theodorus, sic item Iosephus, qui primo antiquitatum libro hoc ipsum aperte ita græce narrat, *σωτηριον γαρ ηδη τοις ανθρωποις το ζωον, και βραχυτερον ηγιντο μεχρη μασσας ηγατον επι σπορας τοις εικοσι χρονις.* Hæc ille. Sed si attendimus, horum omnium sententia & si probabilis illa quidem est, uera tamen certe non est. quoniam qui post Cataclysmum uiixerunt, complures extiterunt, qui ad plures annos uitam traduxerunt, quam ad illius temporis spatium, quod illi a Deo hominibus præfinitum esse uoluerunt. Abrahā CLXXV annis uixit, & tota pene illa Nohæ posteritas diutissime in uita fuit. id quod iis facile cognoscere licet, qui in notandis temporibus studium ponunt: Itaque non male profecto sentiunt ii, qui illud CXX annorum tempus ideo illius ætatis generisq. hominibus datum putant, ut mutarent male agendi consilium, cum hæc quidem res illis pœnitentibus optimus futurus esset portus salutis. Sic quadraginta dies Niniuitis dicti sunt, quorum spatio eos peccati sui pœniteret. In hanc enim sententiam illa Dei uerba, quæ commemorata sunt, explicat apud Hebræos is qui Aben Esdras dicitur. hoc idem existimant ii, qui in cabalisticis uersantur; hocq. ipsum cum sentiat Berofus Chaldæus, illud etiam adiungit, quod Noe, quoniam erat homo pius, & ualde religiosus, uitam integerrimam agebat, hortabaturq. & monebat ceteros, qui a recto Dei cultu, arque optima uiuendi disciplina descuerant, ut Deum ipsi pie sancteq. colerent, atque ei hæc omnia, quæ ad hominum usum & cultum generata, in hac uniuersitate cernuntur, accepta referrent. Sed toto hoc tempore, quod illis pœnitendi causa datum est, cum ille cohortationibus atque admonitionibus, parum apud eos profecisset, qui ita ad peccandum se instituerant, ut in eo peccandi genere iam obstinato essent & obfirmato animo: factum est, ut centesimo post anno, quo tempore arca iam perfecta erat, cum illi facti essent nihilo meliores, omne & hominum, & animantium genus interierit illa aquarum inundatione, quæ in omnem mundi partem peruenerit. non enim, inquit Iustinus Martyr, audiendi sunt ii, qui eam modo regionem, quam illius ætatis homines incolebant, aquis oppletam putant. Cum igitur hoc cum ueritate ualde coniunctum sit, ut tantum temporis, quantum illis concessum esse dictum est, habuerit Noe, uerisimile sit hoc ipso uel longissimo temporis spatio arcam illam ita magnam ab eo fieri potuisse, quantam sane ex præscripto Dei ædificatam esse non solum diuinæ litteræ significant, uerum etiam declarant Origenes, Eucherius, & reliqui, quos in presentia nominare nihil attinet.

214. Ac bitumine illitam, impenetrabilem aquis reddidit. Illa Nohæ nauis & lateribus & tecto ita munita erat, ut ui aquæ superari nullo modo posset. hoc narrat Iosephus lib. primo cap. 3. Antiq. Iud. Ex qua uero materia ædificata sit, id minime inter omnes conuenit. alii enim ex abiete, alii e cedro, nonnulli ex pino, 40 quidam e politis lignis extructam opinantur, neque tamen quo arborum genere illa essent, plane dicunt. id quod nec D. Hieronymus satis exploratum habet. Dissensio hæc omnis ex eo existit, quod uerbum hebraicum נָחַשׁ, quo uerbo sacræ litteræ utuntur ad significandam materiam, e qua nauis illa ædificata est, rarum quidem, & singulare est, semelq. tantum eo Genesim capite inuenitur, in quo mentio fit de illa arcæ structura. Quo factum est, ut uarie sit interpretatum. Sed tamen qui Hebraici sermonis litterate periti sunt, genus arboris leuissimæ dicunt, quæ præleuitate non facile immergatur, neque putrescat. Chaldæi e cedro factam opinati sunt. ita enim hebraicam uocem Ianathas Chaldaice reddidit. Neque uero defunt, qui in Bibliis pro נָחַשׁ legunt כֹּמַר, opinanturq. e lignis bitumine illitis eâ fuisse factam.

FF 3 Etam.

ctam . neque propterea res in promptu est . nam si hoc alterum quærimus , quo bitumine scilicet oblita sit , hoc æque incertum est , ut illud , quod de materia indagamus . Sunt qui pice , ut hic noster , illitam putant ; alii aliud luti genus affingunt , quo compacta illa sit , & conglutinata . Verum in hac opinionum uarietate ; illud coniectura assequi licet , quod Sulpicius narrat , ita firmiter ædificatam esse , atque adeo instructam , ut omnes & crebras , & uehementes æstuum commutationes , omnemq. aquarum uim facile sustinere potuisset . id quod declarant LXX interpretes , qui ἐν ἑλίῳν πηλῶνων , hoc est , quadratis lignis compactam scribunt . quæ lignorum forma satis habet firmitudinis & roboris .

214 Igitur Noe cum iam imbrem destitisse &c.) Centesimo & quinquagesimo die , postquam pluere cœpit . sic scribit Iosephus lib. primo cap. 5. Antiq. Iud. hocq. idem in Bibliis cap. 8. Genesis . Hoc tamen differt ab eo , quod sacris Bibliis litteris proditum est , quod is mense septimo , die septimo & uigesimo illud euenisse narrat ; in illis uero , mense quidem septimo , die autem septimo decimo factum scribitur . Itaque dies decem e Iosephi summa subducendi sunt , ut ratio plane conueniat . nam ita fiat necesse est , ut calculus consentiat cum quinquaginta illis & centum diebus , quibus terras diluuium uastauit . cum enim mense secundo , Hebræorum more loquar , die septimo decimo illa pluuia magna uis & copia e cælo desuere cœperit ; si ab hoc secundi mensis die numerandi initium faciemus , rationemq. ducemus ad septimi mensis diem septimum decimum , calculus omnino consistet ad quinquaginta illos & ceterum dies . In hoc item dierum errore sunt Græci interpretes , qui græce habent , ἐξ ὀδοῦ καὶ εἰκοσθῆ . in eundemq. inciderunt , qui illos confectati sunt . Chaldæi uero , ut in ceteris , sic in ea numeri ratione cum Hebræis admodum consentientes sunt . Sed cum duplex sit apud Hebræos ratio , qua anni initium ducitur , a multis quæsitum est , qui mensis ille septimus intelligatur , quo aquas exaruisse scriptum est . Solent enim Hebræi , cum de festis diebus agunt , a mense , qui dicitur כסיו , anni initium facere . si uero negotii alicuius , aut actionis uel publicæ , uel priuatæ diem notare uolunt , a mense תשרי exordium habent . hic quidem mensis pene nostro Septembri ; ille partim Martio , partim Aprilii responder . si festorum dierum instituto anni rationem inimus , cum diluuium illud mense secundo factum esse legamus , id tempus in nostrum Aprilem incurret , quem כסיו illi dicunt . hacq. ratione fiet , ut mense Octobri aqua exaruerit . quod plerique , qui annales confecerunt , plane sentiunt . Si uero alteram anni rationem putamus , id contra euenisse existimabimus , ut mense scilicet Octobri illa aquarum immensa uis & copia e cælo desuere cœperit , in qua opinione est Iosephus , mense autem Aprili repressa & exsiccata apparuerit . Res est , ut illa de tempore orbis terrarum conditi , controuersa , & a multis in utramque partem disputata . nihil tamen ii , ut Academici solent , certi omnino statuunt . idq. factum est , quoniam cum propria ac præcipua mensium nomina Hebræi minus habeant , non eorum quidem nominibus rerum siue publicas , siue priuatas actiones notant , sed numero , in quo quisque mensis collocatur . quæ res adhuc incerta est , cum duplex sit , ut dixi , illa anni Hebraici ratio . Quod uero mensium nominibus Hebræi careant , id ex Bibliis intelligi licet , in quibus nullum eorum nomen scriptum est . Quæ uero hodie illorum uocabula extant , Chaldæa sunt , non sane Hebræa ; unde si qui menses in Bibliis appellantur suis nominibus , ea nomina solum reperiantur apud Aggæum , Zachariam , Daniëlem & Esdræum , qui prophetæ uixerunt tempore Chaldaicæ seruitutis , quo tempore ut alia multa , sic hæc mensium nomina hi ab illis acceperunt .

214 Coruum primū exploranda rei gratia , eoq. non reuertente , ut ego coniecio , cadaueribus detento emisit columbam .) Hic noster in ea opinione est ,

quam uulgo habent , egressum ex arca scilicet coruum , numquam rediisse . nam septuaginta interpretes habuit auctores , qui de eo sacris Bibliorum litteris ita scriptum reliquere , καὶ ἐξ ἑλδοῦν , ἐν ἀπίσπραλει . hoc est , Abiit , neque rediit . in qua quidem sententia cum Græci scriptores omnes , & Latini item ualde uersentur , causam eam attulerunt , quod ille cadaueribus detentus non redierit . Hæc plerisque coniectura placet , qui cum Noe ipsius pietatem prædicent , in multis , quæ & pice , & ornate afferunt , illum etiam corui fraude deceptum affirmant . in his est Isidorus Hispalensis , homo acutus , & doctus , qui ita de eo loquitur : Serpentibus & bestis sociatur & non terretur , cui feræ colla submitunt , uolucres famulantur , emisit enim columbam , & reuersa est : sed fraude corui decipitur . Igitur de coruo non reuerso communis est & popularis opinio , summo Græcorum item assensu comprobata , qui , quoniam magnopere in ea opinione sunt , ad eum Genesis locum multas interpretationes afferunt , quæ hominibus eruditis dignæ sunt , atque iis , qui in doctrina uolunt excellere : tamen si Hebraicas litteras adhibemus , & Chaldaicas item , in quibus sæpe multus inest ueritatis splendor , res de coruo ad eam opinionis speciem traducetur , ut omnino ipse reuersus sit . Quæ res si ita se habet , id quod opinari , a ueritatis ratione est foras non alienum , qui illum locum ornarunt , & illustrarunt multis quasi sententiarum luminibus , quæ ad id pertinerent , quod omnium sermone iam nunc etiam tritum est , Coruum , a Noe emissum , non rediisse : eorum plane sententiæ nihil habent momenti ad id maxime , quod uerum esse comperimus . sic enim ea de re hebraice in Bibliis scriptum est ; וישלח את הערב ויצא יוא ושוב . Et emisit coruum , qui egressus , rediit . quem locum ita explicat Chaldæus Ianathas , ut coruum emissum interpretetur , eumq. ultro citroq. uolando toties rediisse , quoad terra ex aqua emerit . in quam sententiam hac ipsa de re scribunt item Hebræi interpretes ; & D. Hieronymus , qui , quoniam hebraice nouit , multa adiumenta fidei Catholicæ atque ornamenta subministravit , in quæstionibus hebraicis hoc sentire uidetur .

214 Rursum remissa , folium oliuæ retulit .) Mera somnia sunt , quæ Rabbinide hoc oliuæ folio uel ramo narrant . non enim audiendus est is , qui huic columbæ Paradisi fores fuisse apertas narrat , unde uirentem oliuam afferret . alterius uero est omnium consensu repudiata sententiæ , qui illam aquarum immensam uim ad Israelitarum prouinciam peruenisse negat : indeq. propterea a monte oliuarum uirentis oleæ ramum allatum temere imprudenterq. affirmat : Iocularis profecto istorum est scribendi licentia , qui pro arbitrato suo quæque cōminiscuntur , cum in iis ipsis nulla sit ueri , aut certi uel minima nota . Ad nostrum redeo , qui folium oliuæ a columba allatum narrat , alii uero ramum . utrumque est in sacris Bibliis tum Græcis , tum Hebraicis . Emissa igitur semel atque iterum columba , cum ramo uirente tum denique redit , cum rursus emissæ est . ex quo Noe intellexit terram ex aqua extare .

314 Tertio demum emissæ , non rediit : unde animaduersum est , aquas destitisse .) Septimo die post alterum illius reditum missa , postea minime reuersa est , ex quo intelligi potuit , terram ex aqua eminere . Itaque Noe Dei iussu ex arca seu nauis cum suis omnibus egreditur . quo autem in loco id factum est , eum locum , ut placet Iosepho , Armeni ἄρκαθελου dixerunt . Arca uero constitit , ut narrant sacre litteræ , in montibus Armeniæ , quam Ararat & Hebræi , & LXX interpretes dicunt . Chaldæi hos montes קרדו dictos esse scribunt , quos Cardæos Q. Curtius , alii Cardæos , multi Carduenos uocarunt , hodieq. Barbari Arabico nomine Gebelnoah , hoc est , montem Nohæ appellant . De hoc diluuiio mentio extat apud Iosephum lib. primo cap. 3. et alii præterea multi , qui exterarum & barbararum gentium

342 NOTATIONES IN SVLPICII
tium res gestas litteris mandarunt, de ea scribunt, quales sunt Berofus Chaldaeus, Hieronymus Aegyptius, Nicolaus Damascenus, qui tamen in eo audiendus non est, quod scribit, Barim præcessum quendam montem in Armenia esse, quo permulti eluuiionis tempore cum perfugerint, saluos factos esse narrat. Hoc minime cohæret cum sacris litteris, quibus scriptum est, eos, qui in arcam inclusi fuerint, saluos & incolumes solum fuisse, præterea neminem.

214 Id gestum a mundi exordio, post annos, ut ego comperio, 2242.) Hæc prima ætas, ut initio commemoravi, annorum ratione ita difficilis est, ut non facile quiuis rem totam explicare omnino queat. nam si de singulorum annis, quibus hæc ipsa sæculi ætas notatur, dissensio est non parua, ; certe neque illud probabile est, ut totus calculus inter eos omnes constet, qui hoc rei genus pertractare uoluerunt. Huius ætatis annos bis mille sexcentos & quinquaginta Iosephus numerat. In Græcorum calculo sunt anni bis mille ducenti quattaginta duo. In Hebraicis Bibliorum monumentis, quorum maxima, ut par est, in hac re auctoritas esse debet, summa consistit ad annos mille sexcentos quinquaginta sex. Hic noster cum nulla hac numeri ratione consentit. Itaque uerum plane est, quod sæpe dixi, omnes, quicumque hoc de genere scripserunt, parum, uel nihil potius inter se consentientes esse.

214 Ac primum Noe.) Noe nomen a נח proficiscitur, quod quietem, seu cessationem Hebræorum sermone significat. neque temere id illi nomen Lamech pater imposuit, quasi numine diuino afflatus præuideret, hunc hominum generi quietem & consolationem allaturum. id quod euenit propter uitam, quam integerrimam, sanctissimamq. egit, quæ admirabilior fuit, in tanta præsertim illius ætatis eorum hominum penuria, qui rectum uitæ cursum tenerent. Ideo sunt, inquit Chrysostomus, uel maxime beati iudicandi ueteres, non tam quia recte se gesserint, & uitæ genus delegerint uirtuti consentaneum; quam quoniam nemo uideretur, qui bene tum ageret. in quam sententiã sacris litteris ita mandatum est: Noe iustus, & perfectus in generatione sua. atque eam ob causam admiramur Abraham; admiramur Mosem; quorum uitæ sanctitas, extinctis ceteris luminibus, quasi lumen aliquod eluceret; cum ab eo recto uiuendi cursu, a quo ceteri deflexerant, ne minimum quidem illi discederent. Verum non tam preclare de Noe scriptum est, quam male opinati sunt Gnostici de illius uxore. Hanc Poetæ Pyrrham fuisse fabulantur; hi cõsingunt nescio quam Noriam, quæ nusquam extat. igitur, ut in nomine falsi ac plane mendaces inueniuntur; sic cetera, quæ de illa cõminiscuntur, fabulæ sunt, quas profus exigunt ueritatis amatores. Barthena illius uxor appellata est, quam feminam spectatissimæ uitæ ex eo intelligi licet, quod Dei iudicio in uniuerso illo hominum interitu illa cum marito & liberis suis conseruata dicitur. De ea Epiph. lib. primo contra Her.

214 Ac primum Noe aram Domino statuit, hostiasq. ex uolucris immolauit.) Non solum ex auibus, sed ex omnibus mundis animantibus Noe sacrificium Deo fecit, quod quidem ita illi gratum fuit, ut negaret, se in posterum propter maleficia hominum terram aquis obruturum. Si uero grauius eorum essent scelera, & si non aquarum eluione, tamen fame, igni, & gladio ea se uendicaturum promissit. ut testis est Philo.

214 Præceptumq. a Domino accepit, ne sanguine uesceretur, aut sanguinem hominis effunderet.) Non modo hoc unum præceptum, sed septem Noe eiusq. posteris a Deo tradita fuisse, ex hebræorum litteris accepimus. quæ sanè præcepta quoniam rabinorum fortasse commentis conficta sunt, prudens sciensq. omitto. nolo enim uideti facere cum iis, quos ego male odi. quoniam uiri boni omnino ne-

no nequaquam sunt, & ueritatis præterea non amici. Quod uero dicitur Deus prohibuisse, ne Noe sanguinem hominis effunderet, hoc sacris Bibliis ita expressum est; Quicumque effuderit humanum sanguinem, funderetur sanguis illius. de cæde hominis totus hic locus est, quem Chaldaeus Ianathas ita explicat, ut testibus adhibitis, atque ex sententia iudicum is puniatur, qui tale aliquid admisit. non enim uult Deus cuiquam priuato homini licere eum occidere, aut punire, qui eadem fecit, sed hanc potestatem magistratui tribuit, qui non temere hoc faciat, sed causa plane diligenter cognita. nam ante aquarum illud diluuium, omniumq. hominum interitum, hoc de cæde iudicium uoluit ad se pertinere, quãdo quidem uetuit, ne Cain, qui Abel fratrem occiderat, ipse a quoquam interficeretur. huiusq. rei causa signum in eo, quasi notam inuisit. Sed posteaquam hominum genus aquarum ut ac copia omnino deleuit, cum animaduerneret eos quotidie magis atque magis libidinibus, flagitiisq. contaminari, inundatione iam facta, & Noe liberisq. eius saluis, illam suam potestatem homini communicat, magistratumq. instituit, cui uitæ ac necis in illos potestatem tribuit, qui homini cuiquam uitam iniuste ademerit.

214 Ne sanguine uesceretur.) Pro herbis, quibus ante aquarum diluuium uescabantur homines, cunctorum animantium deinceps cibum illis permisit, a carne tamen, quæ cum sanguine mixta esset, eos abhorreere uoluit. תאכלו אר בשת בנפש. sic illud Hebraice præceptum est, quod Græce LXX uiri subobscurè reddiderunt: *תאכלו אר בשת בנפש*. D. Hieronymus apertius ita dixit: Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. sensit enim uir sanctus & prudens, sanguinis & animæ nomine idem Hebraice significari; iccirco omisit id nomen, quod altero plane significari putauit. De eo, quod hoc loco Hebræis prohibetur, multorum multæ & uariæ sunt sententiæ. Sunt qui in ea opinione sunt, ut credant uetari, ne uiuis animantibus uescerentur. id quod a Polyphemo Homero olim factitatum esse legimus, hodieq. ab iis, qui Taprobanam insulam incolunt, maxime fieri dicitur. Alii bestiarum esum, quæ suffocata sunt, neque earum sanguis est effusus, prohiberi affirmant. Plerique uero id solum uetitum opinantur, ut ne sanguine uescerentur. in qua opinione hic noster est. neque id fortasse a ueritate alienum, cum hoc idem sit lege præceptum. Hebræi suas item hac de re opiniones habent, quas commemorare nihil omnino attinet. Nam si bene sentire uidentur, qui totum hunc locum ad hominum cædem referunt; si ea præsertim uerba diligenter attendimus, quæ proxime in eo Genesis capite sequuntur. etenim cum post diluuium hoc beneficium hominibus Deus tribuerit, ut non solum ex herbis, quemadmodum antea, uerum etiam ex omni animantium genere cibum caperent; ne tamen illis occidendis ad mutuam inter se cædem ipsi afficerentur, quod euenire in iis cernimus, qui pecudum cædibus mancipati, ita immanes, atque adeo crudeles existunt, ut uel uno uerbo uiolati, cædem hominis quarant; illud præcipue sanxit, ut a nefario illo cædis humanæ scelere & manus & animos homines abstinerent. idq. ita uetuit, ut non ab ipsis modo hominibus, qui tale aliquid admiserint, uerum etiam a belluis, quæ hominem læderent, poenam se repetiturum his uerbis dixit: ואך את מטרם לבנשותם אדרש מיד כל חיה אדרשנו ומיד האדם מיד. Sanguinem enim, inquit Dominus, animarum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu uiri, & de manu fratris eius requiram animam hominis. Atque adeo hoc uerum est, ut bouem, qui cornu petat, lapidibus obrui iusserit. Suem uero Hebræis in odio esse, scribit Aelianus, propterea quod carne humana uescatur. Si igitur diuina lege homo, quem solum Deus erexit, & ad cælestis domicilii conspectum, & ad re-

rum æternarum contemplationem excitauit, a bestiis uiolari prohibetur, quas partim ad illius usum, partim ad fructum, partim ad uescendum is procreauit; multo uerius est, ut hominem ab homine occidi, aut alio pacto lædi uetuerit; præsertim cum alterum alteri multis & iis quidem sanctissimis societatis uinculis deuinctum esse uoluerit. Sed res ipsa per se loquitur, neque longiori plane oratione indiget.

214 Igitur, uacuo tum sæculo, ex filiis Noe Sem fuit. tres enim habuit, Sem, Cham, Iaphet. Ab his tribus Nohæ liberis, eorumque posteris cunctæ in omnem terram gentes disseminatæ sunt. nam Iaphet Europa & Asiæ pars, reliqua autem Asia Sem, Africa Cham obtigit. Qui a Iapeth genere profecti sunt, ii omnino quindecim fuere, nempe filii septem, nepotes octo. Qui uero a Sem, hi septem & uiginti numerantur; e quibus filii quinque, nepotes duo & uiginti. Qui a Cham unus & triginta extiterunt; quorum filii quattuor, reliqui uero nepotes. Itaque post immensam illam eluuiionem, qui principio hunc terrarum orbem uacuum occuparunt, si eorum summa initur, uniuerſi tres & septuaginta fuere. & quæ cuique pars obtigit, eam suo ille nomine appellauit. Neque uero existimandum est, Nohæ tempore homines solum eo numero fuisse, uel totidem gentes, quorū illius fanæ posterii. Ab Iaphet filiis, quos septem dixi, populi hi fuere. Galatæ, unde Galili, a primo eius filio Gomor. ab altero, qui Magog dicebatur, Scythæ; a tertio Madai Medi; a quarto Iauan Iones siue Græci; Hiberi, unde etiam Hispani a Tubal, qui fuit quintus; Cappadoces a sexto, qui fuit Mofoch; ab ultimo denique filio, qui Thyras uocatus est, Thracæ extiterunt. Qui populi aut prouinciæ magnam partem cum in Asia sint, uerisimile sit, id quod plerique memoria prodiderunt, illos in ea Asiæ parte ad Tanaim usque fluuium ab Amano monte terras occupasse. ex septem autem iis Sem filiis duo solum commemorantur, quorum posteritas gentes propagauit: alios uero quinque & si filios procreasse probabile est; tamen quoniam ab illis populi seu gentes non emanarunt, sed potius ipsi cum ceteris se se coniunxerunt, non tamquam duces, sed comites affectatoresque eorum, qui alicuius gentis nationisue auctores ac duces esse uoluerunt: eam ob causam illorum liberi, qui non principes, sed aliorum affectæ fuerunt, in Bibliorum tabulis non percensentur. Ergo duo Sem filii, de quorum liberis scriptum extat, unus Gomor, alter Iauan, uocantur. hic quattuor filios habuit, qui unus Elisa, alter Tharsis, tertius Cherim, quartus Dodanim dictus est: ille uero tres, Aschenaz, Riphath, Togorma; ab Tharsis Cilices; a Cethim Citi, hoc est, Cyprii; a Dodamin, seu Rodamin (sic quibusdam placet, ut immutata sit littera γ , pro ρ , cum sit inter eas maxima apud Hebræos similitudo) Rhodii originem duxere; ab Elisa reliquæ Cycladum insularum gentes. E Gomor uero filiis, Phryges ab eo fuerunt, qui Thogorma appellatus est, quo nomine Iudæi huius ætatis Turcas uocant: ab Riphath altero filio Paphlagonæ; ab Aschener Germani, eoque nomine illa prouincia a Iudæis hodie dicitur. Atque hi quidem sunt Iaphet posterii omnes, qui partim Europæ continentem, partim insulas usque ad Oceanum Britannicum occuparunt. Sem uero, qui ex illis Nohæ tribus filiis grandior natu fuit, hos quinque, ut dixi, habuit liberos; Elam a quo Persæ, Assur a quo Assyrii, Arphaxat a quo Chaldæi, Lud a quo Lydii, Haram, unde profecti Syri. ex his autem quinque solum hi duo Haram & Arphaxat liberos genuisse leguntur. Haram quattuor hos habuit, Hus, Hul, Iezer, & Mes. a primo Auxitidarum, quorum ciuitas in Cœlesyria est, genus extat; ab altero Armeni; a tertio Carii, a quarto Mysii originem traxere. Arphaxat uero alter Sem filius, e quo, ut dixi, liberi extiterunt, unum procreauit, qui Sela dictus est, a quo Heber natus est, unde Hebræi se originem habere gloriantur. Sed controuersa res est, neque satis diiudicata. Hic Heber duos suscepit filios, unum, qui

qui Paleg appellatus est, quod ei nomen pater imposuit, quasi diuinaret florente illius ætate futuram esse linguarum diuisionem, nam γ diuisio latine interpretatur; alterum uero habuit, qui Iecta dictus est. hic duodecim procreauit liberos, qui a Cophene Indiæ fluuii ad Assyriam usque uacua loca occuparunt. Iraque, supputata ratione, qui de Sem orti sunt, tam filii, quam nepotes, numero sunt, ut proxime dixi, septem & uiginti. Sequitur tertius Nohæ filius, e quo quattuor filii extiterunt, Chus, Mesraim, Phuth, & Chanaan; quorum primus Aethyopiam, alter Aegyptum, tertius Lybiam, quartus Iudæam incoluit. huiusque rei illud argumento est, quod hodie quoque iis ipsis nominibus singulæ illæ prouinciæ Hebræice uocantur. Ex iis autem quattuor Cham liberis, excepto eo, qui Phuth dictus est, reliqui tres, Chus scilicet, Mezraim, Chanaan, filios suscepisse memorantur. Chus quidem filii sex fuere, Saba, Euila, Sabatha, Regma, Sabathacha, & Nembrod. a Saba Arabes profecti sunt, quos Sabæos Virgilius appellat: ab Heuila Geruli, a Sabatha Astuarii originem habuere. Regma uero, & Sabathacha quarum gentium auctores fuerint, nihil adhuc compertum habeo. Alter Cham filius Mezraim octo filios genuit, qui a Gaza oppido usque ad ultimos Aegypti fines omnem terram possederunt. quoniam uero bello Aethyopico illorum urbes Hebræi deleuerant, nihil certi sciri potest de iis nationibus, quæ ab illis extiterint. tertius Cham filius Chanaan fuit, qui undecim liberos habuit; iiq. primi omnem Cœlesyriam, Palæstinam, Iudæam incoluerunt. de huius tamen posteris non multum litteris traditum est, cum fere ab initio genus eorum Hebræi extinxerint. nam quæ Noe filio Cham male precatus est, ea mala non illi, sed Chanaan eius nepoti ac posteris acciderunt. Sin autem rationem eorum inimus, qui a Cham nati sunt; filios quattuor, nepotes XXV, pronepotes duos, fuisse comperiemus. Cuius numeri summa, ut supra dixi, omnis est XXXI. Si igitur post diluuium facta est in omnes orbis partes humani generis propagatio, falsi sunt atque omnino mendaces Aegyptii, & Chaldæi, qui se omnium antiquissimos esse iactant. nam ante diluuium neque Aegyptus, neque Chaldæa regio habitabatur, sed ea solum pars, quam prope Paradisum Adam incoluit. ideo probabile non est, illos uetustate esse omnium antiquissimos: siquidem ab orbe condito ad diluuium, ut est Hebræorum ratio, anni intercessere. M. D. C. LVI. ipsi uero cum postea fuerint, non eam habent generis antiquitatem, de qua cum aliis nationibus sæpe cõtenderunt.

214 Sed Cham, quod sopitum uino patrem riferat, maledictum a patre meruit. Noe homo fuit agriculturæ deditus, quem propterea ex Hebræi sermonis consuetudine אדמה terræ uirum, hoc est, agricolam diuinæ litteræ uocant. eo igitur agri colendi studio delectatus, princeps fuit, qui uites serere cœpit, unde וינו uocatus est, & a Græcis, deflexo paululum nomine, Ianus nempe uinitor dictus est. Sunt qui ante diluuium uini usum fuisse dicunt; quorum error coarguitur, quod hic primus, ut Bibliorum litteræ declarant, uites colere, & serere cœpit. a qua re nomen habuit, quod dixi. huiusque rei signum est etiam non minimū, quod epoto uino, cuius uim ignorabat, ebrius factus est. Atque hac quidem re illud euenit, ut quod biberat, uinum cum edormiret, nudatæ essent, atque apertæ turpes corporis sui partes, quas Hebræi honesto nomine, & uerecundiæ pleno אורו uocant, גלוינו LXX interpretes, illorum uerecundiam imitati, uerterunt, nos si uerbum uerbo exprimimus, nuditatem dicere possumus. Quam rem Cham eius filius cum animaduertisset, risit, & statim Iaphet Semque duobus suis fratribus nunciavit. Risus quidem fuit neque pudens, neque ingenuus, sed uerecundiæ omnino inimicus, sine qua nihil honestum esse potest, nihil rectum. deinde quod filius, abiecta omni pietate, quam patri omnino debet, patrem contemnat, atque irrideat,

irrideat, hoc grauiſſimum impietatis peccatum eſt, quod eo grauius ille admittit, quoniam rem omnem in uulguſ indicaffe dicitur. nam non domi, ſed in foro, quo in loco fratres erant, (ſic enim Chaldaice a Ianatha exponitur) patris factum nunciauit. Illi uero, quoniam prudentes erant, & probi filii, a tergo patrem aſpexerunt, ne partes illas, quas natura cõtextit atque abdidit, nudatas ipſi aſpicerent. Cynicorum enim ratio tota eiicienda eſt, tamquam naturæ repugnās, quæ in ipſa corporis humani fabrica diligentem pudoris, & uerecundiæ rationem habere uoluit. Itaque illi modēſtia uſi, ac pietatis officio ducti, eas partes operuerunt. quod factum cum Noe pater animaduertiſſet, hiſ duobus bene, illi uero male precatus eſt. Mala tamen, quæ filio pro eo peccato pater euenire optauit, nõ iſ perpeſſus eſt, ſed omnia Chanaan nepoti, ac poſteris eius accidiffe Iosephus narrat, lib. primo cap. 13. Antiq. Iud.

214 Huius filius, Chus nomine, Nembrod gigantem genuit: a quo Babylon ciuitas conſtructa traditur. Nembrot nos Latini, Græci Νεβροδ pronunciant; Nimrod tamen dici oportet, ſi Hebræi, & Chaldæi ſermonis uim, & uſum attendimus. Gigantem hic noſter eum appellat, ſecutus LXX interpretes, qui de eo ita græce ſcripſerunt: ἕως ἡρξαστο εἶναι γίγας. Iſte cõepit eſſe gigas. quod quidem non in eum ſenſum interpretari debemus, ut Gigas primus fuerit, cum complures ante eum gigantes exiſtiſſe legamus: ſed quia uiribus corporis, & potentia, atque opibus ualuit, gigas dictus eſt, hoc eſt, fortis, & robuſtus. in quam ſane ſententiam de eo ſic in Geneſi Hebraice ſcriptum eſt: והוא היה ליהוה גבר בארץ. Hic cõepit eſſe fortis in terra. ita enim uertit D. Hierõnymus. Eſt de eo in Hebraicis uaria opinio, ſed in hac opinionum diſſenſione minus audiendi ſunt ii, qui uirum pium fuiſſe ſentiunt. nam & ſi de eo ſcriptum eſt, גבר עיר לפני יהוה, fuit uenator fortis coram Domino: hæc tamen uerba non ita interpretanda ſunt, ut quoniam uenator erat, feras, quas cepiſſet, aris magnifice religioſeq. extructis, ad Dei ſacrificium præbuerit; id quod male opinatus eſt Eſdras iſ, qui Aben dicitur: ſed quoniam homo potentiffimus fuit, ut Hebraicæ indicant litteræ, ſuis non contentus, aliena occupauit, hocq. pacto gigas eſſe cõepit, nempe tyrannus, ut erudite explicat Chryſoſtomus ea oratione, qua oſtendit, a Cham Nohæ filio tyrannidis initium exiſtiſſe, idq. ea potiſſimum ratione affirmat, quoniam Nembrod, qui ex illo natus eſt, omnium hominum, qui tum uiuerent, cum maxime potentia, diuitiis, atque omni rerum copia floreret, princeps fuit, qui opibus ſuis ualde fretus, non modo in hominibus dominari ſtuderit, uerum etiam altiffima ædificata turri, quod maximum grauiſſimumq. fuit impietatis ſcelus, Deo Opt. Max. repugnare auſus ſit. impia huius, & turbulenta ſane oratio ea de re extat apud Iosephũ lib. primo cap. 4. Antiq. Iud. Quoniam igitur iſ talis omnino fuit, qualem modo dixi, hoc eſt, potentiffimus, alieni appetens, dominandi cupidus, bonorum oppugnator, & Dei denique inimicus; propterea gigas, & fortis uenator coram Domino, in ſacris litteris legitur: quippe cum uires ſuas, & potentiam in eo maxime poſuerit, ut non ſolum res alienas raperet; ſed homines ipſos, quaſi uenando, infeſtaretur, & Deo aduerſaretur. ſic enim illa uerba, Coram Domino, Chryſoſtomus interpretatur, & D. Auguſtinus item lib. 16. de ciuit. Dei cap. 4.

214 Vna tantum lingua omnes utebatur. ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἄπαντες. ita enim uerſibus Sybillinis ſcriptum eſt. nam omnes tum rudēs, tum periti homines, atque eruditi iisdem uocibus rem aliquam ſignificabant; neque uariuſ ac diſtinctuſ erat ſermonis ornatus, ut alii ſcilicet inculte, alii polite loquerentur; id quod in unoquoque ſingularum nationũ ſermone iam fieri cernimus, ut qui rura colunt, agreſtius; qui in urbe ſunt, ornatiuſ loquantur; alii uero inter utroſque medium teneant

teneant. ſic rem totam exponit apud Hebræos Eſdras, de quo ſæpe ſupra dixi. 214 Ita turrim facere aggreſſi ſunt, quæ cælo accederet. Huius turris Babylonice extruſionem, qua homines, qui tum erant, ſibi aſcenſum in cælum procurari poſſe putabant, Iuſtinus Martyr ſcribit, ab Homero adumbratam eſſe iſ uerſibus.

Ὅτι ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήστω ἐν ὀλυμποῖς
Φυλόπιδά τ' ἔπειθεν πολυάμοσ πολέμοιο

Ὀσσάν ἐπ' ὀλυμποῦ μέμνησαν δέμην, αὐτὰρ ἐπ' ὀσση
Πηλίων εἰνοσίφυλλον, ἦν ἕβανος ἀμβάτος ἕην

10 Hi quoque cælicolis ſummo minitantur Olympo
Certamen belli tandem committere ſæui
Oſſam Olympo addunt, addunt & Pelion Oſſæ
Ut facili poſſent greſſu conſcendere cælum

Hoc idem Virgiliuſ illis carminibus cecinit.

Ter ſunt conati imponere Pelion Oſſæ

Ter pater extructos diſſecit fulmine montes

30 Multa ſane quidem, quæ ſacris ueteris Teſtamenti litteris ſcripta ſunt, Poetæ tum Græci, tum Latini adumbraffe quodam modo uidentur. quod proſecto de Græcis & poetis, & philoſophis affirmare omnino licet. nam hi ætate poſteriores multo illis ſunt, qui res eas diuinas litteris conſignarunt: idq. erudite & copioſe ſcribunt uiri ſummæ auctoritatis, D. Iuſtinus Martyr in oratione ad Gentes, Clemens Alex. lib. primo ſtom. D. Auguſtinus lib. 18. cap. 37. de Ciuit. Dei, Eufebiuſ de Prep. Euan. & Iosephus Hebræus contra Appionem. Deinde qui in Græcis doctinarum principes extiterunt, ii omnes in Aegypto ea didicerunt, quæ Abraham primus illam gentem docuit, quæ uero Moſes in ea ipſa prouincia educatus, & eruditus, ſcriptis mandauit. Pythagoras Sonchedis archiprophetæ Aegyptii, & Nazareti Aſſyrii, quem plerique Ezechielem opinati ſunt, auditor fuiſſe dicitur, eundemq. in Aegypto circumciſum, Clemens Alex. & Theodorituſ ſcribunt. Thaleſ Aegyptiuſ prophetas audiuit. Eudoxuſ Cnidiuſ Conuphidis Aegyptii diſcipu-
30 luſ fuit. Plato prophetarum & Moſis ſcripta, ut D. Iuſtino placet, a præceptoribus Aegyptiis audiuit. Ariſtoteleſ quodam Iudæo aliquot annos familiariter uſuſ eſt, idq. Clearchuſ peripateticuſ omnino affirmat. & ut ueniam ad poetas, qui apud Græcos ſcriptorum omnium antiquiſſimi ſunt; Muſæuſ poeta ab illis uocatuſ eſt iſ, ut apud Eufebiuſ Artopanuſ narrat, quem noſ Moſem nominamus. ab eo Homeruſ plurima ſumpſiſſe, Clemens & D. Iuſtinuſ, quos modo dixi, aperte teſtatur. quod ex eo item uerifiſimè ſit, quoniam, ut plerique placere uideo, ille Aegyptiuſ fuit, aut, ut alii uolunt, in Aegypto educatuſ, atque erudituſ, multa didicit, ac uerſibus poſtea cecinit, quæ multo ante Moſeſ ſcripſerat. etenim quæ ab hoc de Mundi ortu & origine ita ſcripta ſunt. In principio creauit Deus Cælum & terram;
40 deinde Solem, Lunam, & Stellæ: ſic ea ille uerſibus perſecutus eſt:

Ἐν ἰδρὸ γαῖαν ἔτευξ, ἐν δ' ἕβανόν, ἐν δὲ θάλασσαν

Ἡέλιον τ' ἀκρόμυθα σελήνην τε γλήθηρασαν

Ἐν δὲ τετάρτῃ παῖτα, τὰτ' ἕβανός ἐς ἐφάνηται

Hic terram, hic Cælum ſculpiſit, mare uel uolumque

Parte alia Solem, plenæ quoque lumina Lunæ

Aſtraq. cuncta, quibus fulgens diſtinguitur æther.

Multa etiam alia ſunt, quæ hic poeta, & alii non ſolum Epici, ſed Tragici etiam, Comici, ac Lyrici & diuina prophetarum hiſtoria in ſuos uerſuſ tranſtulerunt; ea tamen libens omitto, præſertim cum ex iſ ſcriptoribus, quos proxime com-
G G morau,

morau, omnia id generis facile cognosci liceat. Clemens autem Alex. cum hoc ipsum copiose primum ostenderit furesq. ob eam causam appellarit; quia neque pio, neque grato animo acceperunt; illud postea de iis iudicium fecit, ut diceret, illos coruorum esse similes, qui cum humanam uocem saepe imitentur, eius tamen rei, quam imitando exprimunt, nullam plane notitiam habent. Sic cum illi fidei luce caruerint, multa a Mose, & a prophetis acceperunt, quæ ipsi aut uersibus, aut oratione exprimendo non plane intellexerunt. Hominum pater, atque Deorum; dixit Homerus, deinde Virgilius; neuter tamen uidit, quisnam pater, & quo modo pater. Est item illa Virgilio sententia Christiano homine digna, quam is eo carmine expressit. Quiq. sui memores, alios fecere merendo. temere is, ut poetæ ple-
rumque solent, hoc carmen effudit, tamen illo carmine sententia explicatur, quæ,
ut inquit D. Augustinus, frequentatur ore christiano, cum se cuique Sanctorum
humilis quisque commendat, & dicit: Memor mei esto: atque ut id esse possit,
promerendo efficit. Deinde extat eiusdem Virgilio ægloga quarta, ab Eusebio gra-
ce conuersa, quæ rota de Iesu Christo est, uti rem hanc omnem ille Græcus, at-
que adeo alii Latini & pie, & docte explicant. De Iesu Christo item Deo, & homi-
ne, Quidius illud carmen protulit:

Et Deus humana lustrat sub imagine terras.

Nolo cetera in hanc sententiam perscribere, quæ multa sane sunt. illud tantum breuiter me ostendisse uolo, eos aut Græcos, aut Latinos, qui aliquid litteris tra-
diderunt, nonnulla scripsisse, quæ, quoniam a Mose, diuinaq. prophetarum histo-
ria, aut e libris Sybillinis sumpta sunt, ad fidei nostræ ueritatem proxime acce-
dunt; ut nil mirum esse possit, si Homerus; qui uel Aegyptius, sicut dixi, uel
in ea prouincia eruditus, ut multas alias sacrorum Bibliorum sententias, sic hanc de
Babylonicæ turris ædificatione uersibus iis; quos modo attuli, omnino imitatus
est. Sed redeo ad turrim, cuius ædificiū, ut est in sacris litteris, & apud Iosephum,
industria hominum, atque opere firmissimum erat; & munitissimum, bitumine &
lateribus extructum, non calce & luto, id quod Hebraice & Syriace scribi Diodo-
rus Siculus opinatus est, & alii quidam, fortasse Græci, contra quos hac ipsa de re
scribit Theodoritus. est enim ea in regione bituminis maxima uis & copia; pro-
ptereaq. cum munitissimas in parte urbes Xenophon commemorat, tum Babylo-
nis potissimum admirabilem extructionem fuisse, non solum D. Augustinus, &
alii ex nostris scribunt, sed geographi omnes, Strabo, Plinius, Mela, Solinus, He-
rodotus, ceteriq. id generis scriptores plane narrant. Sed quoniam opus turris il-
lud immensum, auctore Nembrod, inchoatum erat, non tam ut aliquod præclari
eximiiq. operis monumentum posteris relinqueretur, quam ut ne, cum tantæ alti-
tudinis esset, eo nulla uel summa aquæ uis peruenire posset, & ita illius ætatis ho-
mines maiorum suorum, qui diluuiio perierant, interitum ulciscerentur: hoc igitur
malo animo contra Deum, & impio tale opus ab illis susceptum, statim, eo uo-
lente, deturbatum est. *αὐτὰρ ἔπειτα ἀνεμοὶ μέγαν ὑψόθεν πύργον ἐπέσαν.* ita uersibus Sy-
billinis de ea scriptum est: uel scilicet uentorum turris illa magna corruit. nam om-
nis labor, aut conatus, plane inanis est, non ope diuina susceptus. Nisi Domi-
nus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eam; inquit Da-
uid, qui saepe illud nos admonet, ut, cum omnia unius Dei ope, ac præsidio nitā-
tur, nihil publice, aut priuatim recte suscipi, uel feliciter a nobis administrari pu-
temus, nisi summa ueneratione, ac pietate auxilium ab eo imploremus, cuius ope
cuncta perficiuntur.

214. Nutu Dei, ut officia operantium præpedirentur inasuetu sermonis gene-
re, multa diuerso, neque ulli inuicem intellecto, linguarum ritu loquebantur.)

Homo

Homo natus est ad hominum societatem, idq. multis argumentis cum Aristoteles ostendat, tum eo maxime, quoniam solus is ex omnibus animantibus particeps est, composq. sermonis; quo fit, ut ille ad cœtus, & congregationes aptus sit magis, quam apes, quamq. bestia omnes congregabiles. Itaque si societatis huius atque adeo concordia maximum & arctissimū est uinculum sermonis & linguæ communio, illud certe consequens est, quod D. Augustinus lib. 19. cap. 7. de Ciu. Dei, ostendit, diuersa scilicet orationis uis, dissimiliq. sermone hominem ab homine alienari, ita ut libentius, inquit ille, homo sit cum cane suo, quam cum homine alieno. in quam item sententiam ita scribit Plinius: Tanta loquendi uarietas, ut
externus alieno non sit hominis uice. Certe ex hac linguarum multiplici uarieta-
te abalienati hominum animi, mutata ingenia, dissimiles mores, & studia cuius-
que gentis plane diuersa exiterunt. neque propterea sine causa illud Romani ma-
xime curarunt, ut, quas imperio suæq. potestati nationes subiecissent, illa sermo-
nem latinum in primis addicerent. quod nō tam ad propagationem nominis Ro-
mani spectare uisum est, quam ut hoc sermonis uinculo, in quo ad societatem in-
eundam non minima uis est, illa maxime astringerentur. ac profecto si nos ab ul-
tima orbis conditi memoria rem hanc repetimus, nulla fuit, ante linguarum diui-
sionem, diuersa opinio, non nomen hæresis, non idolorum cultus, non gens ali-
qua inter se dissidens; id quod, dissimili iam facto, & uario hominum sermone,
euenisse animaduertemus. tum enim Barbari, Scythæ, Græci, Iudæi, a quibus om-
nibus illa hæreses emanarunt, quas multas Epiphanius commemorat. Ex hac
igitur linguarum diuersa uarietate cum existat quoddam quasi stabellum dissidio-
num; illud omni tempore Hæretici maxime conati sunt, ut, quo Christiana reli-
gio, quæ ab uno fonte, & capite Iesu Christo profecta, una omnino est, in multas
partes diuersæ traheretur, sacros utriusque testamenti libros in alium sermonem,
ac illi scripti sunt, cōuerterent. nam D. Ioannis euangeliū, acta Apostolorū Græce
cōscripta, ab Hæreticis Hebraice male interpretata legimus. idemq. de Pauli Apo-
stoli epistolis a Marcionitis factitatum esse, Epiphanius narrat, hoc item malo ani-
mo euangelia ab Arianis tum aliis sermonibus, tum Gothico interpretata esse
Ado scribit: neue longius exempla petam, Lutherus, quo auctore & doctore impia
Hussitarum, & aliorum eo numero hominum doctrina his temporibus renouata
est, ut ad suas opiniones, & priuatas sententias sacros illos libros accommodaret,
quod Tertullianus ipsis Hæreticis in more semper fuisse scribit, in Germanicum
sermonem conuertit: & ut omnia sibi ex sententia caderent, a regulo Saxonæ im-
petrauit, ut uulgo legerentur. Ex hac quidem re cum maximum grauissimumq.
Christianæ Reip. detrimentū importari, Henricus Angliæ Rex, eius nominis VII,
animaduertit, quo tempore is in officio Catholici regis permansit, cum illo Sa-
xonæ principe & litteris, & nunciis egit, ut ne eiusmodi libros in uulgus dari ullo
pacto permitteret. nam tractatio sacrarum litterarum Latino, uel Græco, uel He-
bræo sermone esse debet, neque alio præterea ullo. Siquidem Græce, Latine, &
Hebraice Crucis Iesu Christi titulus inscriptus est. idq. cum non sine magnitudi-
ne mysterii factum sit, quemadmodum D. Augustinus, Albinus, Isidorus, Beda,
aliiq. testantur, sacrarum litterarum mysteria ex iis litteris cognoscenda sunt, quas
Crucis inscriptione consecratas legimus. Neque sine mysterio illud etiam in Ec-
clesia Dei institutum est, ut in sacrificio Missæ quædam Hebraica nomina, alia
Græca retinerentur, reliqua Latina pronuntiarentur. quod adeo uerum est, ut hoc
idem uicissim Græci, Chaldæi, & ceteræ christianæ nationes seruant. nam de Græ-
cis Remigius scribit, eos non tam Hebraicas, quam Latinas aliquot uoces in græ-
co Missæ ritu habere. de Chaldæis uero, & aliis hac sane ratione exploratum est,

quod quo tempore, Iulio II Pontifice, in æde D. Ioannis in Laterano Concilium habebatur, Iosephus presbyter, Moses monachus, & Elias Diaconus, Syri homines religionis causa cum ad urbem profecti essent; peterentq. a summo Pontifice, ut sibi liceret ritu, moreq. suo Missæ sacrum facere, id illis non ante cōcessum est, quam adhibitis interpretibus cognitum est, quibus uerbis, quoue ritu in sacrosancto illo sacrificio ipsi uterentur. ex qua interpretatione compertum postea fuit, eos præter Hebræas Græcis item uocibus, & Latinis aliquot in eo ritu uti. tres igitur hæ linguæ Hebræa scilicet, Græca, & Latina. cum eiusmodi sint, quibus tamquam sacris mysteria diuina tractari debeant: arroganter quidem, & temere ii faciunt, qui illa siue Germanice, siue Anglice, aut alio uulgarī sermone conuertunt. Sed contra hos subtilius alias, & copiosius, illud tantum in presenti me notasse lubet, multiplici illa sermonis uarietate, quæ illius ætatis hominum scelere facta est, non turris modo illius ædificium impeditum esse, sed hæc quæ dixi, tum alia incommoda extitisse, quæ iam prætereo. Facta uero ea diuisione linguarum, sola Hebræa permansit in familia Heber, a quo illa lingua nomen accepit. nam is unus fuit, qui sceleratissimæ illi in exædificanda turri conspirationi numquam consensit. Est ergo Hebræa omnium linguarum antiquissima. quod cum ex hoc & aliis argumentis perspicui liceat, tum ex eo maxime, quia nomen illud æternum, & diuinitatis plenum, יהוה, Iehoua, quod יהוה, hoc est, admirabile Hebrai nominarunt, non Phrygium, aut Archadicum est, sed plane Hebræum. Quod uero narrat Herodotus, Pſameticum Aegypti regem in solitudine quadam, ubi nulla uox hominum audiretur, duos pueros a nutrice muta educari iussisse; ut quem illi sermonem sua sponte sine doctore pronunciarent, is omnium antiquissimus iudicaretur: cumq. ad regem iidem triennio post perducti essent; unusq. eorum Bec protulisset: qua uoce panem Phrygice significari dicunt: eamq. ob rem phrygium sermonem omnium antiquissimum esse iudicatum: hæc quidem eiusmodi rei narratio multis, & Aristophani in primis probabilis uisa est. is enim cum rem uetustissimam meminisse uellet, putaretq. Archadas, & Phrygios homines uetustate omnium antiquissimos esse, ex utrisque tale nomen *Βεκκαρόλιον*, fabricatus est. Sed profecto tota illa Herodoti phrygica commemoratio ambitiose conficta est, & mera plane fabula: aut si res uera est, nihil mirum esse potest, si infans ille Bec dixit. Si quidem hæc uoces, Ba, be, bi, Bac, bec, & quæ labiis potissimum proferuntur, sunt omnibus omnium gentium hominibus, ac mutis ipsis, infantibusq. sapissime communes. Quare uerius est, quod paulo ante commemoravi, Hebræam seu Chaldæam (nam ante Heber unum & idem erat cum Hebræis Chaldæorum genus) ceteris linguis antiquiorem esse, utpote cum ante multiplicem illam linguarum diuisionem sola fuerit, qua omnes communiter uterentur. Itaque ex una hebræa lingua duæ & septuaginta principio extiterunt; alii uero tres & septuaginta; Euporus quinque & septuaginta fuisse credidit. Sed is, ut homo Græcus, qui Hebraicarum rerum historiam non recte nouit, perspicue fallitur. nam cum duo & septuaginta in sacris litteris ii fuisse legantur, qui in extruenda turri conspirarint, & sua cuique eorum lingua attributa sit; totidem initio linguæ dissimiles fuere, quot sane homines. Sed postea ex multiplici linguarum commixtione, ut scribit Clemens Alexandrinus, plures extitere. unius uero linguæ societate multæ nationes coniunctæ fuere, ut plures gentes, quam linguas fuisse, D. Augustinus, & Ado testantur. nam in eo terrarum spatio, quod a Baſtris usque in Indiã Sem Nohæ filio obtigit, nationes fuere XLVII, linguæ uero XXVII. in alia autem parte, quam alter illius filius Cham sortitus est, nationes CC CXCI, linguæ XXII. Iaphet uero tertius filius in parte sua habuit nationes CC; in iis diuersæ linguæ fuere XXIV. Putata igitur ratione,

tione, linguæ omnes LXXII. nationes uero mille, quæ in tripartita hac terrarum parte, Asia, Africa, Europa sitæ sunt. Atque hæc breuiter de linguarum diuisione.

214 Sed filius Noe ita diuisus orbis fuit, ut Sem intra Orientem, & c.) Noe cum primum, ut est apud Epiphanium, filios suos pietatem, & uerum erga Deum cultum recte docuisset, ne ob impietatis malefacta in interitum ipsi ullo pacto caderent, ut illi, qui diluuii perierant; illudq. ab eis impetrasset, ut iurati sancte promitterent, se mutuam inter se beneuolentiam perpetuo cōseruatuos; his tum pietatis erga Deum, tum mutui inter eos amoris iactis fundamentis, ueluti is, qui a Deo Mundi heres factus, quippe cum, deletis diluuii ceteris omnibus superstes fuerit, Mundi ipsius quasi hereditatem, sorte ducta, tribus filiis distribuit. Regiones uero, quæ eius liberorum cuique obtigerunt, eas paulo ante nos breuiter commemorauimus. tota tamen huiusce rei narratio satis copiosa est apud Iosephum lib. 1. Antiq. Iud. Eusebiū, atque Epiphaniū eo libro, qui inscribitur Ancoratus.

214 Abraham patre Thara natus est.) Cum ille septuagesimum annum age-ret, Abraham filium suscepit. Gen. cap. 11. Iosephus lib. 1. cap. 6. Antiq. Iud. Thara patre Nachor in Chaldæa ortus, tres hos filios habuit, Haran, Nachor, Abraham. Huius industria statuas eluto primum factas esse, Epiphanius scribit. uixit annis CCV. obiit Charris, urbe Mesopotaniæ, duobus eius filiis superstitibus, Nachor & Abraham. nam tertius illius filius, Haran, ante in Chaldæa decesserat; quod iis sacrarum litterarū uerbis declaratur: *וימת הרן על פני תרה אביו*. Et mortuus est Aran coram Thara patre suo, hoc est, patre uiuo decessit. quod numquam, ut testis est Epiphanius, ante illam ætatem contigisse legitur; sed contra semper euenit, ut filii parentibus superstitibus uixerint. Natus est autem Abraham, ut Alexander Polyhistor de eo scribit, in Camerina Babylonis urbe, quam alii Vrien uocant, si Græce interpretamur, *καλαμίσπολις*, Latine Chaldæorum urbem dicemus. Et quoniam is uir fuit, cuius uirtus in omnibus pietatis, & sanctitatis officiis maxime eluxit, de eo non solum sacris litteris scriptum est, uerum etiam gentium scriptores multa dixerunt, in quibus Hecateus, qui librum de illo conscripsit; Nicolaus Damascenus, Alexander Polyhistor, Artapanus, & alii, quos maxime Iosephus Hebræus legisse uidetur.

214 Post diluuium anno millesimo, & septuagesimo.) In huius ætatis numero hic noster, ut Eusebius, Orosius, Cassiodorus, & ceteri posteriores, potius Græcarum, quam Hebræarum litterarum codices secutus est, unde hæc omnis annorum differentia existit, ideoq. is maiorem annorum numerum huic ætati adscribit, quam summa est Hebræorum. Sin autem in hac potissimū parte Græca cum Hebraicis conferimus, in cuiusque uiri ætate aliqua in illis annorum dissensio erit. Sed de huius seculi annorū uarietate satis supra dictum est. Sin autem quærimus, quo gentium rege Abraham uixit, D. Augustinus lib. 18. cap. 2. de ciuit. Dei scribit, illum Europe Syciniorum, & Nino Assyriorum rege fuisse; ante Urbem uero conditam; ut Orosio placet, anno M. CCC. Sed hæc nos alias diligentius.

124 Abraham uxor Sara dicta est.) Quæ fuit item illi soror patruelis. nata enim erat ex Haran eius fratre, qui in Chaldæa paulo ante obierat: sororemq. suam irem esse ille dixerat & in Aegypto, cum Pharaō, & Geraris in Palæstina, cum Abimelech illam expereret. siquidem facie erat liberali, & perpulchra, ut testis est Iosephus lib. 1. cap. 8. Antiq. Iud. Itaque si sororem suam, ut D. Augustini uerbis utar, uxorem suam dixit, nil mentitus est. nam & a Cicerone didicimus, patruelles, & sorores, & fratres nominari. Si uero uxorem tacuit, non negauit, coniu-gis tuendam pudicitiam committens Deo, & humanas insidias cauens, ut homo: quoniam si periculum, quantum cauere poterat, nõ caueret, magis tentaret Deum,

quam speraret in Deo: de qua re idem Augustinus lib. 16. cap. 19. de ciuit. Dei. Quod uero legimus, ab uno item, & altero rege illud summopere optatum esse, ut cum ea rem haberet; Dei consilio & prouidentia factum est, ut neuter id affectus sit, nam cum scribat D. Hieronymus in more positum esse, ut, quæ mulier a Rege amaretur, duodecim mensum spatio ea purgaretur, atque adornaretur, ut regio esset cõcubitu digna; interea, uolente Deo, factum est, ut unus & alter item graui morbo affectus, Saram marito reddiderit, ut narrant sacræ litteræ, Iosephus, Augustinus, & alii, qui sanctissimæ illius feminæ pudicitiam miris laudibus efferunt.

214 Primaq. eis in regione Chaldæorum habitatio fuit: inde apud Charras una cū patre diuersatus est.) E Chaldæa Thara Abraham pater Charras, quæ urbs est Mesopotaniæ, uenit. causam uero, quare illam prouinciã, in qua natus erat, reliquerit, eam fuisse scribit Iosephus Hebræus, quoniam is ex Haran filii sui obitu, qui ibi decesserat, graui dolore affectus, uoluit alio commigrare, ut, mutato domicilio, aliqua ex parte leuaretur dolor, quem grauissimum ex obitu filii ipse sentiebat. Hebræi uero in libro, quem מִקְרָא דְּחַרְרָא dicunt, aliud quid afferunt, quod tamen plerisque ridiculum uideatur, Diuo tamen Hieronymo ualde probatur, qui rem totam ita scribit: Pro eo, quod legimus, In regione Chaldæorum, in Hebræo habetur, אֲנִי בְּשָׂרִים, Vt Chaldim, id est in igne Chaldæorum. tradunt autem Hebræi ex hac occasione istiusmodi fabulam, quod Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus de idololatriæ igne profugerit, quod in sequentibus scribitur, egressum esse Tharam cum sobole sua de regione Chaldæorum, pro eo quod in Hebræo habetur, De incendio Chaldæorum, & hoc esse, quod nunc dicitur, Mortuus est Haran ante conspectum Tharæ patris sui in terra natiuitatis suæ in igne Chaldæorum, quod uidelicet ignem nolens adorare, igne consumptus sit. loquitur autem postea Dominus ad Abraham: Ego sum, qui eduxi te de igne Chaldæorum. & aliquantopost idem hac ipsa de re. Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus, quod egressus sit Thara cum filiis suis de igne Chaldæorum, & quod Abraham Babylonio uallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei auxilio sit liberatus, & ex illo tempore ei dies uitæ, & tempus reputetur ætatis, ex quo confusus est Dominum, spernens idola Chaldæorum. Hæc B. Hieronymus, qui plane in ea opinione est, ut credat, Abraham in fornacem a Chaldaeis esse coniectum; Deiq. opeliberatum, Charras in Mesopotaniam uenisse, ut ne, Chaldæis impellentibus, illum coleret. Septuaginta uero, & Ianathas Chaldæus, cum aliud longe opinati sint, quam quod ex Hebræorum opinione D. Hieronymus scripsit, illa Hebræica uerba, אֲנִי בְּשָׂרִים, Vt Chaldim, non fornacem Chaldæorum interpretati sunt, sed urbem aut regionem potius cum putarint, Græce illi uerterunt, ἡ πόλις ἢ ἡ χώρα ἢ ἡ γῆ; Educit eos de regione Chaldæorum. Verum si ea attendimus, quæ Achior Ammonitarum dux Holoferni Israelitarum inimico commemorat in libro, qui Iudith inscribitur; ex iis intelligi licet, Tharæ liberos, & familiam multa incommoda, damna, & iniurias in Chaldæa tulisse pro uera pietate, qua unus, & uerus ab iis colebatur Deus. quod cum ita sit, illud profecto admodum probabile est, quod de Abraham ex sententia Hieronymi modo commemoratum est. Itaque hac causa, & aliis incommotis Thara impulsus, quæ ibi perpeffus erat, tum quia ex obitu Haram filii dolore ardebat, Charras cum tota familia commigravit, excepto Nachor eius filio. quod ideo D. Augustinus euenisse scribit, quoniam is a uera pietate, quam pater religiose colebat, ad Chaldæorum superstitionem animum traduxerat: atque eam ob causam, Cum sacræ litteræ illius a Chaldæa discessum narrant, aliquam de Tharæ liberis mentionem faciunt, de

ciant, de eo sane nullam. Sed tamen, quia mali consilij cum postea pœnituit, inde in Mesopotaniam migrasse probabile est, cum Abraham seruum, ut Isaac filio uxorem quæreret, eo ad Nachor opidum uenisse legamus. Huiusce totius rei explanatio omnis est apud D. Augustinum lib. 16. cap. 15. de ciuit. Dei:

214 Apud Charras diuersatus est.) Charan Hebræice, & ita uertit Hieronymus. ἡ πόλις ἢ ἡ χώρα ἢ ἡ γῆ septuaginta Græce reddiderunt, in Actis Apostolorum cap. 7. quæ in loco D. Stephanus rem hanc totam narrat, duplici item ῥ scribitur. Charræ uero latine est enim urbs Mesopotaniæ, ad quam, M. Crasso Imperatore, exercitus populi Romani est a Parthis superatus.

214 In loco, cui Sychem nomen est, consedit.) Sychem in finibus Ephraim, quam Abimelech postea deleuit: Iud cap. 9. Sicima Græce, & Hebræice dicitur, a chore D. Hieronymo. ex huius urbis parietinis condita est Neapolis Syriæ. Est altera item Sychem in editissimo monte Ephraim, quæ fugitiuorum ciuitas est appellata.

224 Ac rursus reuersus Loth, præ multitudine familiæ, a patruo digressus.) Non tam præ multitudine familiæ, quam contententibus utriusque pastoribus de finibus agri pascui. Gen. 13. Ioseph lib. 1. cap. 16. Antiq. Iud. Abraham uero, ut malum, quod ex huiusmodi contentione existere solet, omnino caueret, prædia partitus, illorum optionem Loth fratris filio dedit. a qua quidem re D. Augustinus existimat, & Eucherius item, qui & hoc ipsum, & alia multa ab eo sumpsit, in suis commentariis scriptum reliquit, ortam illam hominum consuetudinem, ut si quid partiendum est, maior diuidat, minor eligat. qui sane partiendi usus est quoque declamatorum lege ita perscriptus: Maior frater diuidat, eligat minor. Sen. libro sexto Declam.

224 Id opidum infame incolis, uiris in uiros irruentibus, ob id inuisum Domino fuisse traditur.) Id oppidum סְדוֹם Sodom Hebræi, Sodomam Græci, & Latini uocant. De Sodomitarum autem scelere nefario, quo factum est, ut ipsi essent Deo inuisi, apud Ezechielém scriptum est cap. 16. in Genesi uero de illis ita Hebræice: וְאֵשֶׁת סוֹדוֹם וְרַעַת וְחַמְאִים לְיָהוָה מְאֹד. Viri Sodomæ erant mali, & peccatores coram Domino ualde. Chaldæus uero interpres enucleatus ita rem explicat: Homines Sodomæ abutebantur diuitiis, & peccabant corporibus suis coram Domino. quæ sententia ad id spectat, quod Iosephus narrat; homines scilicet eos fuisse, qui, cum omni rerum copia circumfluerent, diuitiisq. suis & opibus abuterentur ad impietatem, fastidium, superbiam, & ad omnem denique luxuriam; inciderunt in omnium flagitiosissimum libidinis uitium, cuius foedissima turpitudine Deus cõcitatatus, tale de illis supplicium sumpsit, cuius exemplum ad suam cuique salutis rationem propositum esse debet. id quod pie & docte Clemens Alex. ostendit in libro, qui inscribitur Pædagogus. Neque est propterea, cur a quibusdam Plato & Socrates tantopere laudentur, quorum unus illo obscenitatis uitio turpiter se inquinauit; alter leges eiusmodi aliquas scripsit, in quibus foedissima libidinis nota, ad eius infamiam impressa apparent: testis est Theodoritus in lib. de Cur. Græc. affect. Quoniã uero talem illius ciuitatis hominibus interitum malus diuitiarum usus importauit; non illæ tamen propterea damnandæ, quasi natura malæ sint. nam qui ita sentiunt, in eo errore uersantur, in quo iam primum quidam hæretici fuere, qui se non multo post Apostolos tempore, falso nomine Apostolicos dici uoluerunt; deinde Eustathius Sebastianæ Episcopus, postea alii, qui ἠεροπόροι uocati sunt, ut est in epistola Epiphanius ad Acatium, & Paulum; tum postremo Manichæi, & Pelagiani, quorum omnium ut de aliis rebus, sic de hac opinioni uehementer ab omnibus reclamatum est. atque in luce quidem fori est adhuc Ioannis

XXII constitutio, qua hæretici, & reip. Christianæ hostes ii iudicati sunt, qui, cum Ecclesiæ amplissimas opes inuiderent, diuitias omnes abiiciendas esse putabant; & Iesum Christum, eiusq. discipulos nihil habuisse dicebant. si igitur hi, atque adeo illi, quos ante dixi, de hæresi inter reos relati sunt, quoniam de diuitiis male senserunt, nemo certe, modo sana mente sit, illas damnabit: præsertim cum ad Reip. Catholicæ amplitudinem, Christianorumq. hominum officium ual de pertineat, pietatem colere; beneficiorum magnitudine alios iuuare; pauperibus adiumenta rerum libenter concedere; & quo quisque opis maxime indigeat, ei plurimum liberalitatis conferre. harum autem rerum laus, in qua Christiani hominis splendor inest maximus, euulsa esset e memoria, uitaq. nostra, nisi iis rebus abundarem, quibus ad illas uirtutes, hospitalitatem scilicet, pietatem, ac liberalitatem aditus esse solet. In sacris ueteris Testamenti litteris Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, & Salomo, qui Deo grati admodum fuere, diuitiis affluerunt. Zachæus, ad quem Iesum Christum diuertisse, in euangelio legimus, homo diues fuit; Iosephus item, is qui ab Arimathia dicitur, Iesu Christi discipulus omni rerum copia abundauit. salutesq. istis diuitiæ fuere, quoniam ad omnem uirtutem eas contulere. unde in epistola ad Saluinam scite D. Hieronymus, Nec opes inquit, obfunt diuiti, si eis bene utatur. id quod Clemens Alexandrinus multis exposuisse uidetur eo libro, quem inscripsit: *πὶ τῆς ἀρετῆς πλεονεξίας σωθῆσθαι*. contra uero si iis abutimur ad nefaria quæque, ut Sodomæ & Gomorthæ principes fecere, periculo illæ quidem sunt, & interitum afferunt. neque sine causa propterea a sapientibus uiris, atque ab Aristotele in primis disputatum est; in bonis ne, an in malis illæ essent habendæ. Certe non est, cur eas, tamquam pestiferum quoddam uenum, nos abiiciamus, si ad eum usum conferamus, qui christiano homini in primis propositus esse debet, ut pie scilicet, & liberaliter erogentur. *καὶ πλεονεξίας ἀγαθῶν καὶ ἐπιεικῶς καὶ ἀποφραγῶν*. Diuitias cum iustitia, & beneficentia nō contemnimus. ita enim Patres, qui Gangrensi Synodo interfuerunt, de diuitiis contra Eustachium, quem modo dixi, senserunt. Ex quo illud intelligi licet, diuitias non in malis esse, si is, qui illis abundat, duas sibi uirtutes colendas proponit, iustitiam scilicet & liberalitatem.

215 Ea tempestate reges uicinarum gentium in armis erant, cum antea nullum inter mortales certamē fuisset. Hi reges, Assyrii fuere, qui eo tempore Asiæ imperium tenebant. Iosephus lib. 1. cap. 9. Iud. Antiq. quamquam Persas fuisse illos narrat Diodorus. in sacris autem Bibliis est omnis huiusce rei narratio: sed Persæ ne ii reges, an Assyrii fuerint, exploratum in iis nihil habemus: quattuor tamen reges nominantur, qui coniunctis, contractisq. copiis bellum inierunt cum quinque regibus, qui Palestinæ præerant. huiusce autem belli causam latius Iosephus explicat eodem loco.

215 Tum a Melchizedech sacerdote benedictus. De hoc Melchizedech multiplex est, & uaria omnium pæne sententia. Samaritæ Sem Nohæ filium eum esse opinati sunt: falli tamen illos, ac decipi Epiphanius ea potissimum ratione demonstrat, quod, putata temporis ratione, ante multo Sem decessisse comperiemus, quam Melchizedech obuiam Abraham factus est. nam Sem annis sexcentis uixit: quo autem tempore Melchizedech Abraham obuiam uenit, diligenti inita ratione, sunt a nato Sem anni M. CXXX. Si quidem post decem ætatum conuersiones, quam ille ortus est, anno scilicet Abraham ætatis octuagesimo id factum esse legitur. non igitur consentaneum esse ullo modo potest, hunc Melchizedech, Sem Nohæ filium esse, quem quingentis ante annis obiisse, ex annorum ratione perspicue manifestum est. Hebræi uero, qui in iis rebus soli sapere uideri uolunt, dicunt ipsi quidem

quidem Melchizedech Dei sacerdotem fuisse, & uirum plane bonum; natum tamen e meretrice, ideoq. matris suæ nomen in sacris litteris non scribi, neque item patris: quoniam qui ex huiusmodi concubitu natus est, cuius pater incertus sit, de eo nihil certi litteris mandari potest. Næ illi ut hoc impudentissime dicunt, ita maxime falsi sunt. nam Raham, ut est apud Epiphanius, meretrix fuit, nomen eius tamen in diuinarum litterarum monumentis scriptum est. Quod uero in iis Melchizedech parentes minus scripti reperiuntur; id causæ est, quoniam qui non ex Israelitico, sed ex alieno genere originem habebant; eorum patrem & matrem silentio præteriri solere animaduertit tum is, quem modo dixi, Epiphanius, tum alii, qui in Bibliis diligenter accurateq. uersati sunt. Sed parentes tamen huius etiam ob causam in sacris libris scripti non leguntur, tamen idem Epiphanius, qui multa, & pæne infinita Græce, & Hebræicæ legit; eos in traditionibus se reperisse testatur; affirmatq. illos e genere Sidonis, & Chananæorum fuisse. uerum quales quales ii fuerint, non sine magno mysterio illud scriptum est, quod is sine patre, & matre fuit. nam hoc omne, quod de eo dicitur, cum in eam sententiam referri nullo pacto possit, quam Hebræi afferunt; D. Pauli, & omnium bene opinantium consensu in Iesum Christum quadrat, qui in cælis sine matre, in terris sine patre fuit. Hoc sane mysterium Iudæi numquam intellexerunt, ut neque illud, quod de eodem scriptum est, panem & uinum Abraham obtulisse. ipsi enim quoniam tales omnino sunt, quales profecto, homines scilicet parum uidentes, Isaias animo diuinationis cernens ait: שמעו שמעו ואל דבני רמא ואל חרער. Audite audientes, & nolite intelligere: & uidete uidendo, & nolite cognoscere: id propterea de hoc, quod legimus a Melchizedech panem & uinum uictori Abraham oblatum; illud afferunt, in moribus positum fuisse, ut militum Imperatori, qui hostium potitus sit, e uictoria redeunti, pane & uino obuiam iretur, quo defessi milites e labore recrearentur. atque ut probabilius sit, quod dicunt, simile huiusce rei narrat exemplum, quod est Iud II: in hancq. sententiam id ipsum Iosephum Hebræum intellexisse uolunt, qui rem hanc omnem scribit lib. 1. Antiq. At Cæci homines, qui ne ea quidem uident, quæ sibi ob oculos a maioribus suis proposita sunt. Moses is, quem Rabbi Hadarfan ipsi dicunt, in explicatione, quam in Gene sim conscripsit, totam eam de Melchizedech narrationem ad Messiam pertinere sensit: in qua item opinione Rabbi Pinas est; cum unus & item alter aperte scribat, Melchizedech de Messia intelligi, ut illis etiam Psalmi uerbis de eo ita scriptum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedech. quod uero is panem & uinum obtulit; id non aliorum accipi debere uterque existimat, ac illud, quod psalmo quodam ita litteris Hebræicæ traditum est: *הוּ עֵשָׂה בָרֶ: Erit placenta frumenti*. quæ uerba illi ipsi de sacrificio interpretantur, quod Messias sub specie panis instituturus erat: habentq. Ianatham Chaldaei auctorem, qui mysterium hoc Chaldaice apertius his uerbis explicauit: *הוּ קָרְבַּן דְּעִבְרָא בְּרֵישׁ טוּרְיָא*. Et erit sacrificium panis in terra, in capite montium Ecclesiæ. sic quoque hunc locum Onchelus, seu Iosephus Cæcus reddidit, qui alterum Targum confecit. quibus quidam horum omnium interpretationibus nihil apertius dici potuit ad demonstrandum sacrosanctum illud Eucharistiæ sacrificium, quod a Iesu Christo institutum, a sacerdotibus in Ecclesia fit. Neque uero hoc etiam ipsis Hebræis obscurum esse potuit, cum a Daniele illis prædictum sit, fore, ut Messias sacrificium illud iuge, & antiquæ legis uictimas, oblationesq. abrogaret: id quod Rabbi ille Pinas affirmat, cuius illa sententia est: Tēpore Messia omnia sacrificia cessabunt; & sacrificium panis & uini numquam cessabit. sic quoque Rabbi is, qui Iohai dicitur, aperte scribit. sic denique ceteri, qui apud eos boni habentur. Sed illi tamen, quoniam,

quoniam homines sunt malo animo, menteq. mala, nihil aliud in tanta bonorum confensione agunt, quam ea comminisci, in quibus nihil nisi plane populare appareat. Sed hæc hæc contra Iudæos. cōtra illos uero, qui Melchizedech tamquam Deum coluerunt, uel Spiritum sanctum esse putarunt, copiose satis & doctè Epiphanius scribit. neque Origenem eiusq. auditorem Didymum audiendos, D. Hieronymus putat, qui illum arbitrati sunt Angelum esse. Alii uero, cum is Rex Salem in diuinis litteris scribatur, Hierosolymorū regem illum opinati sunt. Sed hi quoque D. Hieronymo errare uidentur. quoniam non illius urbis, quæ Hierosolyma est, rex fuit, sed Salem opidi, quod non longe a Scythopoli est. cuius rei illud argumento esse scribit, quod tempore suo in ruinis eius opidi satis ampla palatii Melchizedech uestigia uisabantur. Fuit igitur Melchizedech rex illius opidi, sacerdos Dei, in hocq. munere pie uersatus, ceteris etiam ad ueram diuinitatis cognitionē dux, & auctor fuit. tale enim illi testimonium dat Diony. Arcop. cap. 9. de Cælesti Hier.

215 Peregrinum eius semen prædictum futurum, ac posteros in hostili solo quatrings annos.) Non sine causa peregrinum semen dixit, Aegyptiq. nomen tacuit, quo in loco tot annos Abraham posteri exules futuri erant. ut Nicolaus Lyranus in eo Gen. loco, in quo tota res narratur, rectè exponit; eamq. peregrinationem quatrings annorum omnino annorum fuisse ex Hebræorum annalibus colligit. quamquam Epiphanius in libro, qui dicitur Ancoratus, diligenti supputata ratione, quatrings & triginta illius peregrinationis annos enumerat.

215 Ita nunc ex Abram, Abraham; ex Sarai Sara dicitur. cuius quidem rei non inane mysterium non est huius operis exponere.) De hac & Abrahamæ, & Saræ nominis mutatione curiose olim a Iudæis quæsitum est, quasi magnum ea in re mysterium occultum lateret. Abrahamæ litteram, a, Saræ, r, additam Iustinus Martyr putat. qui in eo sermone, quem aduersus Iudæos cum Tryphone habuit, de ea re in hanc sententiam, quam Latine dicam, Græce scribit: Itaque Christum ignoras, & legens non intelligis, neque nunc, cum Iesum Christum nostrum esse audis, cogitas & concludis non sine causa, nec temere hoc illi nomen impositum fuisse: sed cur unum, a, priori Abrahamæ nomini additum sit, differis; itemq. qua de causa unum, r, additum sit Saræ nomini, compta oratione disputas. Hæc Iustinus. Hebræi autem quidam scriptores, ut scribit Hieronymus, affirmant, Deum unam litteram ex suo excellenti illo nomine, quod nos *αβρααμ* solemus appellare, Abrahamæ & Saræ dedisse, scilicet r litteram, quam & Græci, & Latini, a, pronunciant. & Clemens Alexandrinus mutati huius Abrahamæ nominis eam causam exponit, quod, cum is maximam eorum, quæ in aere eueniunt, cognitionem, & stellarum scientiam teneret, Abram dictus est, pater scilicet excelsus. Postea uero cum in cælum contueretur, & filium Dei, ut quidam uolunt, seu angelum, ut aliis placet, uidisset; aut Deum, id quod plerique scribunt, cognouisset, præstare ceteris omnibus rebus, quæ sunt; eam ob causam assumpsit alpha, nempe cognitionem unius & solius Dei, & dictus est Abraham; utpote qui pro eo, quod esset rerum, quæ a natura occultata sunt, indagator; in Deum pius factus sit, & rerum diuinarum maxime peritus. Augustinus uero aliam huius rei rationem affert, quod Abraham scilicet, adiuncta, r, littera Hebraica, hoc nomine a Deo uocatus sit, quoniam futurus erat pater multarum gentium; ut sacris litteris scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te. Hæc Patres ii sentiunt de mutato Abrahamæ nomine. e quorum interpretationibus animaduertere licet, quam gratus is Deo fuerit, idq. cum ob fidem, tum ob iustitiæ merita. non tamen ita nos credere oportet, ut Hebræi faciunt, qui plus fidei Abrahamæ, & uirtuti, quam Dei benignitati

gnitati attribuunt. nam cum antiquitus se tamquam Deo gratos, in arrogationem & gratiam receptos, e sacris litteris didicerint, eoq. nomine omnium gentium luminibus plane obstruxisse; existimarunt rudes homines, aliqua Abrahamæ, & maiorum suorum excellenti uirtute Deum adductum, id eis beneficentiæ contulisse. quam rem D. Ioannes Baptista cum animaduertisset, Phariseos & Saduceos, qui ad eum e Hierosolyma frequentes proficiscebantur, his uerbis obiurgat: *μη δόξητε λέγειν ἐν αὐτοῖς, πατέρα ἔχοντες τὸν ἀβραάμ. λέγει γὰρ ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τέτων ἐγένετο τέκνον τοῦ ἀβραάμ.* Et ne uelitis, inquit, dicere intra uos: Patrem habemus Abraham: dico enim uobis, quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamæ. Tantum igitur Iudæi Abrahamæ tribuerunt, ut eorum Talmudæi, quasi ex inferorum adytis reuersi, affingere etiam ausi sint, eum pro foribus Gehennæ sedere, animasq. illas Iudæorum, quæ propter uitæ ante acta scelera, æternos inferorum cruciatus erant aditura, ingressu prohibere, eiusq. propemodum auctoritate, malefactorum poenas fontibus condonari. Quæ tanta est istorum temeritas, ut Abraham in partem iudicandi nocatum putent; cum Deus eam summam potestatem soli unigenito filio Iesu Christo concefferit, qui regnat in sæcula sæculorum. Sed totam hanc disputationem ad eos reicio, qui contra illos maxima conscripserunt uolumina & doctrinæ, & pietatis plena. illud tantum me declarasse sat est, quantum ad Abrahamæ nominis mutationem pertinet. Quod uero Iustinus Saræ, r, litteram additam putat, id ipse sentit, quod omnes Græci, & LXX præsertim interpretes, qui illud Saræ nomen duplicata littera scripserunt. uerum qui Hebraice norunt, ii plane intelligunt, non r litteram Saræ adiunctam, sed, r, quæ una est e quattuor iis litteris, ex quibus magnum illud, & admirabile Dei nomen constat. interpretationem autem huius nominis D. Hieronymus exponit & in Gen. & in libro, quem inscribit, de interpretatione nominum Hebraicorum.

215 Eodem tempore Abrahamæ lex Circumcisionis imposita est.) Quo tempore Deus illud Circumcisionis fœdus cum Abraham iniiit, hic septem & octuaginta annos natus erat. anno autem ætatis suæ nonagesimo nono, ut est apud Iosephum, Ismaeli filio, qui iam tresdecim annos compleuerat, omnibusq. maribus familiae suæ tam uernaculis, quam emptitiis, tam generis sui, quam alieni, præputium præcidit. Leges uero, quas amputandi præputii is a Deo accepit, hæc solæ sunt, ut puero infanti octauo, quo natus est, die illud præcideretur, siue uernaculus ille fuisset, siue emptitiis. Cui autem præputium non esset circumcisum, is in populo suo non esset habendus. Has illius rei leges Deus Abrahamæ dedit, uix tamen dici potest, quam temere alias multas Iudæi affingant, ut *קריחה*, hoc est, cum cutis illa, cuius in uolucro, quasi uelo quodam, penis obtenditur, digitorum uis, præputio præciso auertitur. quam sibi rem lege item diuina præscripta affirmant; huiusq. stultissimæ rei præceptum extare uolunt, cap. 5. Iehosua. Qui uero infanti puero præputium amputat, in summa is religione habet, ut amputatæ illius partis sanguinem ore suo exorbeat. qua quidem re nihil stultius excogitari aut esse potest. parant præterea, atque instruunt fellas duas, unam Moisi, alteram Eliæ: & quoniam nefas putant, præputium, quod iam præcisum est, abijcere; uasculum pulueris plenum habent, ad eam rem paratum; in quo id sepeliant. Stulta hæc sunt, atque adeo insana eorum commenta, qui in tota illa re ira uersantur, ut ea una mirum uideatur, quam illis Christianorum nomen sit inuisum. Quænam tandem res ita eorum mentem, animumq. obcauit, ut deliratione incredibili diuinæ legis dignitatem imminuere uelint: & arte conquisitis fabulis, quasi se cæli ædituos putent, Mysteria sacrosancta, quæ omnis ueritatis ac religionis referta, cum fidei no-

stræ ratione coniuncta sunt maxime, hæc ipsa ad ea traducant, quæ corporata sunt, & popularia? Nam si studio ueritatis ad prophetas suos se conferrent; non sane dubium est, quin re diligenter cognita, ac perspecta, faterentur, illa præputii circumfisionem intimam quandam animi cordisq. ægritudinem, quasi cõcisionem contineri, & adumbrari; cum in uetere illa nouæ istius significatio sit, per quam aditus ad remissionem peccatorum datur. unde Moses cum populo Israelitico ita egit: ומלתם את ערלת לבבכם. Et concidetes, inquit, præputium cordis uestri. & alter item Propheta ait: קרעו לבבכם ולא ברדכם. Scindite corda uestra; & non uestimenta. & apertissime omnium Hieremias: ומלתם את ערלת לבבכם. Hoc est circumcidimini, inquit, Domino, & auferete præputia cordium uestrorum. Hoc est circumcisionis decretum, quod ueteri lege adumbratum est, in qua cum bonam otii sui partem Iudæi collocent, nihil proficiunt tamen. Sed de hac cordis præcisione multa Iustinus in dialogo, qui Tripho dicitur, contra Iudæos.

215 Erat ei autem ex ancilla filius Ismael. Nam cum Abraham decem ipsos annos cum Sara uxore uixisset, neque hoc temporis spatio filium aliquem ex ea suscepisset; illius permisso uoluntateq. ægyptiam seruam Agar in matrimonium duxit, e qua Ismaelem procreauit. ex hac quidem re extat illa Iudæorum consuetudo, ut, si decimo nuptiarum anno mulier marito filium non pepererit, liceat illi aliam uxorem ducere. ita Esdras Aben, & Gerundensis eorum Rabini scribunt. Sed Iudaica plane res est, neque Christianis legibus consentanea.

215 Futurum eis filium Isaac, Dominus pollicetur. Petrus Apostolus in eâ oratione, quam, ut est in actis Apostolorum, frequenti Iudæorum confesſu habuit, hoc Abraham filio Isaac, in quo, ut scriptum est, benedicentur omnes gentes, Iesum Christum significatum esse dicit, qui, cum ab Abraham genus duceret, omnibus populis benedictionem, & sempiternum bonum attulit. id quod D. Paulus in epist. ad Galatas his uerbis complexus est: τὸν Ἰσαακ ἐπαγγέλλεται καὶ τὸν ἀγαπᾷ, ὡς ἔστιν ὁ πατήρ, ὡς ἔστιν ὁ υἱός, ὡς ἔστιν ὁ πνεῦμα καὶ ὡς ἔστιν ὁ λόγος. Porro Abraham, inquit, dictæ sunt promissiones & semini eius: non dicit: Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: & semini tuo, qui est Christus. & quæ sequuntur.

215 Dominus pollicetur, qui cum duobus Angelis ad eum uenerat. In facris Bibliorum litteris, in quibus omnis est huiusce rei narratio, ita de hac ipsa re scriptum est: Apparuit ei Dominus in conualle Mambrae sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso seruore diei. cumq. eleuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri stantes. Tres angelos D. Hieronymus putat, qui ad quercum Mambrae quondam Abraham uisi sunt, iisq. nihil aliud significari omnino arbitratur, quam Trinitatē. Cyrillus item, ὁ ἀβραάμ, inquit, ἑὶς ἀγγέλους εἶδεν, εἰς τύπον τριῶν. ὁ δὲ λόγος, ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα. Abraham tres scilicet uidit angelos, in figuram Trinitatis; duos autem Lot, ut ostenderetur ordo filii ad Spiritum sanctum. Eusebius quoque in hanc sententiam scribit: οἱ ἑῖς ἀγγέλοι, οἱ τρεῖς ἀβραάμ λαλῶντες, τρεῖς ἑῖς ὑποστάσεις σημαίνουσι τῆς θεότητος. Tres, inquit, Angeli, qui cum Abraham locuti sunt, tres diuinitatis personas significant. eo denique loco doctissimi quique tum Græci, tum Latini in Deo Trinitatem probari consentiunt. Hebræi uero, qui eo potissimum nomine semper nos ualde oderunt, quod Trinitatem colimus, & ueneramur; uix dici potest, quam callidè, & malitiose eum locum interpretentur; ut Christianæ ueritati, quæ iam omnibus perspecta est, tenebras offendant. in his autem ipsi etsi aliqui sunt, qui tres illos uiros interpretentur tres angelos, quorum suum cuique munus mandat affirmant; uni, qui Abraham nunciaret, filium e Sara nasciturum; alteri, qui Sodomam, reliquasq. uicinas urbes euerteret; tertio, qui

qui Loth ab incendio eriperet: tamen hi quoque, quamuis a maledictis abstineant, neque in nos ita acerbè contumelioseq. inuehantur, ut Aben Esdras, qui eo loco Christianos homines grauissimis uerbis infectatur; in illorum numero sunt, qui sanctissimum illud Trinitatis mysterium ignorarunt. Cæci plane homines, qui in rebus apertissimis non uiderunt id, quod a Mose, & a prophetis, maioribus suis, quam sæpissime illis traditum est. potuit ne hoc tantum mysterium apertius ipsis demonstrari, quam hoc Abraham exemplo, qui tres uidit, unum coluit, ac ueneratus est? Deum scilicet, qui natura unus est, personis autem trinus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. quod sacrosanctum Trinitatis mysterium eo magno, & admirabili nomine, יהוה, illis est a maioribus declaratum: eamq. ob causam eiusmodi nomen appellarunt שם המפורש, schem hammephoras, hoc est, nomen explicatum. Nam ueteres Hebræi ex quattuor eius nominis litteris, יהוה, tria diuina nomina consecere; primum nomen constat ex iod, י, prima, & he, ה, secunda diuini illius nominis littera, unde efficitur יהוה iah quod est Deus: alterum ex secunda ה, he, & uau ו, tertia, sicq. יהוה hu componitur, & interpretatur Ipse, nempe filius, quoniam ipse est, quem ad seruandum hominum genus uenturum esse, prophetarum uaticinationibus significatum est: id quod Isaias testatum reliquit: אלהים הוא יבוא וישעם. Deus ipse ueniet, & saluos uos faciet. Tertium denique nomen ex uau ו, tertia littera, & he, ה, quarta conficiunt, יהוה uehu, hoc est, & ipse, Spiritus sanctus uidelicet, qui & ipse, licet non eodem modo, quo Filius, tamen & columba, & ignis specie missus est, ut in Euangelio, & Actis Apostolorum scriptum est. Qui uero hoc ipsum nomen, in quo Trinitatis mysterium manifesto apparet, apertius explicarunt, ii nomen effecere, quod duodecim his litteris constat: אבן בן רוח הקודש, hocq. distinctè pronunciato, tria nomina existunt, quibus Trinitas expresse illis declaratur, ac significatur. nam illud ita distinguunt, אב, Ab Pater, בן, Ben filius, רוח הקודש Ruah haccados, Spiritus sanctus. atque sic quidem admirabili illo quattuor litterarum declarato nomine, Rabbi Haccados, cui tantum ab illis tributum est, Trinitatem eos docuit. nonnulli autem, & ii quidem ueteres Rabini, qui non ita male sensere, ut significantius rem exprimeret, illud quattuor litterarum nomen eo declararunt nomine, quod e XLII litteris constat. idq. eiusmodi אב אל בן אל יהוה אלהים בן אב אל, hoc est, Pater Deus, Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus; ueruntamen non sunt tres Dii, sed unus Deus. non potuit quidem neque apertius, neque uberius ab illis hoc sacrosanctum Trinitatis mysterium explicari: Iudæi tamen, quorum aures ad omnis salutaris rei uocem obsurdescunt, nec quod ab illis aperte dictum est, exaudiunt; neque omnino intelligunt, quod Propheta eos sæpe monuerunt. Apud Hoseam hoc nomine קדושם cadoschim, Trinitatis mysterium significatur, ut apud Esaiam quoque Angeli clara uoce clamantes inducuntur: קדוש קדוש יהוה צבאות: Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth. cuius nominis triplicem appellationem ad Trinitatem referri, nemo omnino est, qui neget. neque uero prætermittendum est, quod Elias filius Barachielis in libro Iob ita loquitur: רוח אל עשתי ורוח הויני Spiritus, inquit, Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis uiram dedit mihi. quo loco per Deum, Patrem; per omnipotentem, Filium; per Spiritum, Spiritum sanctum intelligi, doctissimi quique uolunt. quod a Domino in monte Sinai aperte indicatum est illis uerbis: אנכי יהוה אלהיך אל קנא. Ego, inquit, Dominus, Deus tuus, Deus zelator. Cum enim triplici appellatione se Deus prædicet; satis constat de Trinitate intelligi. sexcentis præterea locis hoc idem Iudæis significatum est. Sed quoniam hoc de Trinitate mysterium eiusmodi est, de quo ab iis, qui doctissimi sunt, & rerum diuinarum peritissimi, satis scriptum est, ad

eos ipsos rem omnem reiicio. Illud solum breuiter dixisse uolui, locos, quos mul-
tos nos Christiani ex archetypis Bibliorum ad Trinitatem referimus, eos omnes a
Iudæis, qui ueritatem non amant, deprauari interpretationibus eiusmodi, quæ
cum narrantur, quoniam commentitiæ plane sunt, statim sua se falsitate produunt.

215 Reflexit oculos, statimq. in molem conuersa est.) Reflexit oculos, quo-
niam cum e patre Sodomitano municipe nata esset, anxio & sollicito animo erat,
quo statu futuræ essent res, & familia patris sui. atque ita diuini præcepti oblita, in
Salis statuam conuersa est, quam Hierosolymitani interpretes ad id tempus per-
mansuram arbitrantur, cum a mortuis uniuersi homines excitabuntur. Sed hoc
eorum commentum est, ut pleraque omnia, ad quæ cum uel nulla ueritatis specie
ducantur, in iis ipsis habent illi non certam, sed uagam, Academicorum more, &
plane errantem opinionem. Illam uero salis statuam tempore suo extitisse, testis
est Iosephus lib. 1. cap. 11. Ant. Iud. Quemadmodum autem hoc illi euenerit, sacris
litteris mandatum est. Salomo autem rabinus affingit huius rei causam ineptam
& falsam, quod cum illa uiatoribus modicum salis præbere recularit, ideo salis sta-
tua effecta sit. Alii igne, qui salem admixtum habuerit, illam periisse scribunt. ad
quod probandum illud afferunt, quod, cum Moses Deuteronomii libro Sodomã
sulphure & sale periisse narret, eodem mortis genere Loth uxor perierit. frequen-
tes in eo Hebræi sunt, ut credant illius ossa sulphure ambugta, hocq. pacto in salis
molem conuersa. Sed hæc curiosius alii uiderint. nos tantum eos sensus attendere
debemus, qui nostræ fidei ueritati consentientes sunt.

215 At Sodoma diuinis ignibus cõflagrauit.) Non solum Sodoma, sed quat-
tuor reliquæ urbes Gomorra, Adama, Seboim, & Segor, conflagrarunt igne cale-
sti. id factum P. Orosius opinatur anno ante urbem conditam M C L X. Huius
exustionis non solum in sacris Bibliis mentio est, sed Cornelius Tacitus etiam, &
Strabo illam narrant. quoniam tamen rerum diuinarum luce uterque caruit, fal-
sam exustionis causam affert, cum unus & item alter id factum cõmemoret, pro-
pterea quod illius regionis terra sit natura torrida.

215 Tum ancillam, de qua Abraham filium susceperat, Sara expulit.) Ismael
ancillæ Agar filium Abraham una cum matre amandat. idq. & si primum ægre,
postea tamen, admonente Deo, non inuitus facit. nam Sara id ei primum perlua-
sit, uel impulit potius, ut perficeret. Causam uero afferunt quidam, inq. multi,
quod, cum illa animaduertet Ismael eum esse, cuius animus ad libidines, idolo-
rum cultum, & nefaria quæque procliuus esset, pati omnino noluerit, ut una cum
Isaac filio, quem paulo ante pepererat, ille educaretur, ac uiueret. in hanc enim
totam sententiam explicant uerbum illud, מצאחך Mezahech, quod de eo in Bibliis
hebraice legitur. Alii putant, cum in Isaac die natali magnificum instrueretur con-
uiuium, eum hoc irrisisse, quasi eiusmodi apparatus frustra temereq. iniri existi-
maret: qua re animaduersa, Saram cum marito egisse, ut illum cum matre ablega-
ret. Nonnulli uero eam habent opinionem, quæ non tam coniectura, quam ueri-
tate in hoc firma est, ut arbitrentur inter Isaac & Ismael altercationem ortam esse
de hereditate Abraham patris, quam cum ad se ea lege uenire arbitraretur ancillæ
filius, quoniam prior natu esset, Isaac Saræ filium, & si ueris nuptiis ille natus erat,
præ se contemnebat. quæ sententia facile confirmari putatur iis Saræ uerbis: Etice
ancillam istam, & filium eius. non enim erit heres filius istius ancillæ cum filio
meo Isaac. Hæc sane uerba indicant, de hereditate, ioco fortasse, ut pueri solent,
illos prius contendisse. in quem sensum cadit interpretatio L X X interpretum, ut
uiderelicet in Græcis Bibliis.

215 Dominus Abraham fidem tentans, immolandum sibi a patre Isaac filium
poscit.)

poscit.) Petrus Chryfologus, Episcopus Rauennæ, de tota hac re ita loquitur ser-
mone 108: Deus fidem, non mortem quærit, uotum, non sanguinem sinit: placa-
tur uoluntate, non nece. Hoc probat Deus ad hostiam Abraham sancti filium, cum
poposcit. nam quid aliud Abraham, quam corpus suum immolabat in filio? quid
aliud Deus, quam fidem requirebat in patre, qui filium sicut offerri iussit, sic non
permisit occidi: In hunc eundem sensum de hac re Martialis Apostolorum disci-
pulus differit in epistola ad Burdegalenses. Quod uero Deus Abraham fidẽ & con-
stantiam experiri uoluit, non ideo factum est, quod ea illi antea ignota & obscura
fuisset, sed ut, quæ in illius animo occulta fides latebat, ea aliquo facto pio patefa-
cta, aliis proposita esset ad imitandum. Sic enim apud Hebræorum sapientes scri-
ptum est: ברך נתן אברהם אבנו ועמר בכלם לרורייע במה הבהו של אברהם אבנו עתה בסיניא
hoc est, Decem tentationibus tentatus fuit Abraham, pater noster, & perstitit in
omnibus, ut innotesceret quanta esset dilectio Abraham patris nostri: Porro de-
cem tentationes, quibus Abraham tentatum dicunt, hæc e sacris Bibliis animadu-
eruntur, prima, cum emigravit e patria sua; ut scriptum est in Genesi: Egredere de
terra tua, & quæ sequuntur. altera fames, qua coactus, relicta patria, in Aegyptum
profectus est. tertia: cum a Pharaone uxor illi erepta est. quarta bellum, quod cū
quattuor regibus gessit. quinta, cum matrimonium cum Agar ancilla contaxit,
abiecta omni spe prolis e Sara suscipienda. sexta, circumcisio, cum, ingrauescen-
te iam eius ætate, præcepto Domini se circumcidit. septima, iniuria Regis Gerar,
qui uxorem etiam ei ademit. octaua, cum Agar amandauit Saræ impulsu. nona,
ablegatio item Ismaelis filii. Decima, & ultima, cum Isaac filium immolare a Deo
iussus est. de qua hoc loco hic noster mentionem facit.

215 Contacto Domini femore, sacramentum dedit.) Vetus Hebræorum mos
fuit, ut, manu in femur posita, sancte iurarent, quoniam ea corporis pars sacrã ha-
beatur, cum posteritas inde existeret. Intellexerunt aliqui eam partem membrum
genitale, quoniam ita hebraice, & Syriace in Bibliis legeretur. de qua re ita græce
Diodorus: πους φασιν τον σῦρον, καὶ τον ἑβραϊστικὸν καὶ τὸν ἰταλικὸν, δὲς τὴν γυναικα σὺν τῷ μηρῷ
μὲν, ἀλλὰ εἰς αὐτὸ τὸ πρῶτον ἔχουσιν ὁρκῶν, ὅτι ἐν αὐτῷ, τὸ γυναικα. Nescio qui ita Hebrai-
ce, aut Syriace legi putarint: sed quales quales ii sunt, perspicue falluntur. quoniã
uerbum Hebraicum, & Syriacum, quod hac de re in sacris litteris legitur, nihil
aliud significat, quam id, quod Græci Græce reddiderunt, μηρῷ, Latini femur,
seu coxam. Hoc uero iusiurandi genus alii eo referunt, ut, manu ab aliquo posita
sub femur eius, qui dominus esset, & imperandi potestatem haberet; hoc signo te-
stata fieret, ac plane indicaretur tum potestas eius, qui imperat; tum illius, qui pa-
ret, prompta & parata uoluntas. quasi cum Dominus sedendo illud fieri iuberet,
ita ad eum loqueretur: si tu in potestate mea es, iniicito manum tuam in femur
meum: ille uero, sic posita sub Domini femur manu, hoc tacito indicio testatum
faceret, se in illius potestate esse, paratumq. propterea ad omnia agenda, facien-
daue quæcumque ille iuberet, aut imperaret. Hoc significanda testificandaq. he-
rilis potestatis uetus institutum in plerisque regionibus, atque in India præsertim
seruari, litteris mandatum est. Qui hoc iusiurandi genus sic interpretantur, proba-
biliter ii quidem sentiunt: sed illud magis cum ueritate coniunctum est, ut, cum
foederis, quod tum primum Deus cum Abraham, eiusq. posteris iniuit, signum in
ea parte esset, uoluerit Abraham in ea, quæ pars foederis consecrata erat, nempe in
Circumcisione a seruo manum apponi, ut cum iusiurandi illius maior esset, san-
ctiorq. religio, arctiori ad imperata facienda uinculo astringeretur. Hoc gentis
Hebrææ sapientissimis placere uideo, qui per Circumcisionem Abraham illum ser-
uum iurasse autumant. Nostri, qui pie, & sancte cuncta explicant, quæ sacris Bi-
bliis

bliis inuoluta sunt, per semen Abraham, hoc est, Iesum Christum, seruum illum iuratum affirmant. quoniam ex eius semine Iesus Christus natus erat, ut initio Euangelii D. Matthæus narrat. Augustinusq. explicat lib. 16. cap. 33. de Ciu. Dei.

215 Abraham accepit uxorem Cethuram, quæ in Paralipomenis concubina dicitur. Abraham, Sara mortua, Cethuram in matrimonium duxit; idq. non sine mysterio factum esse idem Augustinus scribit, lib. 16. cap. 34. de Ciu. Dei. nam si una mortua, aliam uxorem duxit; ea uera uxor est, neque ulla causa uidetur, cur concubina dici possit. ideoq. aliqui in ea opinione sunt, ut credant Cethuram fuisse Agar illam Aegyptiam, quæ uere Abraham concubina fuit. nam ex sermonis Hebraici usu concubina ea dicitur, quæ cum ancilla sit, Dominus illa ad concubitu 10 utitur: qualem scilicet Agar fuisse legimus. filiis autem, qui ex huiusmodi concubitu nascuntur, non hereditas patris uenit, sed munera quædam tribuuntur. Cum uero legamus concubinarum liberis ab Abraham munera ac dona data, non de una, sed de duabus uel pluribus intelligi oportet: qua quidem re coarguitur eorum sententia, qui Agar concubinam Abraham unam tantum, Cethuræq. nomine item uocatam arbitrantur. quod cum ita sit, res ad eam sententiam spectat, quam mysterii plenam. D. Augustinus narrat. Quod uero ille ea ætate, atque ea fidei sanctitate uir, aliam in matrimonium duxit, neque id sine causa factum est. nam multo post tempore cum Cataphryges Hæretici fuerint, qui secundas nuptias damnabant, eo Abraham exemplo Patres maxime usi sunt, ad retundendam 20 eorum audaciam.

216 Abraham diem functus est. Hebraica lingua, in qua maxima rerum declarandarum uis est, ad exprimendam Abraham mortem utitur hoc uerbo, וָיָגַע. hoc est expirauit. quod Hebraicum uerbum proprie de illorum obitu dicitur, qui pie sancteq. uixerunt: qualis etiam Iacob fuit, cuius obitum eodem uerbo sacræ litteræ significarunt: Gen. cap. 44.

216 Corpus sepulcro Saræ uxoris appositum. Quo in loco Abraham sepultus est, & Sara item uxor eius; eodem in loco Adam, Isaac, & Iacob, sua quisque cum uxore, sepulti sunt. ideoq. locus is Hebraice קִרְיַת אַרְבֵּי קָרָיָה. Kiriat arbe, id est, ciuitas quattuor appellata est, quoniam eo loci quattuor illi uiri una cum uxori- 30 bus ad sepulturam traditi sunt. alio nomine ea ciuitas Hebron dicitur, quæ est in Chananæa.

216 Geminos edidit, qui in matris aluo sæpius exultasse traduntur. In utero gestiebant, inquit D. Augustinus. ἐσπίρτον, iudebant, LXX interpretes uertunt; symmachus autem, ἠέλλεον, hoc est: quasi nauis aliqua in summo ferebantur. Huius quidem rei mysterium copiose a Christianæ religionis Patribus explicatum est. Hi gemini Esau & Iacob in lucem editi sunt, Xerse seniore, Assyriorum rege. De Iacob mentio est non solum in sacris litteris, uerum etiam apud gentium scriptores, Theodotum, qui res hebraicas uerbis complexus est, Artapanum, & Philonem Milesium. 40

216 Multiplicatus pecore, atque omni substantia. Nam Iacob opes paulatim adeo creuerunt, ut tandem Palæstinorum omnium, in quorum prouincia Dei iussu, ac uoluntate confederat, locupletissimus factus sit. eo enim loci ita copiosam messem habuit, ut in ipso anno (sic in sacris Bibliis scriptum extat) inueniret centuplum, כֶּסֶם שְׁעָרִים, hoc est, centum modios pro uno a terra acceperit, inquit Ianathas Chaldæus. quod de omnibus frugibus intelligendum est, neque de hordeo solum, ut opinati sunt LXX interpretes.

216 Quis rebus Esau accensus, fratri necem moliebatur. Esau odii in Iacob fratrem mysterium explicat Iustinus Martyr in dialogo contra Iudæos.

Iacob

216 Iacob profectus in Mesopotamiam, per soporem Dominum uidisse traditur: atque ob id locum somnii sacratum habens, lapidem ex eo sumpsit. Lapis hic agri erat, quo Iacob pro cervicali usus est, sic enim Græce, Hebraice, & Syriace scriptum est. quamquam alii aliter interpretantur. Eumq. lapidem in titulum erexit, ut Latine in Bibliis scriptum est, כְּבֵדָה, Hebraice in statuam, ut quibusdam placet, Græce ἑστησεν ἀπὸν στήλην, Columnam excitauit. Certe si agri lapis erat, neque columna, neque statua reuera erat. Sed quoniam lapis ille non humi stratus iacebat, sed erectus, tamquam columna, aut statua omnino stabat, ob eam similitudinem propterea statua, aut columna dicitur, quasi signum futuri templi. Quod 10 uero sequitur: Vouit, si rebus prosperis reuertisset, titulum sibi domum Domini futurum; hoc est, uotum nuncupauit, si in eo itinere Deus sibi adesset, fore, ut lapis, quem erexisset, domus Dei uocaretur, id quod euenit. nam Bethel, id est, domum Dei, locum, qui prius Luza uocabatur, nominauit. Sunt ex nostris, qui hunc locum fuisse putent, illum, qui prope Hierosolyma est, montem, ubi Domini templum postea edificatum est, quasi diuino spiritu affatus Iacob locum eum fore profexit, in quo debitus Deo cultus tribueretur. Sed cum Bethel, quæ Luza, & Iebusa, quæ Hierosolyma est, duæ apud Iosiam diuersæ sint urbes, & inter se ualde distantes, parum uiderunt, qui Bethel urbem, Moriam censuerunt: qui mons 20 prope Hierosolymam est.

216 Sed Lia oculis deformior, Rachel pulchra fuisse traditur. Ex Latinis Bibliis Liam lippis oculis fuisse animaduertimus; Rachelem uero honesta, & eleganti facie. Si uero Chaldaicas litteras attendimus, Onchelus, qui Chaldaice quinque Mosi libros copiose satis expressit, pulchris illam oculis fuisse narrat. in Hebraicis autem libris de eius oculis ita scriptum est, רַבִּית אֵינִי עֵינַי. Et quoniam Hebræum nomen in unum, & alterum item sensum accipi potest, ut & molles essent, & infirmi: posteriorem sententiam LXX interpretes secuti sunt, qui Græce ita conuerterunt: οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ λαίας ἀδυνάεις: priorē uero Chaldæus interpres, qui oculorum mollitiem pulchritudinis nomine expressit. quasi Lia oculis dumtaxat pulchris esset, reliquo autem corpore non item.

216 Ac rursum septem in seruitio subditur. Cum pro Rachele, cuius nuptias Iacob admodum concupierat, Lia soror supposita esset: hac de re grauius ipsi conquerenti Laban focer illam despondit, modo aliis septem annis, quot antea seruitutem seruierat, in famularu suo esse uellet. Imple hebdomadam dierum istius copulæ, & hanc quoque tibi dabo: sic in Genesi scriptum est. quo in loco plerique hebdomadam annorum interpretantur. nam hebdomadam de annis intelligi, supra diximus: & diem pro anno accipi, Hebraici sermonis consuetudine receptum est. quasi illud in eam sententiam dictum sit, quam primo exposui. Sed alii aliter sentiunt, ut hebdomada septem omnino dies intelligantur. in eum igitur sensum Bibliorum uerba dicta uolunt, ut septimo post die, quam uxore Liam 40 duxerat, liceret ei in matrimonium Rachelem ducere, si in ea cōdicione stare uellet, ut septem item annis apud se seruiret. cum enim septem illi dies festi essent, & sollempnes nuptiarū, quas cum Lia fecerat, per legem non poterat uxorem aliam ducere, nisi confecto illorum septem dierum spatio. Hæc sententia Esdræ est; atque ita illum locum intelligendum esse docet Hieronymus iis uerbis: Postquam Liam Iacob pro Rachel uxorem acceperat, dicitur ei a focero Laban, ut septem dies post nuptias sororis prioris expleat, & sic accipiat Rachel, pro qua iterum septem aliis annis seruiturus sit. Non igitur, ut quidam existimant, post septem annos alios, Rachel accepit uxorem; sed post septem dies nuptiarum uxoris prioris. nam sequitur: Et ingressus est ad Rachel, & dilexit magis Rachel, quam Liam: &

HH 3 seruiuit

seruivit & septem annis aliis. Hæc ille. Errat igitur Iosephus, qui finito altero septennio illum Rachel uxorem duxisse narrat. iniquum enim erat, inquit Eucherius, neque uerisimile, ut is qui semel se omnino deceptum ante uiderat, iterum septem aliis annis in famulatu illius esse uellet, qui de industria fecit, ut cum falleret. ergo probabilis est, quod opinatus est Hieronymus, & maxime affirmatis, quem proxime nominauit, Eucherius, qui ita doctus fuisse uidetur, ut prudens.

216 Sed hanc diu sterilem, Liam secundam fuisse accepimus. Filiorum, quos ex Lia Iacob habuit, hæc sunt nomina. Nam cum Deus uideret præ Rachele, quæ erat egregia forma, Liam contemni, huic fecunditatem largitus est, illa sterili permanente. ut enim pluuia caelestis, annonæ ubertas, ceteraq. comoda a Deo existunt, sic liberorum item procreatio. itaque cum Rachelem Deus parere uoluit, ad hoc significandum sacræ litteræ iis uerbis utuntur: Recordatus quoque Deus est Rachel. ideoq. interpres Hierosolymitanus in eum locum, scribit quatuor huius uniuersitatis clauis in manu Dei esse, nempe clauem pluuia, alteram annonæ, tertiam mortuorum, quartam sterilitatis. Sed nos hæc alias uiderimus. Rachel igitur cum hanc naturæ sterilitatem uitio sibi dari animaduertisset, atque ex ea re tantam sibi sollicitudinem strueret, ut marito aliquando testata sit, fore, ut ipsa præ illius rei mærore interiret; cumq. si liberorum expers esset, penitus extingui uideret memoriam sui: parentes enim cum liberos relinquunt, in illis, etiam si mortui sint, uiuere dicuntur, ut contra euenit, si liberi carent, licet uiuant, pæne in mortuis habentur: quoniam si eorum liberi non extant, breui temporis spatium ipsi nulli futuri sunt: unde apud Hebræos illa peruagatissima sententia: Cui plæne filii non sunt, is perinde est, ac mortuus; hæc igitur cum illa consideraret, animoq. sæpe repeteret, a marito contendit, ut sibi filios daret. in hunc enim sensum Hebraice scriptum est, quasi illa Iacob maritum ita alloqueretur: Quemadmodum, inquit, pater tuus a Deo matri tuæ liberos impetrauit, idem mihi concedi postulo precibus, quas huius potissimum rei nomine ad Deum adhibeas uolo. uerum cum hac uxoris petitione Iacob magnopere commotus sit, quoniam id illa ab se petebat, quod non in sua, sed in Dei omnino potestate esset; res non eo spectabat, ut maritus a Deo ei filios peteret, sed ut ille ita secum uiriliter ageret, ut ex eo liberos ipsa conciperet. uerum quoniam, ut dixi, ea res plane a Deo est, neque multis etiam ad hoc remediis adhibitis, neque mandragoræ cibo, cui herbæ hanc uim tollendæ sterilitatis natura inesse, omnes dicunt, quamquam negat Eucherius, id impetrauit, quod maxime uoluit: sed tum denique id ipsum assecuta est, cum Deus, ut est in sacræ litteris, recordatus illius est. quo tempore eius concessu, ac munere Iosephum peperit. quod beneficium tum Deo acceptum ipsa retulit, cum, postea quam illum peperit, illud iis uerbis confessa est: אֲסַקְךָ אֱלֹהִים אֵת חַרְפִּי. Collegit Deus opprobrium meum: cum enim filiorum procreatio sit a Deo, qui dixit: Crescite, & multiplicamini: sterilitatis, quæ res uitio mulieri datur, macula Dei ope, ac beneficio mihi adempta est. Nomina uero Liæ filiiis apte imposita sunt, ut explicat Iosephus lib. 1. cap. 18. Iud. Antiq. latiusq. ac fusius singula Eucherius in eo Gen. loco.

216 Cum ei Laban focer partem pecorum, mercedem seruitii dedisset. Hæc quidem mercede dignus fuit optimus is pastor, qui, ut sacræ litteræ narrant, die noctuq. æstu urebatur & gelu: fugiebatq. somnus ab oculis suis. quod sane exemplum Damasus Pontifex Romanus ad Ecclesiæ pastores omnino pertinere, quadam epistola scribit. Si ergo, inquit, sic laborat, & uigilat, qui pascit oues Laban; quanto labori, uigiliisq. debet intendere, qui pascit oues Dei.

216 Rachel, uiro inficio, patris idola abstulit. Hæc idola, uel, si latine malimus,

mus, simulacra, Hebraice דְּרָרִים dicuntur, a uerbo דָּרָר, quod est dissoluere, aut cessare, quasi imagines essent, si nominis notationem spectamus, ex quarum inspectione aut opus agere ille desisteret, aut aggrediretur. Sed hoc a nonnullis curiosius conquistum est. & in Hebræis est Dauid, quem Kimhi uulgo nominant, is imagines fuisse opinatur, quibus ille inspectis futura in posterum prospiceret: easq. locutas narrat. ad quam rem confirmandam affert illud Zachariæ, quod de simulacris fertur: Quoniam simulacra, inquit, locuta sunt uanitatem. Plerique uero eam habent opinionem, ut credant imagines illas quidem fuisse, quæ scite quodam modo factæ, nempe, quæ notatis certis quibusdam stellarum momentis, constata futura loqui potuerint. Sed uana hæc sunt, & planæ commentitia. nam cuiusmodi fuerint, siue ex auro, ut e nostris quidam putarunt, siue ex ære, siue ex alia materia, aut quacumque arte factæ: nos, sacræ Bibliorū libris studiose legendis, imagines fuisse cognoscemus, quas pro diis ille habuerit, iisq. diuinum plæne cultum tribuerit. nam huic falsorum, commentiorumq. cultui illum totum de ditum fuisse declarant sacræ litteræ, in quibus eum cum Iacob genero ita loquentem legimus: Cur furatus es deos meos: illumq. cōtra respondentem: Cum quoinueneris Deos tuos, & quæ sequuntur. Rachel autem fugiens cur patri eas imagines surripuerit, tres causæ afferuntur; una, quod loco mercedis, quam ille Iacob marito suo debebat, abstulerit; altera, ne pater eas aspiciendo, itineris sui rationem cognosceret; tertia, quæ probabilior est, ut hoc pacto patrem ab eo, cui ualde mancipatus erat, idolorum cultu, uenerationeq. auerteret.

216 Tum a Deo illi nomen immutatum est, ut ex Iacob Israel diceretur. Huius nominis notatio, uel interpretatio potius uaria est. argute magis, quam uere interpretatum putat Hieronymus: si quis Israelis nomine eum dixerit, quicumque Deum cernit. Eucherius item Hebraice doctus cum eo sentit. at qui cōtra opinatur, hanc habent illius nominis rationem, quod ea uox Israel conficiatur, & quasi constetur ex tribus his dictionibus, יִשְׂרָאֵל, quod est, Videre, אֱלֹהִים, Deus, אִישׁ, Vir; ut Israel interpretetur, Vir uidens Deum. Hieronymi autem sententia eo refertur, ut dicatur Princeps cum Deo. sic etiam idem Eucherius. quasi in eum sensum illi nomen immutatum sit; ut, quem admodum princeps ego sum, ita & tu, qui mecum pugnare potuisti, princeps uoceris. Qui ita interpretantur, nomen hoc plane deducunt, a שָׂרָר, hoc est, dominari, uel principatum tenere, יִשְׂרָר igitur futurum erit ab illo uerbo, ut indicat littera, י, iod initio uerbi apposita. in hanc item sententiam, quæ Hieronymi in primis est, rem hanc Onchelus Chaldaice explicat. Nos uero, si rei totius narrationem attendimus, utramque interpretationem probare iure possumus. nam cum Deum Iacob aspexerit, mortisq. periculum effugerit, quod nemini contigit, nemo enim me uidebit, inquit ipse ad Moysen, & uiuet. hoc ille singulari beneficio affectus, Israelis nomine appellatus est: ut hac nominis mutatione, quod illi tributum est, ut de facie scilicet Deum uideret absque uitæ periculo, id omnibus significaretur; locumq. propterea quasi huius rei indicem, & testem פָּנֵי אֱלֹהִים Hebraice dixit, quia eo loci, ut sacræ litteris proditum est, faciem Dei uidit. & quoniam is cum Deo pugnauit, uel luctatus est, ut Hebræorū monumenta declarant, in eoq. pugnae genere uirum, ac plane principem se præbuit, Israel a Deo dictus est, quasi princeps cum Deo. id quod Hieronymus sentit, quasi hæc nominis mutatio eo spectet, ut Deus animos addere ei uoluerit, qui parum fidenti animo cum Esau fratre pugnam initurus erat. etenim si in Deum se uirum fortē præstitit, quanto hominibus superior erat futurus? Sed cum Deo, an cum Angelo in pugnam ille descenderit, hoc uarie interpretatum esse, auctor est Eucherius, illud tamen afferunt Hebræi, Iacob robore, & uiribus admodum præstitisse:

præstitisse; quoniam qui ab Abraham originem ducebant, eos fortissimos omnium fuisse narrant: huiusque rei signum dant, quod Iacob solus lapidem immensum e fonte amovit, & cum Angelo fortiter pugnavit. Iudaica hæc sunt, nempe uana, atque inania, si uerba tantum spectantur: iucunda uero certe, si ad mysterium referuntur, hoc est, ad Iesum Christum, cuius robur, ac fortitudo in illis patribus adhibita est. ipse enim fortis ille est, cuius uirtus cunctis gentibus testata, tot mortuos ad uitam reuocauit: qui depulso Satana, acerrimo humani generis hoste, uique mortis superata, nos in uitam uindicauit. sed nolo hæc in præfati: nam hic profecto locus diuinitus inductus esset contra Iudæos, nisi modum rei, ab initio susceptæ, me excedere putarem,

216 Ex colluctatione autem neruus femoris Iacob obtorpuuit. Femoris neruus, emarcuit, sic eo Genesis capite, unde hæc omnis historia sumpta est, Latine legitur. Hebraice uero, נָשַׁךְ, luxatus est, hoc est, loco suo motus. septuaginta autem uerterunt Græce, ἠεργήθη, nempe obtorpuuit, & inutilis præne factus est. Rabbinus in ea opinione sunt, ut putet ictu illo coxendicem loco amotam esse. id quod etiam sentit Chaldæus interpres. Appellat Hebræi hunc neruum obliuionis, quoniam ictu Angeli percussus, quasi loci sui oblitus, alio secessit. alii neruum contra dictum, alii latum dixere, nonnulli dissipatum. neque defunt, qui hunc neruum & ridicule, & obscœne interpretentur. Sed iam explosa est istorum sententia. nam omnium consensu receptum est, eum neruum acetabulum esse, illud scilicet os, circa quod coxendices uertuntur, de quo Plinius lib. 11. cap. 18. uel coxendicem ipsam, cuius cibo Iudæi eam ob causam fortasse hodie quoque abstinunt. De re tota ita Iosephus Græce scribit lib. 1. cap. 19. Iud. Antiq. καὶ γενομένης οὕτως τῆς μάχης ἀλγυμένως αὐτὸς πρὸς τὸ νύκτωρ τὸ πάλαι, αὐτὸς τε ἀπέχεσθαι τῆς τῆς ἐρώσεως, καὶ δὲ ἐκείνο ἐδ' ἡμῶν ἐδωδύμεν. Si quid autem hac de re μυσικότερον, quod maxime Christiani hominis est, scire aliquis gestit, ad hanc rem nostros adhibeat, in quibus Eucherium pono, qui & multis litterarum doctrinis, & quadam Christiani hominis solertia res fati inuolutas explicauit illis commentariis, quos in Genesis conscripsit.

216 Loco, pretio accepto, tabernaculum statuit sibi. Partem agri Iacob emit, in quo tabernacula figeret. Sed de pretio est aliqua dissensio. nam centum agnis illam agri partem emptam esse, Hieronymus noster, & Onchelus Chaldæus testantur, auctoritatem LXX interpretum secuti, qui Genesis locum, in quo huius rei omnis narratio iis uerbis Hebraice exprimitur במאה קשיש, uerterunt, ἐκατὸν ἀμῶν, centum scilicet agnis, Hebræi centum numis. est enim קשיש, numi genus, ut placet eorum interpretibus, qui מער alio nomine dicunt. in hanc item sententiam narrat rem totam. D. Lucas in actis Apostolorum, cap. 7. quo in loco non agnis quidem, sed pretio argenti emptionem factam ille scribit.

216 Quo comperto, Simeon & Leui, Dinæ fratres, omnes in opido sexus uirilis dolo peremerunt. Sichem Emmoris Sicimitarum regis filius, quo tempore in illorum ciuitate celeberrimus dies festus agebatur, maximusque hominum concursus eo factus est, Dinam Iacob filiam, quam ex Lia uxore ille susceperat, rapuit, καὶ ἠγαπήθη αὐτὴ αὐτῆς, καὶ ἔλαβεν. Sic Græce scriptum est. sed uitiatam ab eo esse, & ita grauidam factam, peperisse, hoc neque ab Hebræis, neque Chaldæis, nec a Græcis usquam scriptum extat. nescio igitur quo modo illa dictio ἐλαβεν in Græcos Codices irrepsit, cum omnis historia illud plane neget. Dinam itaque cum perditæ amaret Sichem regis filius, omnibus precibus atque obsequi blanditiis impetrauit, ut secum illa nuberet: וְאָמַר עָלַי לֵב נָעִר, Sic in Bibliis Hebraice legitur, hoc est animum puellæ ad nuptias blande allectauit. quam rem ille affectu, cum amore patre eam communicat. is ut filio obsequeretur, cognita illius uoluntate,

uoluntate, omnem operam dat, ut Iacob puellæ pater, assensum his nuptiis præberet. qui omnino incertus, quid ageret, deliberandi spatium postulat. nam denegare hoc regi petenti non audebat. filiam uero in matrimonium dare homini exteræ nationis, hoc ex lege & consuetudine Hebræorum summum nefas putabat. rem igitur, utpote quæ ancipitem curam afferebat deliberandi, communicat cum suis, quorum item animi, ut in dubia re fieri solet, modo huc, modo illuc impellebantur: soli Simeo, & Leui puellæ germani fratres consilium ineunt de ulciscenda sororis iniuria. quo autem modo hoc perfecerint, dolo id factum esse hic noster narrat, neque tamen dolum explicat. Si quæ est apud Iosephum, huius rei narrationem attendimus, dolum in eo apparet, quod Sicimitas hi aggressi sunt, quo tempore illos & uino & fomno pane mortuos interficere facile fuit. nam pridie illius noctis, cum diem festum & sollemnem celebrassent, toti fuere in uoluptatibus, & conuiuibus. hoc illi tempus cum obseruassent, insidiosè doloue fecisse uidentur: quoniam & inermes, & imparatos, & intempesta nocte, tum maxime adoriuntur, cum illi somni uiniq. pleni, quod pridie meracius & largius sumpserant, ita arcte dormirent, ut non modo hostium aduentum, sed ne arma quidem, quibus grauissime uulnerabantur, ipsi sentire possent. Hæc ex sententia Iosephi. Sin autem sacras litteras studiose legemus, dolum in eo illos adhibuisse cognoscemus, quod, cum de nuptiis ea lege condicioneque cõuentum esset, si Sicimitæ omnes tam mares, quam feminæ Hebræorum more præputium sibi præciderent; illi, ut regi, eiusmodi matrimonium summopere expetenti, obsequerentur, rem ex illius uoluntate perfecerunt: tertio autem die, quo res illa acta est, quoniam e præputii amputatione grauissimo dolore affecti, in lecto Sicimitæ iacebant, hoc tempus cum Iacob filii obseruassent, urbem eorum oppugnarunt, eaq. capta, omnes sexus uirilis hoc dolo interfecerunt; quoniam cum ipsi optime scirent, e Circumcisione maximum doloris cruciarum, tertio præfertim die, existere, eo potissimum die illos aggressi sunt, quo amputati præputii dolore illi præne fracti, se defendere nullo modo poterunt.

217 Isaac decessit, annos natus centum, & octoginta. Hac ætate Iacob decessisse in Bibliis Latinis, Græcis, Hebraicis, & Chaldaicis legitur. nescio unde Iosephus Hebræus didicerit, eum anno ætatis suæ CLXXXV obiisse. huiusce rei mentio apud illum est lib. 1. cap. ult. Iud. Ant.

217 Cuius progeniem in tam præciso opere inferendam non putauit, si quis studiosior erit, ad origines reuertatur. Esau enim liberorum commemoratio omnis est in Bibliis, Gen. cap. 36. & apud Iosephum lib. 2. cap. 1. Ant. Iud.

217 Carus admodum Ioseph patri. Vnus ex omnibus liberis Ioseph carissimus patri fuit, propterea quod eum senex genuerat; tum quoniam is scitus admodum puer fuit, & animi uirtutibus egregie ornatus. Ioseph. lib. 2. ca. 2. Ant. Iud.

217 Negotiatoribus eum, qui tum Aegyptum petebant, uendiderunt. Ex historia animaduertimus, Ioseph ter uenditum esse; primo Medianitis mercatoribus, deinde Ismaelitis, tertio Phutiphari Pharaonis regis Spadoni, de quo proxime dicemus. Sunt tamen qui Madianitas eisdem esse censent, ac Ismahelitas.

217 Atque ab his Phutiphari Præposito Pharaonis traditus est. Aquila & Symmachus, duo ueteris Testamēti interpretes, Petephrem hunc nominant. Phutipharem uero dici oportere, Origenes censuit. Hunc Præpositum Pharaonis hic noster appellat, LXX interpretes ἀρχιμαγίστρου, hoc est, coquorum præfectum, Hebræi שַׂר הַטְּבָחִים, nempe Principem Sicariorum, seu laniorum uocant. in quam sententiam uertit etiam Chaldæus interpres, cui D. Hieronymus assentitur. nam טבח, unde טבחים, Tabachim nomen uenit, ad utrumque referri potest & ad eandem,

dem, & ad culinam. quo factum est, ut eum alii coquorum, alii militum, seu ficariorum præfectum dixerint: simile tamen ueri est, si carceris cura illi commissa est, aliquem militum seu satellitum præfectum fuisse. parum enim ueritatis rationi consentiens est, coquo cuiquam eiusmodi curam fuisse commissam.

217 Thamar, meretricio habitu assumpto, socero mixta est, ex eoq. geminos edidit.) Huiusce rei narratio tota est in Genesi cap. 36. Pie uero illam explicant Theophylactus, & Ado, hic in Chronicis, ille in commentario, quem in D. Matthæum scripsit. narrant Hebræi hanc Thamar Schem illius filiam fuisse, qui tum sacris præerat, eamq. ob causam, quoniam e sacerdote nata erat, in fornicatione deprehensa, iubetur in ignem conici; nam Hebræorum lex est, ut, si quæ filia sacerdotis, meretrix est, ea comburatur.

217 Nomen infantibus Phares & Zarah inditum.) Nam Phares interpretatur diuisio. Sed cum Zarah natu prior esse debuerit, quoniam prior ex matris uulua manum protulit: tamen Phares, membranula illa naturæ discissa, prior in lucem editus est. quam rem Diodorus Siculus ita Græce: *δὲ δὲ ἐπισημαίνεσθαι, ἕτι ἢ μὲν φησὶς τὸν Ζαρεῖ ἀρωτότατον ἐπιπέσει, ἀρωξεν γυνὸν τὴν Ζαρεῖ, ὃ δὲ δεῖος τῶν πατρῶων τὸ ἀξίωμα, ὃ δὲ τὸ βασιλικὸν γένος, καὶ ὁ Δαβὶδ, καὶ ὁ κύριος*: Animaduertendum est, inquit, Zarah nasci prius oportere, quoniam manum prior extulit: at Deus principatum Phares tribuit, e quo genus regium est, & Dauid, & Dominus.

217 At Ioseph, cum benigne a curatore regio, qui eum pretio acceperat, haberetur.) Nam omnia Ioseph cum hero cōmunia habuit, nisi illud unum, quod una secum non comesse poterat: quoniam nefas erat Aegyptio homini cum Hebræo cibum capere, Gen. 43.

217 Appetitum sæpius.) Idq. spatium unius anni, neque tamen unquam ab eo impetrauit, quod illa supra modum concupierat. est in gentium litteris de Alexandri, & multorum continentia scriptum; tamen quæ ad hanc uirtutem pertinent, si singula spectantur; nulla certe maior eluxit, quam hæc ipsa Iosephi, de qua Clem. Alex. lib. 7. Strom.

217 Erant in eadem custodia ministri Regis duo.) Alter præfectus pincernarum, alter uero pistorum, amboq. eunuchi. Sic enim Hebræice de iis scriptum in Bibliis est: *שני כרסין על פניו פקדו*: iratus est Pharao duobus suis eunuchis. & quoniam eiusmodi homines alicui muneri a Regibus Aegyptiis præfici solebant, factum est, ut eunuchi pro ministris accipiantur, quæ in sensum hic noster eam rem explicauit. Cuius autem criminis nomine in carcerem illi coniecti sint, ex omni historia nihil explorati habemus. nam prudens sciensq. prætereo, quæ de eo crimine Iudæi inepte & falso narrant.

217 Septem annis præximis, maximam frugum ubertatem, consequentibus inopiam.) De hac inopia, & fame Aegypti, quam Ioseph præuidit, e gentium scriptoribus Trogius Pompeius, & Iustinus lib. 36. scripserunt. Sed quoniam ii falsis erroribus obcæcati, ueritatis luce caruerunt, multa falso commemorando, ueritati tenebras offundere conati sunt: hoc ipsum tamen minime affecti uidentur, cum e sacrarum litterarum lumine ita illustris earum rerum cognitio existat, ut ipsi perspicue mendaces inueniantur. uix dici potest, quam multa toto eo loco Iustinus falsa scribat, quæ omitto, cum facile per se illa legentibus nota esse possint. Quo autem tempore illa fames extiterit, hoc legitur apud Eusebium in Chronicis, apud D. Augustinum lib. 18. de Ciu. cap. 4. Apud Orosium lib. 1. cap. 8. fuit enim anno ante urbem conditam M VIII. Tota uero huiusce rei narratio est in Gen. c. 44. & lib. Ant. Iud.

217 Rei cum annonariæ præfecit, æquato secū imperio.) Nam domi forisq. omnem

omnem illi Pharao tribuit potestatem, ut est in Gen. cap. 41. & lib. 2. cap. 5. Antiq. Iud. idq. etiam maxime constat acclamationibus, quæ ei a populo Aegyptio factæ sunt. nam secunda illius Aegyptiæ multitudinis acclamatione, *אברך* Abrec uocatus est, nempe Pater regis: quoniam illi tantum Pharao rex tribuit, quantum optimo quidem parenti recte tribui solet; non quia ætate talis esset, qui parentis loco a rege coli deberet, sed quoniam, licet adolescens esset, sapientia & consilio tantum ualuit, ut optimo iure tanti eum rex faceret; quanti pro eo sane ac debuit, patrem facere debebat.

218 Id gestum a diluuiio anno MCCC VIII.) Omnis illa omnium ætatum ratio a nobis initio satis superq. explicata est.

218 Filios omnes benedictione iustravit.) Non solum benedictione iustravit, uerum etiam quæ illis eorumq. posteris euentura essent, animi diuinatione prædixit: & ad ea tempora appropinquare Messiæ aduentum testatus est in primis, cum ab imperii maiestate, & regni gubernatione Iudæorum Resp. conciderit. de tribu enim Iuda, a qua Iudæi dicti sunt, cum loqueretur, hoc de Iesu Christi aduentu locupletissimum testimonium dedit, quod ita Hebræice scriptum est: *לא יסור מיהודה ומהוקק מבין דגליו עד כי יבא שילה*: Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat Siloh. est in eo frequens benedictionum Rabinorum schola, ut per Siloh Messiam intelligendum esse existiment. in qua plane sententia est Onchelus in primis, Chaldæus interpres, cuius tanta est apud eos auctoritas, ut Hebræa quodam diuinationis animo Chaldaice translulisse, nonnullis uideatur. Iudæi tamen posteriores, ignaui & stupidi sane homines, quoniam suo uelut flagitio sibi nimium placent, nulla maiorum suorum auctoritate uicti, in re tam clara, quæq. in oculis omnium populorum est, multa & stulta, & ridicula certe comminiscuntur, ut sanctissimam hanc Iacob Patriarchæ prophetiam nobis uelut e manibus excutiant, & in longiorem diem reiiciant. Sed eorum opes iam conciderunt, nulla eorum Resp. nullus magistratus, nullum Patrum consilium, quos *סנהדרין* uocant, nullus illorum principatus iam ex eo tempore, quo Herodes, exteræ, non Iudaicæ nationis homo, patre scilicet Idumæo, & matre Arabica natus, in Triumuiratu Augusti Cæsaris, & M. Antonii, rex Iudææ appellatus est: in quod tempus, ut hac illius Patriarchæ diuinatione significatum est, incurrit Iesu Christi aduentus. quæ res cum in luce omnium posita sit, nihil plane attinet, cur nos pluribus demonstremus: præsertim cum ipsi, qui obstinate negant, si sana mente sunt, re ipsa uideant, satisq. aperte perspiciant, ac suo magno malo omnino sentiant, nullo iam amplius commenti genere eos in hac ipsa re posse mentiri. nam qui in ea Iacob propheta Siloh alium interpretati sunt, quam Messiam; quiue intellexerunt, ueniente Messia, Iudaicæ Reip. imperium nullum fore, hocq. cum negari iam nulla ratione posse uiderent, aliam quandam Remp. in montibus *הלה והבור*, Halah, & Habor, uel potius in *שומרון* commenti sunt; horum, atque adeo omnium, qui eam prophetiam alio referunt, quam ad ipsum Messiam; opinio repudiata est tum ab ipsis Rabinis, tum a ueteribus nostræ religionis doctoribus; quales sunt Iustinus Martyr, Eusebius Cæsariensis, Iulianus Pomerius, Isidorus, & alii pæne infiniti: neque defunt præterea hoc tempore, qui magnis uoluminibus conscriptis, hanc certandi rationem contra Iudæos susceperunt; & quoniam hoc argumēti genus erudite copioseq. ab iisdem tractatum est, ad eos totam hanc cum Iudæis contentions causam reiicio.

218 Decessit autem Ioseph.) Regnantibus Assyriorum duodecimo Mamito, & undecimo Sicyoniorum Plemnæo, & Argis adhuc manente Argo. D. August. lib. 18. cap. 7. de Ciu. Dei.

218 Hebræi igitur, qui in Aegyptū deuenerant, incredibile memoratu est, quā cito numero aucti sint. Nam qui in eam prouinciam uenerant, Hebræi septuaginta fuere, ut in Bibliis Hebraicis Chaldaicisq. scriptum est: sed quinque & septuaginta ii fuisse Græce leguntur. Exiguus quidem numerus, si comparatur cum iis, qui nō multo temporis spatio ex Hebræis mulieribus ibi postea nati sunt; cum singulas binos ac ternos liberos peperisse, Hebræorum sit traditum monumentis. Moses cum infinitam illorum, qui in Aegypto nati sunt, multitudinem significare uellet, hoc sermonis genere Hebraice usus est: רבני ישראל פרו וישרצו. quæ uerba significant illos ita eo loci auctos esse, ut fornicarum & locustarum genus augeri & multiplicari solet. *αυδαίος ἐγένοντο*, uerterunt septuaginta interpretes; hoc est, 10 piofi facti sunt: quamquam alii ea uerba ad Hebræorum ignominiam referri uolunt; quod uiles scilicet ibi facti essent, nulloq. pretio haberentur. quorum sententiam Theodoritus his uerbis coarguit: *ἐγὼ ὡς πνὴς νενοήκασιν ὑβρις καὶ αὐτὸ πείθεισιν, ἀλλὰ τὸ πλῆθος δειδωκέναισιν. ἔπειτα γὰρ φασὶν ὑψηλῶσιν, ὡς καὶ ποσὶς ἐκείνης ἐκχέθλων τῆς γῆς. ἔπειτα καὶ οἱ περὶ τὸν αὐτὸν ἠρμηνοδωσαν.* Non enim, inquit, hoc ad Hebræorum contumeliam, ut nonnulli putarunt, LXX interpretati sunt, sed eorum copiam significant. nam adeo, inquit, aucti sunt, ut in omnem illam terram disseminati sint. in huncq. item sensum uertit Aquila, qui sane sensus cum ueritate coniunctus est, cum dixerit Abrahæ Deus, fore, ut stellarum numerum æquatur essent eius posterii.

218 Succedentium Regum imperio deprimebantur. Et si toto illo temporis spatio multi fuere reges, a quibus populus Hebræus uexatus est; in annalibus tamen suis Iudæi Hozam quandam Aegypti regem nomināt, a quo maiores suos, dum ii in ea prouincia fuerunt, grauissime oppugnatos esse dicunt. tota huiusce rei historia in Exod: cap. 1. & apud Iosephum lib. 2. cap. 5. Ant. & apud Philonem in uita Mosis.

218 Nomen puero Moses dedit. Nam in circumcissione Ioachim is a parentibus uocatus est; regina uero Mosem apto nomine appellauit, quoniam ex aqua, in quam proiectus fuerat, eum sustulit. Moy enim aquam Aegyptii dixerunt, qui uero ex aqua emerfus, spiritum recuperat, sermone Aegyptio, Moyfes dicebatur. ita 30 Clemens Alex. lib. 1. Strom. & Iosephus eodem loco, quo supra. Ezechielus item, Iudaicarum tragediarum scriptor, uersibus rem hanc egregie narrat, ut est apud eundem Clementem, & eodem libro. Philo etiam in uita Mosis id omne explicat, illud tamen hic omittit, quod de fiscella scirpea, in qua Moses infans inclusus, in fluuii littore expositus est, ab omnibus scribitur. id factum fortasse est, quoniam תיבת תיבות uocis hebraicæ, quæ fiscellam significat, uim non intellexit. nam, & si Hebræus erat, Hebraice tamen non satis nouit, ut a plerisque demonstratum est.

218 Aegyptium, calce percussum, interemit. Myka, qui uirtutes Mosis admirabiles narrant, non calce, sed uerbo hominem Aegyptium ab eo interfectum putant. id quod de Petro Apostolo legitur, cuius sermone grauiter obiurgatus 40 Ananias, quoniam de pretio agri fraudasset, ad pedes ipsius Apostoli cecidit, & spiritum edidit. Hæc idem Clemens.

218 In terram Madiam profugit, & apud Iethor sacerdotem regionis illius diuersatus. Moses quatragesimo annos natus in Madiam prouinciam uenit. eam Midiam, non Madiam appellant Hebræi. est regio, quæ, ut placet Iosepho, in Arabiam spectat. Iethor autem, ad quem Moses diuertit, fuit illius regionis princeps, ut in Chaldaicis est Bibliis: sacerdotem tamen eum fuisse, hic noster narrat, Græcos secutus interpretes. hæc uero dissensio ex eo existit, quoniam כהן, Cohen, quo nomine illum Hebræi appellant, & sacerdotis & principis significationem habet.

Sed

Sed siue princeps Midiamitarum, siue sacerdos fuerit, in hoc Hebræi consentientes sunt, in eo uero inter se plane dissident, quod alii illum Dei sacerdotem, alii idolorum cultorem fuisse opinantur. sed qui de illo recte sentiunt, longe ii plures sunt, ac certe meliores. Multis hic nominibus dictus est, Iether, a LXX, a Iosepho, Reguel, ab aliis Cinæus, a nonnullis, Tithro a quibusdam Nobab.

218 Hoc tractu temporis Iob fuit. Idq. contra eos, qui negant, illum omnino fuisse. nam cum scriptum sit, quo tempore is uixerit, e quibus parentibus, & in qua patria natus, quanta diuitiarum atque opum copia abundarit, quos denique 10 liberos habuerit; hæc omnia manifesto indicant, eum uere extitisse. Scribit de ipso Aristæus in Iudaica historia, Origenes item, Hieronymus, & Philippus eius discipulus, qui librum, qui dicitur Iob, quodam commentario explicauit.

218 Tum Moyfi, pascenti oues, repente rubus ardere uisa est. Res hæc explicatur in Exod. cap. 3. & a Iosepho lib. 2. cap. 12. Antiq. Iud. & a Philone in uita Mosis. hic enucleatius, quam Iosephus hanc rem Græce ita perscripsit: *ἐάτος ἡδ, ἀκων- 20 θώδης, καὶ ἀθνήσεσσον, ἔπος ἐδεδός πύρ πρὸς ἐσοσιν γένετος, ἐξάφνης ἀνακρίεται, καὶ πείθεισθεις ὄλος ἐκ ρίζης, εἰς ἀπρέμονα, πολλὴ φλόγι καὶ δάπερ δπο πνός πηγῆς ἀνομβροσῆς δέμανε σῶος, ἐκασμῆσθι μινος, οἶα πς ἀπαθῆς ἐσῆα, καὶ ὕλη πνεός ἀν, ἀλλὰ εἶσθῆ πρῶ μινος τῶ πνε, κατὰ δὲ μέσθῆ τῶ φλόγια μωρῶ πεικῆλεσῆ τῆ δρεσῆ εμπερῆς ἐδεν, εἶσθῆ δρεσῆ ἄγαλα.* Erat, inquit, rubus spinosa, & maxime imbecillis, quæ, igne non

admoto, ardere uisa est. quam uniuersam a radicibus cum ignis occupasset, ingen- 20 tiq. flamma omnes ramos teneret, ea tamen incolumis permanfit, perinde ac si superne fons deflueret, qui incendium reprimeret: quasiq. illa materia esset incorrupta, neque ignis nutrimentum, sed contra ea igne aleretur, in media flamma species quædam & forma uisa est, earum rerum, quæ cernuntur, nulla ratione similis; sed imago uidebatur maxime diuina. Hæc Philo. Quare autem hac ignis specie Mofi Deus apparere uoluit; Patres tum Latini, tum Græci multa afferunt, quæ narrare cum longum esset, tum minime instituti huius sermonis.

219 Donec superductis Ciniphibus terra oppleta est. Ciniphes item LXX uerterunt; quæ uox apud alios neque Græcos, neque Latinos inuenitur. hos Ciniphes Iosephus pediculos interpretatus est. Philo autem infestissimas quasdam 30 mulcas opinatus est, quæ summam cutem, & oculos maxime lædant, istiq. pruritus moueant. in qua opinione est auctor scholasticæ historiæ, Albertus, & Origenes. Suidas uero animal esse putat e genere culicum; quodq. lignum exedat. *ζῶον κωνοπώδης, καὶ εὐλοφάρον*, appellat. Ciniphes, uel potius Siniphes (Græce enim συνίφης scribunt) psalmo 104, quo eadem historia a Dauide narratur. Chaldæus, & Arabicus interpres pediculos uterque interpretatur, quemadmodum & Iosephus, cui plane ueteres Hebræi assentiunt.

219 Tum rex malo coactus. Quis fuerit hic rex, cuius tempore Hebræi ex Aegypto discesserunt, minime inter omnes constat. Eusebius ex Apionis Polyhi 40 storis auctoritate scribit, Amasim tum Aegypti regem fuisse. quod certe nullo modo uerum est: quoniam ille ætate longe posterior fuit. Neque item Pharaos ille fuit, quo regnante Iacob & Ioseph in Aegypto fuerunt, sed plane alius, qui, & si Pharaos dictus est, hoc tamen non eius proprium nomen fuit, sed commune cum ceteris Aegypti regibus, qui Pharaones communi nomine uocati sunt, ut Cæsares apud Romanos. unum dumtaxat hoc nomine Pharaonem, eumq. cæcum fuisse Herodotus scribit.

219 Ad extremū decem plagis corporis sui & regni concusus, & euictus est. Plagæ decem hæc, Aqua in sanguinem uersa, Ranæ, Ciniphes, cynomyia, mors pecorum, ulcera, grando, locusta, tenebræ, mors primogenitorum: sic has recenset

II D. Au-

D. Augustinus libro 16. cap. 43. de Ciu. Dei. omnes hæc item in Exodo leguntur cap. 8. 9. 10. & psalmo 104. Primum aqua in sanguinem uersa, nam ui numinis diuini cum Moses, & Aaron frater admirabiles in conspectu regis uirtutes edidissent, & obstinato tamen animo is esse pergeret; uirga illi fluminis aquam percusserunt quo icu aqua statim non illa fluminis solum, sed uniuersa Aegypti in cruorem se uerterunt, piscesq. mortui sunt. neque tamen pertinaci animo cum Pharao esse desisteret, secuta est altera calamitas, Ranæ scilicet, quæ, aqua fluminis icu eiusdem uirgæ iterum percussa, tam multæ excitatæ sunt, ut & in regiam, & in cubiculum regis, in lectum, in ædes omnium irruerent, uniuersamq. terram contegerent; deinde, cum in semel suscepto consilio is ad suam populiq. sui perniciem etiam atque etiam obstinate permaneret, nouum mali genus expertus est, nempe Cyniphes, de quibus proxime diximus: tum postea quarta calamitas consecuta est, quam D. Augustinus, LXX interpretes secutus, Cynomiyam, hoc est, caninam muscam appellat, cui opinioni Philo assentit; Hieronymus uero opinatur, non *κυνομυία*, muscam caninam, sed *κοινομυία*, communem muscam eos Græce reddidisse. nam cum maxima sit inter eas uoces similitudo, facile ille irrepsit error, ut Cynomiyia, cuius prima sillaba diphtongo *oi* exprimitur, scriptum sit, Cynomiyia, solum diphtongi illius facta in *u* litteram mutatione. Hebræi hanc quartam Aegypti cladem hoc uoce *קניף* Haarab, expresserunt, quod, si Latine interpretamur, turbam insectorū, bestiolarumq. multiplicem & uariam significat: id quod Latinus interpres omne muscarum genus dixit. alii eo nomine serpentes, scorpiones, atque eiusmodi uenenatas bestias interpretantur. aliqui luporum, leonum, ac similibus ferarum incursonem fuisse opinantur. Sed cuiusmodi bestiarum fuit, grauissima certe fuisse legitur; tamen si grauiore reliquæ consecutæ sint, ut pecorum pestis, uesicæ, ulcera, grando, locustæ, tenebræ, mors eorum omnium, quæ prima nata erant, tam in hominibus, quam in ceteris animantibus, quæ sunt rationis expertes. hac una omnium maxima calamitate ille uictus, stetiq. miserabili Aegyptiorum omnium, populū Dei abire permisit. Breuis hæc est illarum decem calamitatum commemoratio, quas gentium scriptores, Tacitus, & Iustinus, ab omni historiae sacrae ueritate abhorrentes, aliter narrant; ut recte animaduertit Orosius. lib. 1. cap. 8.

219 Sed priusquam Aegypto populus est egressus, mandatis Dei instruitur, rudis adhuc temporum, mensē illum, qui tunc erat, primum omnium mēsum esse cognosceret. Non rudis quidem temporum fuit, quasi cum huius populi incertus esset annus, qui neque finem haberet, neque initium; nulla apud eum extaret nec rerum, nec temporum notatio. Sed contra sane uerum apparet: si quidem ante quam ex Aegypto ipsi commigrarunt, a mense quem *חַדְשׁ* dicunt, anni initium faciebant, cum frequentes Hebræi in ea opinione sint, ut eo ipso mense orbem terrarum conditum credant. hic mensis cum mense Septembri fere conuenit; unusq. ex illis tribus est, qui nomine potissimum Hebræo appellantur; quandoquidem reliquorum nouem nomina sunt plane Chaldaica, ut notationum fere initio diximus. Mensis autem, quem omnium mensum primum Moses statuit, is prope cadit in nostrum Martium; Chaldæoq. postea uocabulo *כִּסְלִים* dictus est. in quo mense dierum festorum, qui in singulos annos incidunt, rationem Iudæi habere solent. Hoc autem tempore Deus ex Aegypto Hebræos exire uoluit, quoniam, ut ipsi dicunt, ad iter faciendū est tempus totius anni maxime accommodatū.

219 Quarta decima die mensis agnus immaculatus, uictima cæderetur. Quod Hebræice, & Græce de hac ipsa in Bibliis scriptum est, id nō tam ad agnum, quam hocedum refertur potest. in quem sensum ita Theodoritus Græce scripsit: *καὶ τότε αὐτοῖς*

αὐτοῖς λαβεῖν, ἕ μόνον ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀρνίον ἀνταναστασίας, ἀλλὰ ἔτι τῷ ἀρνίῳ ἐρίφας, ἐκ ἧν καὶ ταυτὸν τῶν ἁγίων δύσωσι. ἀλλὰ ἴνα ὁ μὲν πρῶτος ἀρνίον ἔχων τὸ θυσιάζειν, ὁ δὲ ἀντιφάσιον τὸ πρῶτον ἔχων. Præcipit eis, inquit, ut ex pecudibus non agnos anniculos solum sumant, uerum etiam ex capris hædos, non ut eadem ratione tam illi, quam hi mactarentur ad sacrificiū, sed ut qui agnorum copia abundarent, agnum; qui autē eo carerent, hædū sacrificii causa cæderent. sic item sentit Nazanzenus.

219 Ex quinque & septuaginta Hebræis. Ita scribunt septuaginta interpretes; sed septuaginta solum, neque amplius Hebræos fuisse, qui in Aegyptum uenerint, ex Hebræicis & Chaldaicis litteris cognoscimus, quem ad modum paulo ante demonstratum est.

219 A diluuiο autem, mille quingentis quinque & septuaginta. De hac annorum ratione non conuenit inter omnes, qui tempora notarunt, ut initio ostendimus.

219 Postero autem die animaduertent, qui extra castra processerunt. Paruis quibusdam siliquis terram oppletam. Nam Manna cibum duplici rore, inferiori scilicet, & superiori contectum fuisse, Hebræi opinantur. primum enim ros cælo defluxit, terramq. occupauit, deinde super rorem Manna, tum postremo ros alter, quo ea operiretur. itaque rore duplici, inferiori illo & superiori, quasi siliquis contecta Manna apparebat.

219 Quorum species in modum Coriandri seminis. *מְחֻסְפָּס*, Mechuspas est in Hebræo sermone. quod nomen Chaldæus interpres uertit *כְּגִיר* Chegir, quasi lapillus. tamquam Manna granum lapilli similitudinem speciemq. præ se ferret; uel, ut enucleatus LXX expresserunt, *לפתן וְסֵי מֶלֶךְ*, Sminutum scilicet ac tenuē sicut Coriandri granum. Alii quadrata, alii forma rotunda Mannam fuisse dicunt. de qua re in Bibliis. Num. cap. 11.

219 Quantum in diem unum pro numero singulis satis esset. In unum autem diem, non in mensē, ut nullus præteriret dies, quo a Deo Opt. Max. beneficium non acciperent; continenterq. propterea, iugis ac perpetui beneficii memores, illi gratias agerent. Sed illud est admiratione dignissimum, si per se consideretur, quod cum alii plus, alii minus arbitrato suo, uel pro naturæ desiderio, de Manna sumpsisent, tamen nec qui plus, nec qui minus cepissent, plus minusue plenos se esse sentiebant. nam cibus ille uerum panem, quem in cæna extrema pridie, quam mortem salutis hominum causa Iesus Christus pertulit, Apostolis suis consecratū dedit, id est corpus suum specie panis occultatū, hoc ipso significabat.

220 Nomen Manna traditur. Quod nomen si interpretamur, id significat, quod Latine dicitur: Quid est hoc? cum enim populus plane ignoraret, quid esset, Hebræice, *מַנְהוּ*, a Mose quærebat, id est, Quid hoc? Man enim quid, hu hoc Hebræice dicitur. ex ea igitur interrogatione factum est Manna nomen. in hunc sensum septuaginta uerterunt, sicq. rem totam Græce explicauit Theodoritus. in qua etiam opinione Hebræi nonnulli uersantur. uerum qui illius gentis doctissimi sunt, huius nominis uim eo referunt, ut, cum ille nesciret, quæ res ea esset, neque certum haberet nomen quod eidem imponeret, rei nouæ admiratione affectus, Man appellarit, quasi Donum a Deo tributum. De hac Manna Philo in uita Moysi.

220 Reseruasse dicitur Moyses Gomor plenum. Gomor, ut placet Hieronymo, Choenices tres Atticæ sunt, ut Iosepho, *ἑξῆς ἡμισιουκτύλας ἕκαστος*. tres continet semicotylas, id est, heminas, ut putat Priscianus. Hebræi huius mensuræ rationem eam putant, ut oua 43 continere dicant. nam Gomor decima pars Ephah est; Ephah continet tria sata; Satum sex cabos; Cabus quattuor sextarios; Sextarius

sex oua : qua ratione putata , illud efficitur , ut , cum Gomer decima pars Ephah sit , tot oua contineat , quot sane dixi . Sed huius mensuræ ratio satis explicata est apud Eucherium in libro , qui inscribitur , Interpretatio nominum Hebræorum . cap. de mensuris .

220 In uase aureo .) *שֵׁמוֹן זְרוּשָׁן* , uas , siue urnam auream septuaginta interpretati sunt , quos hic noster consecratus est . Hebræi *בִּצְרָתָא* , phialam putant , neque addunt , e qua materia fuerit . Rabini uas testaceum , alii æneum , uitreum nonnulli opinati sunt .

220 Sed ubi Raphidim peruentū , Amalachitæ populū incursionibus uastabāt .) Causa huius belli ea fuit , quod Amalech , qui ab Esau originem ducebat , id ualde timebat , ne Israelitæ , Iacob posterī , regionem suam occuparent , ut ab Isaac filiis suis ea benedictione prædictum est , quam ille etiam testamentaria lege firmavit . Amalech igitur eo potissimum timore impulsus , maximis contractis copiis , cum Israelitis pugnare statuit , qua quidem re cognita , Moses rem fecit & memorabilem , & dignissimam certe , quam ii maxime imitentur , qui aliis præsumunt , neque ipsi pugnare possunt ; docuitq. re ipsa quantum apud Deum preces ualeant . nam belli negotio Iosue commissio , ipse , Aaron fratre & Hur assumptis , collem conscendit , ibiq. preces ad Deum tam diu habuit , quoad Iosue Amalechitas fusos , fugatosq. interfecit . de qua uictoria is postea , extructis aris , Deo pie sancteq. gratias egit ; promissumq. ab eo accepit , quod & si concise breuiterq. & ob eam rem sub-
20 obscure Bibliis Hebræicis exponitur , Chaldaice tamen ita aperte copioseq. explanatur , ut facile intelligamus , id quod tum promissum , postea re uera effectū esse , ut Dei scilicet ope , auxilioq. a Saule Amalechitæ omnes deleti sint , quemadmodum lib. 1. Samuelis , cap. 15. scriptum est , quod Hierosolymitana interpretatione latius uberiusq. commemoratur .

220 Iethro , Moyfi focer .) Notant Hebræi septem hæc Iethro Moyfi focerī nomina , Reguel , Iæcher , Iichro , Hofef , Huser , Remi , & Punel , ut supra item nos diximus .

220 Huius consilio ordines populi distribuit .) Moses & si omni tum sapientia scientiaq. præditus erat , maiorem tamen in eo prudentiam præstitisse putatur ,
30 quod non suæ prudentiæ fiducia fretus , bene monentis consilio paruit . is enim monuit , ut ex omni populo uiros deligeret , qui opibus , potentia , robore , & doctrina , sapientiaq. præstarent ceteris . nam *חַיִל* , Chail uox Hebræa , qua in Bibliis eiusmodi uiri significantur , late patet , & ad omnia tum animi tum corporis bona pertinet .

220 Ita lex lata multiplex , & copiosa , cuius si quis curiosior fontem ipsum adeat .) In Exodo , cap. 20 , 21 , 22 , 23 . Ioseph . lib. 3 . Antiq. Iud. cap. 4 . Duabus tabulis illæ leges comprehensæ leguntur ; in quarum altera tres omnino sunt de cultu Dei ; in altera septem reliquæ de iis , quæ quisque seruare debet , ne alios lædat . sic enim in una tres leges , in altera septem incisæ esse , D. Augustinus opinatur :
40 quamuis Hebræi tam uni , quam alteri quinque adscribant .

220 Non erunt tibi Dii alieni præter me : neque facies tibi Idolum .) Vna hæc lex est apud nos , sed Iudæi duas putant . quam item diuisionem Iosephus , ut homo Hebræus , sequitur , lib. 3 . Ant. Quod uero hic noster tantum scribit : Non facies tibi idolum ; in Bibliis Latinis , Græcis , & Hebræicis illud amplius est : Neque omnem similitudinem . & quoniam a Græcis quæri solet , quid inter Idolum , & similitudinem intersit ; hanc huiusce rei differentiam Theodoritus affert , quod Idolum imago earum est rerum , quæ re uera non sunt , ut Centauri , Tritonés , & homines forma speciq. canis , aut equi , aut bouis expressi . quæ hominum mon-
stra

stra omnino non extant . earum uero rerum , quæ plane sunt , effigies similitudines dici ille putat , ut Solis , Lunæ , Stellarum , atque similia . His igitur , atque adeo illis cultum tribui , Deus omnino uetat .

220 Non mœchaberis .) Vis Hebræi uerbi , quo eiusmodi præceptum exprimitur , ita late patet , ut non modo adulterium uetetur , uerum etiam nefarius omnis coitus . Quæ uero ad ceteras Dei leges , ad sacrificiorum ritus , ad sacerdotis ornatum , ad tabernaculi ædificationem , ceteraq. eiusmodi pertinent , quæ hic non ster non late persequitur , ea cum partim ab Hebræis tractata sint , partim a Græcis Latinisq. scriptoribus copiose explicata ; uolui hæc ipsa silentio præterire , tū quia
10 singula , quæ illius generis sunt , commemorare longum esset , tum ab instituto nostro ualde abhorrens .

221 Sed immorante diutius Moyse , quippe qui quatragesima dies apud Dominum .) Vix credibile est , quam multa Iudæi comminiscantur ex eo sermone , quem Moses in monte Sinai per hos quatragesima dies cum Domino habuit . Et quoniam ore impudentissimo ipsi sunt , illa ita proferunt , ut ei colloquio interfuisse credas . Sed omnia mera somnia sunt , & sedulo ab ipsis confictæ fabulæ , a quibus cauere D. Paulus eos monet , quibus ueritas ac religio cordi est .

221 Populus , desperato eius aduentu , Aaron compulit sacra facere . tunc ex metallis confatis uituli caput extitit .) Graue hoc populi Hebræi scelus atque
20 inexpiabile . nam uero Deo repudiato , a quo tot ac tanta ille beneficia acceperat , ad huiusmodi se uituli cultum contulit . Sunt plerique illius gentis homines , qui grauissimum hoc crimen confitentur ; ex eoq. multa illa incommoda , ac detrimenta extitisse putant , quibus postea maximis Hebræi affecti sunt . alii uero , qui illud sibi uitio dari ægre ferunt , confictis quibusdam fabularum commentis , in Aegyptios , quorum maxima cum illis multitudo erat , nō illius solum criminis , uerum etiam aliorum , quæ in ea solitudine ipsi admiserunt , culpam conferunt . Sed non uideo , qua ratione eorum excusatio uera esse possit , cum ad Mosem dicat Dominus : Vade descende , quoniam corruptus est populus tuus , quem eduxisti de terra Aegypti . & alia multa , quibus cum eorum scelera & sordes ostendantur , tum il-
30 lud maxime , quam perfide ab eo defecerint , cui multis & summis beneficiis erant deuinctissimi .

221 Quo impetu XXXIII millia uirorum perempta traduntur .) Quasi XXXIII millia hominum interfecta , in Latinis Bibliis , in Hebræicis , Quasi tria millia , in Chaldaicis tria omnino millia interfecta legimus .

221 Tanta claritudine facies eius renitebat , ut intueri eum populus non ualere .) Hic Davidis faciei splendor uerbo Hebræo *קַרְן* exprimitur , quod cornu significat : ideoq. in Bibliis Latinis cornuta Mosis facies legitur . quæ res in eam sententiam accipienda est , non ut e facie Mosis cornua apparerent , ut eum uulgo pingunt , sed præ multo splendore radios cornuum instar eius uultus emitteret .

221 Tot tantisq. beneficiis Dei , ut semper , ingratus .) Quam ingratus erga Deum populus Hebræus extiterit , dispiciantur libri legis , proferantur libri Iosue & Iudicum ; legantur libri Regum , & historia temporum suorū , quam illi *דְּבַרֵי הַיָּמִים* uocant . in iis libris nihil , nisi ingratis , turpiter , & flagitiose fecisse eos animaduertemus ; cum in eo ingrati animi uitio nihil sit , quod non graue , impium , & flagitiosum sit .

221 Exin Leuiticus liber sequitur .) Ideo sic dictus , quoniam singula , quæ ad Leuitarum sacerdotum officium , munusue pertinent , hoc libro tractantur , copioseq. explicantur . ut holocausta , ceteraq. sacrificiorum genera , curatio ignis perpetui , animalium delectus , dies festi , promulgatio anni Iubilæi , & alia in quibus

Leuitarum sacerdotum munus fuerat. quam ob causam hunc librum **תורה כהנים** Sacerdotum legem uocant. extat hoc nomine apud illos liber, in quo tota hæc argumenti ratio plenius enarratur.

222 Ne contingeret, peccato eius adscribitur.) De peccato Moſis uariæ Hebræorum opiniones, quas ut ineptas, & falsas omitto; quandoquidem ea omnino uera est, quam hic noster scribit.

222 Deceſſit.) Iosephus non mortuum, sed raptum a Deo eum fuisse narrat: ideoq. nemo sepulcrum eius aut uidisse, aut inuenire potuisse dicitur. eum Iudæi triginta diebus continuis luxerunt. deceſſit autem mense Februario, quem illi **ארי**, uocant. res tota est apud Iosephum in extremo quarto libro Antiq. 10

223 Direptum opidum, atque incensum.) Hierici opidi direpti, atque incensi narratio copiosa satis, & plena terroris est in sacris Bibliis, Ios: cap. 6. & apud Iosephum cap. 1. Antiq. Iud.

223 Tum Iosue Dominum traditur.) Hoc loco manca est & imperfecta Sulpitii sententia, quæ ex Bibliis tamen, & Iosephi historia apparet. nam deletio illo opido, Iosue Dominum allocutus traditur, iis male precando, qui Hiericum opidum, ope diuina disturbatum, instaurare aggredereſſent; hocq. ipsum est, quod Sulpicius illis uerbis, quæ in codice defunt, omnino significauit.

223 Iosue mortuus est anno ætatis decimo & ceterimo, de imperii autem eius tempore nihil definitio.) Nihil de eius imperii tempore statuit, quoniam nulla est illius rei in sacris litteris commemoratio. uiginti quinque annis Iosephus, septem uero & uiginti eum populo Hebræo præfuisse Nicephorus, octo & uiginti Hebræorum historia narrat, cum qua hic noster consentire uidetur. Ab eo tempore, quo Hebræi ex Aegypto profugerunt, usque ad huius obitum in Græcia a regibus sacra falsis commentitiisq. diis instituta sunt, August. lib. 18. cap. 12. le Ciu. Dei.

225 Huic successit Cholias, qui XXII annis regno potitus est.) Thola Hebraice, Græce, & Latine in Bibliis hic nominatur; uerisimile igitur fit, Choliaz nomen hoc loco male scribi. Hunc Iosephus prætermittit. qua ex re in suspitionem uenio, multa ab eo partim prætermiſſa, partim aliter commemorata esse, atque sacrorum Bibliorum litteris tradita sunt. ut de Iuda, qui Iosue mortuo in locum Iudæ successus est. putat enim is hunc non unum certum hominem esse, ad quem Iudæi Reip. summam detulerint; sed Iudæ tribum. eius tamen error coarquitur principio libri Iudicum. 30

229 Saul equo delapsus.) Non equo delapsus est, ut in sacris Bibliis legitur cap. 31. Reg. 1. & apud Iosephum lib. 6. cap. 15. Sed, hostibus acriter insequentibus, cum arbitraretur se non posse periculum fugere, quo minus in illorum potestatem ueniret, periit a quodam milite suo, ut sibi uitam adimeret, quod cum ab illo impetrare non potuisset, mortem sibi ipse consciiuit.

230 Salomonem filium, ex Beth Sabee Vriæ Vxore.) Bethsabee nomen Latine, & Græce pronunciat; Sed Bat Saba dici oportere, indicant Hebraicæ & Chaldaicæ litteræ.

239 Regnaſſe traditur annos VI, & XX: quamquam id in sacra historia non repererim.) Quatraginta tribus annis hic imperium Babylonium tenuit: uigesimo autem eius regni anno capta est ab eo Hierosolyma. sic opinatur Iosephus lib. 10. cap. 12. Cui haud facile credendum est: quoniam & in Regum Babyloniorum ordine, & annorum numero magnopere errare uidetur. Septuaginta annis illud Regnum stetit, quemadmodum Hieremiæ prophetæ uoce ante significatum est. si tamen annorum, quos ille scribit, rationem putamus, nonaginta nouem 40 annis

annis Babyloniz regnatum comperiemus. quæ numeri ratio cum ueritate nullo modo consentiens est.

239 Subito Rex in pariete conspicit digitos scribentes: cernebanturq. in uersum ductæ litteræ: sed qui posset scripta legere non reperiatur.) Nam scripta erant litteris Hebraicis, ideoq. & si uerba erant Chaldæa, a Chaldeorum sapientibus, qui Hebraice non norant, ea minime legi poterant, neque ullo propterea pacto explicari. uerba autem erant eiusmodi: **מנא מנא תקל ופרסין**. hoc est, Numerauit, ponderauit, diuisit. quæ uerba diligenter explanat Iosephus lib. 1. Hist. Iud.

240 Erat ea tempestate apud Babylonios Beli, &c.) Hæc, quæ sequitur, de hoc simulacro historia legitur Danielis cap. 14. quo autem Rege id factum sit, hoc minime inter omnes conuenit. Hic noster, Cyro rege, Iosephus Dario, alii Euilmedoracho rege factum putant. quo rege cum idolorum cultus maximus extiterit, uerisimilius multo est id euenisse; præsertim cum Cyrum, & Darium pios admodum reges fuisse legamus.

241 Darius deinde, sub quo templum est restitutum.) Anno scilicet eius regni secundo, qui fuit annus uigesimalis & septimus Tarquinii superbi Romanorum regis, ita sentit Hieronymus. nam primum Cyro rege omnibus Iudæis e Babyloniam discedendi facultas permissa est. quo tempore una cum ceteris Ezdras, Zerubabel, atque Nehemias Hierosolymam profecti, templum instaurare aggressi sunt; sed finitimarum gentium inuidia impediti, cum inchoatum iam templum perficere non possent, Babyloniam iterum redierunt, ut eorum regum studio adiuti, reliquo Hebræo populo reuocato, rem perficerent. quæ res ad secundum Darii annum dilata est, quo tempore Zerubabel missus est ad templi adificationem. deinde anno eiusdem septimo Ezdras dimissus, qui populum legem Dei doceret. tum denique uigesimo huius ipsius anno Nehemiæ potestas redeundi facta est, ut muros & portas urbis extrueret.

249 Et enim iam aduentante Christo necesse erat, secundum uaticinia prophetarum, suis eos ducibus priuari.) Hac ipsa de re extat Iacob Patriarchæ prophetia, Gen. cap. 49. ut supra copiose diximus, prophetiamq. totam Vuilbertus Carnotensis Episcopus pie & docte plane explicat.

249 Sub hoc Herode, anno imperii eius tertio & trigesimo Christus natus est.) Epiphanius contra Alogos.

249 Dominus Crucifixus est, Fusio Gemino, & Rebellio Gemino cõsulibus.) Hic noster Lactantio & Tertulliano assentitur, qui Tyberii Cæsaris quinto & decimo anno Iesum Christum passum putant: quo anno illi Gemini Fusius, & Rebellius cõsules fuere. nam plerique alii & Græci, & Latini octauo & decimo illius Cæsaris anno id euenisse scribunt, Cõs. Fur. Aruntio Camillo Scriboniano, & Cn. Domitio Aenobarbo.

249 Si quidem opinione multorum receptum sit, ipsum Antichristum uenturum.) Quocumque tempore Christiani homines grauissime & crudelissime oppugnati sunt; tum multorum opinione peruulgatum est, Antichristi aduentum appropinquare. sic Domitiano imperante ea opinio popularis fuit, ut est apud Irenæum extremo quinto libro. hoc idem Seuero regnante opinione multorum celebratum est, tum quod Iudas historicus, qui Danielis hebdomadas accurate explicauit, decimo illius imperatoris anno Antichristi aduentum fore scripsit; tum quod ille cum acerbissima de Christianis supplicia sumeret, hæc eius crudelis oppugnatio multitudinis ea de re opinionem auxit. neque igitur mirum, si, Nero cum omnium crudelissime Christianos acceperit, ex illa eius immani crudelitate multo- rum

rum opinio extiit, Antichristi aduentum prope adesse. non enim audiendi sunt ii, qui Neronem Antichristum opinati sunt, quemadmodum multi tum Græci, tum Latini Patres eo Apocalypsis capite, quod totum de Antichristo est, rem totam explicant.

250 Quin nouæ mortes excogitatæ.) Iisdem uerbis hanc rem totam Corn. Tacitus commemorauit lib. 15.

250 Iudæi obsidione clausi.) Iudæorum, qui obsessi sunt, sexcenta millia omnium & ætatis, & sexus fuisse Tacitus commemorat. tricies uero centena millia Iosephus scribit.

250 Ita Deo placitum, ut eo tempore, quo Dominum cruci affixerat, gens im-
pia internecioni daretur.) Eo quod Iudæi exultauerunt super amantissimum, & probatissimū Dei filium, Lact. Sed & Salomon filius eius, qui Hierosolymam condidit, eam ipsam perituram esse in ultionem sanctæ crucis prophetauit.

252 Etenim duobus Ariis, acerrimis perfidiæ huius auctoribus.) Duo enim fuerant Arii, unus quidem illius hæresis princeps, & facti sui impietate satis nobilis; alter uero numeratur in iis, qui illum maxime consecrati sunt. a duobus igitur Ariis, magistro scilicet, & discipulo, Imperator deprauatur. De hoc altero Ario mentionem facit Photius, & Epiphanius, qui cum Arii socios nominet, hunc in primis commemorant.

254 Tum Eusebius Vercellensis, & Lucifer a Carnalis Sardinia Episcopi re-
legati.) Locus plane deprauatus, quem ita corrigendum duximus: Tum Eusebius Vercellensis, & Lucifer Caralensis Sardinia Episcopi relegati. nam prior uerborum sententia a tota historia huius ratione dissentit; neque enim aliquid tale historiae monumentis proditum est. hoc uero, nempe Eusebium Vercellensem, & Luciferum Caralensem Sardinia in exilium pulsos esse, narrant fere omnes, qui historiam Ecclesiasticam litteris mandarunt. in quam sententiam nos, historiae fidei secuti, hunc Sulpitii locum reposuimus. huius rei commemoratio omnis est apud Sozomeni. lib. 5. cap. 14. & Socratem lib. 6. cap. 19. Trip. hist. Luciferum illum modo Sardoum ab insula Sardinia, modo Calaritanum Nicephorus appellat; alii Caralitanum. est enim Caralis omnium Sardinia urbium princeps, cuius ecclesie curationem illa ætate Lucifer habuit, quem propterea Sardinia Metropolitani saepe appellatum animaduertimus. de qua urbe ita Claudianus:

Vrbs Lybiam contra, Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Caralis.

255 Saturninus homo impotens & factiosus.) Nam huius Saturnini Arelatensium Episcopi factione Hilarius, Pictaunorum in Aquitania Episcopus, uir sanctissimus, Biterrensi Synodo in exilium pulsus est. Ado in Chron. & infra de eo pag. 257.

257 Priscillianus.) Genere Hispanus, Abila Episcopus, ex omnium hæreticorum sentina hæreses hausit, contra quem Leo Papa in Epist. ad Astorig. Episc. & Aug. lib. de Hæresibus ad Quoduult deum. Cæsaragustanaq. Synodus contra eum habita.

NOTATIONES IN DOROTHEVM.

271 Sunt tamen, qui dicunt eum non sub Traiano in insulam Pathmum relegatum esse, sed sub Domitiano Vespasiani filio.) In hac posteriori sententia est Hieronymus, Eusebius in Chronicis, & in historia Ecclesiastica, pluresq. item alii; quamquam idem Eusebius in libro, qui est de Præp. Euangelica, & Tertullianus scri-

nus scribit, a Nerone eum in Pathmum insulam relegatum esse.

271 Philippus.) Apostolus; nam alter fuit unus e septem Diaconis, de quo paulo post. de eo, qui est Apostolus, mentio extat apud Ioan. Euan. cap. 9. & 14. Hiera poli uero, Quæ urbs in Phrygia est, eamq. Prolomæus Hierocæsaream appellat; in qua Philippus cum duabus filiabus sepultus dicitur; nam Hieropolis, quæ non o. sed a, littera exprimitur, altera urbs est in Asia.

271 Bartholomæus.) De quo eadem Hieronymus, & Sophronius scribunt. & nonnulla item Petrus a Natal. lib. 7. cap. 103. Huius nomine Euangelium inscriptum ante Gelasii ætatem extabat; sed iam in Apocryphis eiusdem Pontificis auctoritate habetur. Dist. 15. cap. Sancta.

271 Thomas) Qui dicitur Dydimus. Ioan. 20. Hæc ipsa de eo leguntur apud Hieronymum, Sophronium, & Petrum a Natal. in Catal. Sanctorum

271 Matthæus Euangelium conscripsit.) Duobus & quatragesima post Domini in caelos ascensum annis; si Eusebio & Theophylacto credimus, si Nicephoro, octo & quatragesima post annis. Huius Euangelium Hebraice primum scriptum est; sed illud a Iudæis postea deprauatum; remq. totam Epiphanius ostēdit. Quod uero Hieronymus scribit, se illud Hebraico sermone uidisse, intelligendum est eo Hebraico sermone conscriptum, quo tum Hebræi in Iudæa utebantur, nō Hebraico scilicet ueteri, quo ante Babylonicam seruitutem usi sunt, sed sermone, qui Chaldaici similis erat, id quod animaduertere licet ex Euangelio, in quo multa nomina, quæ Hebraica putantur, sunt potius tamen Chaldaica.

271 Simon Zelotes.) Eo nomine dictus, quoniam summa fide, summoq. amore magistrū suum diligebat. de quo Matth. 10. Mar. 3. in Britannia insula obiit.

272 Iudas Iacobi, qui & Thadæus.) Matth. 10. Mar. 3.

272 Marcus Euangelista.) Iosephi Barfabæ, de quo paulo post, consobrinus fuit. ut ostendunt Dorotheus Abbas & Petrus a Natal. in Catalogo Sanctorum, lib. 6. c. 100. Petri interpres, & discipulus. Hieron. lib. de Eccl. scrip. Clemens lib. 6. Hypotyposicon, & Papias. Hiero. Euseb. libro 2. cap. 16. lib. 4. cap. 11. Eccl. histo. Hic ante Lucam euangelium scripsit, quamquā Clemens Alex. post Lucam scripsisse putat, sed ceteri omnes contra sentiunt. Scripsit uero post ascensionem Domini anno 45. ut putat Epiphanius, licet Theophylactus contra opinetur. Irenæus uero post Petri & Pauli Apostolorum mortem eum scripsisse narrat, lib. 5. cap. 8.

272 Lucas Euangelista, Euangelium, committente Paulo, scripsit.) Anno post Domini ascensum quinquagesimo; de eius Euangelio multa Irenæus lib. 3. cap. 14. contra Valent.

272 Iacobus frater Domini.) Filius enim fuit Iosephi, non ex Maria, sed ex alia uxore susceptus, e qua hos tres item habuit, Simeonē, Iudam, & Iosam, Epiph. contra Antidicomam. & Nazoræos. Illam Iosephi uxorem, e qua illos Iosephi filios suscepit, Salomem fuisse putat Hippolytus Martyr Episcopus Portuensis. Hieronymus uero Iacobum fratrem Domini, consobrinum arbitratur, filium scilicet Mariæ, quæ matris Iesu soror fuit. Hunc & Apostolum, & columnam Paulus uocat in Epistola, quæ est ad Galatas.

273 Barnabas.) Hic Iosephus Barnabas dictus, genere Leuites, in Cypro insula natus, filius consolationis uocatus est ab Apostolis, quoniam primus prædium uendidit, & pretium attulit ad pedes Apostolorum. Act. 4. huiusq. factum plurimi imitati eum essent ad eorum consolationem, is propterea filius Consolationis dictus. Apostoli Pauli socius fuit & comes. Act. 13. neque uero audiendi sunt ii, qui eundem putant esse Barfabam, & Barnabam, nam eos Chrysostronus ita distinguit, quod hic, ut dixi, filius consolationis, ille iustus uulgo appellatus est. Sed de Bar-

de Barfabā infra suo loco.

273 Ananias.) Act.9. & 22. quo capite Beda, & Hugo Cardinalis testantur hunc esse e discipulis Domini. Hic Paulum baptizauit. Act.9. & quoniam de Pauli Baptismo apertum est, id de ceterorum Apostolorum Baptismo adscribam, quod Euhodius in quadam epistola, quæ φωδ; inscribitur, testatum his uerbis reliquit: Christus manibus ipse suis Petrum tantummodo baptizauit; Petrus Andream, & filios Zebedai; ii deinceps reliquos Apostolos; septuaginta autem illos Petrus & Ioannes, qui Theologus dictus est.

273 Philippus.) In Samariam missus, non Apostolus, sed unus e septem diaconis fuit, ideoq. manum imponendi potestatem non habuit: Epiph. & Oecumen. in cap.8. Act.

273 Prochorus unus ex septem.) Act.6. comes fuit Ioānis Euangelistæ, a quo Antiochiam ad prædicandum missus, eodem in locofu Christi nomine passus, ex hac uita migravit quinto idus Apr. Hieronym. in Martyrol. & Pet. a Natal. in catalogo Sanctorum.

273 Nicanor, & ipse unus e septem.) Act. eodem cap. in Cypro insula cum Euangelium prædicaret, multis cruciatibus affectus, obiit IIII idus Ianuarii. ut huius rei testes sunt Dorotheus Abbas, Odo, auctor de Cultura Dominicæ uinæ, Petrus a Nat. Hierosolymæ uero illum passum esse, narrat Volaterranus Anthropolib. 19. cap.3.

273 Simon.) Timon alio nomine uocatus, ex alia discipulorum multitudine in septem diaconorum numerum ascribitur. Act.6. De eo Hieronymus in Martyrologio, Petrus a Natal. in Catalogo Sanct. libro 4. cap.66. & Volaterranus in Anthropol.

273 Nicolaus.) Diaconorum & merito, & ordine ultimus; Samariæ Episcopus; Ophytorum seu Nicolaitarum hæreticorum auctor, & princeps. De hoc Nicolao Tertullianus lib. de præscript. Hieronymus ad Heliodorum, Isidorus lib.8. Etym. Augustinus ad Quoduult deum. Epiphanius, Irenæus, Clemens Alex. & alii multi, quos commemorare nihil attinet.

273 Parmenas. Philippis sepultus X. Cal. Feb.

273 Cleopas.) Alio nomine Cleophas, Luc. 14. Iesu Christi nomine a Iudæis occiditur. VII Cal. oct. Odo in Martyrol.

273 Silas, uerbi cum Paulo minister.) Collega Pauli uocatur a Hieronimo in ep. ad Damasum. De eo multa mentio in Actis Apost. cap. 15. 17. 18. in Macedonia moritur tertio idus Iun.

273 Siluanus, qui & ipse cum Paulo seruiuit.) Epist. 2. ad Thes. cap. 1. quo in loco de hoc item Petrus Lomb. & Petrus a Natal. in Catal. Sanct. cap. 100. & Euseb. lib. 9. cap. 14. hist. Eccl. hic tamen non Thessalonicensium, sed Emisensorum eum testatur fuisse Episcopum. Si eius mortem scire cupis: Bestiarum is moribus confectus, moritur, & in Martyrum numerum ascribitur.

273 Crescens.) De quo Eusebius lib. 3. cap. 4. Athanasius & Theophylactus in epist. 2. cap. 4. ad Timotheum. Hic Iesu Christi nomine passus ex hac uita discedit. Quinto Cal. Iul. Testis est Odo Cluniacensis ex Martyrologio Hieronymi.

273 Ephænetus.) Ephæneus alio nomine dictus, Paulo Apostolo gratus admodum & charus; ab eodem Asiæ, uel, ut placet nonnullis, Achaia primitiuus dictus, uel quia in ea prouincia principem locum obtineret; uel quia is primus ex ea prouincia ad Iesu Christi fidem sit conuersus; uel omnim fortasse, qui crederant, præcipuus.

273 Andronicus.) Cum Paulo Apostolo cognatione iunctus, & in Apostolis nobilis. Rom. 16.

IN DOROTHEVM.

his nobilis. Rom. 16.

273 Amplius.) Rom. 16. non Odissa, sed Edissa Episcopus post Thadæum factus, Smyrnæ tamen Episcopum fuisse, & Dorotheus Abbas, & Volaterranus scribunt. Huic præter ceteros, inquit Origenes, nihil aliud Apostolus laudi tribuit, nisi quod, sibi illum carissimum esse testatur, idq. quoniam caritate flagrabat.

274 Vrbanus.) Macedonia Episcopus, ibiq. sepultus. Pet. a Nat. Volaterranus, Dorotheus testes sunt, Pauli Apostoli in Apostolico munere adiutor. Rom. 16. & Origenes.

274 Itachys.) Stachys melius, uel Staætheus. De quo Petrus a Natal. in Catal. san. lib. 6. cap. 100.

274 Apelles.) Hunc probum uocat Apostolus Rom. 16. quoniam multa fortiter passus, uir fortis & bonus inuentus est; neque ulla desperatione debilitatus, sed multa potius spe sustentatus, omnia patienter tulit. Si quidem tribulatio patientiam operatur, patientia spem. Iacob. 1. in hanc sententiam de eo Origenes scribit.

274 Aristobolus.) Hunc Brattaniæ Episcopum hoc loco legimus, sed Bethaniæ, quæ in Iudæa est, in ulteriori Iordanis parte, emendandū esse nos admonent Dorotheus Abbas, Odo Cluniacensis, Volaterranus & Petrus a Nat. lib. 6. cap. 100.

274 Narcissus.) Narcissus alio nomine non Patrum, sed Athenarum, ut aliis placet, Episcopus. fuit alius Narcissus Hierosolymæ episcopus. nonnulla de hoc, de quo iam loquimur, D. Ambrosius scribit in ep. ad Rom. cap. 16.

274 Herodion.) Heron alio nomine, Pauli Apostoli cognatus. Rom. 16. non in Patrum, sed in Antiochiæ Episcopis ab aliis numeratur, quæ Ignatio in eo episcopus munere successisse scribunt. Is Iesu Christi nomine passus, ex hac uita cessit XVI Cal. Nouemb.

274 Ruffus.) Hunc alii, ut Abbas Dorotheus, Odo Cluniacensis, non in 72 discipulis numerant, sed in illis centum & uiginti, qui die Pentecostis Sancti Spiritus numine afflati sunt. Hunc tamen a Deo electum Paulus dicit in ep. ad Rom. cap. 16. quo in loco de eodem Ambrosius, & Anselmus aliqua scribunt. Polycarpus item in epist. ad Philip. de huius patientia commemorat, ut est apud Euseb. lib. 3. cap. 36. hist. Eccl. XI Cal. Decembris ex hac uita decessit.

274 Asyncritus.) Alio nomine Asmèterus est apud Odonē in libro de Cultura uinæ Dominicæ.

274 Phlegon.) Phlegontias apud Paulum in ep. ad Rom. cap. 16.

274 Hermas Hermes.) Non est, cur arbitretur aliquis eundem esse; quonia unum & item alterum separatim, nominatimq. Paulus saluere iubet, in epistola ad Romanos cap. 16. Hermas uero auctor putatur illius libri, qui Pastor inscribitur. de quo Hieronymus in lib. de script. Eccl. & Origenes lib. 10. in eadem ad Rom. epistolam. utilis quidem ille liber habitus est testimonio Hieronymi atque Origenis.

274 Patrobas.) Rom. cap. 16. Pelorum aut Ponellorū episcopum hunc fuisse narrat Petrus a Natal.

274 Agabus.) Is, qui spiritu prophetiæ adductus, prædixit in uniuersa orbe magnam famem futuram Claudio imperante. Act. 11. 21. Euseb. lib. 2. cap. 8. hist. Eccl. Fuit alius eiusdem pæne nominis, Agapus, Nicomediæ Episcopus.

274 Linus.) Genere Iudæus, & tamen Pontifex maximus; quo item genere habentur Euaristus, & Theodorus, duo etiam Romani Pontifices.

274 Olympas.) Nescio an hic Olympiades fuerit, de quo in epist. ad Rom. cap. 15. Nam affirmare non audeo; cum unus Nerone, alter Vespasiano imperante passus

passus esse dicatur. quæ res si uere dicitur, aut scribitur; illud etiam exploratum plane est, Olympiadem eundem non esse, qui Olympus est.

275 Iason.) De quo in Actis Apost. cap. 17. 21. Athanasius item, Origenes, & Theophylactus putant plus aliquid Apostolum de hoc sensisse, quam de ceteris, quos saluere iussit. Rom. 16.

275 Sospater.) Iconii, uel, ut alii uolunt, Pyrrhi Berroesi Episcopus. Act. 20. Ceneri Hebræus, cum Paulo & fidei, & generis cognatione coniunctus. hos enim cognatos suos ille appellare solet, ut Ambrosius, Athanasius, & Theophylactus nos docent, ad hunc Sospatrem extat Dionysii Areopagitæ epistola.

275 Lucius.) Patria Cyrenensis. Act. 19. de eo Sigebertus monachus, Odo Cluniacensis & Petrus a Natal. lib. 6. cap. 100.

275 Tertius.) Vel Terentius, ut Athanasio placet & Theophylacto, non Iconii, sed Berythi Episcopus creatus, cum Hierosolymis in diuersas prouincias Apostoli discesserunt.

275 Erastus.) Qui & Erastes, & Eradius dictus est, Epatræ Episcopus, seu Meïadi, ut scribit Volaterranus. Arcarium ciuitatis Apostolus uocat, Rom. cap. 16. non eum scilicet, qui fisci publici curator esset, sed Christianorum solum, qui Corinthi manebant. Erastus remansit Corinthi, inquit Paulus 2. Timoth. 4.

275 Phigellus Hermogenes.) Vterque ab Apostolo descendiit, 2. Timoth. 1. Hermogenes deinde in ea Stoicorum hæresi uersatus est, ut crederet sempiternam quandam materiam esse, e qua Deus mundum effecerit. huius explosa est & repudiata opinio libro quodam Tertulliani, qui inscribitur contra Hermogenem, & alio item libro Theophili Antiocheni. Hæreses igitur ueteres, ut uult idem Tertullianus, a philosophis exortæ, nouæ autem, & si sanctissimo, constantissimoq. Ecclesiæ iudicio sæpe damnatæ, e ueteribus excitatæ sunt.

275 Demas.) Hic, Apostolo, in cuius se disciplinam tradiderat, relicto, Thesaloniam profectus, nefarios idolorum cultus postea adamauit. 2. Timoth. 4. quo uero tempore huius Demæ nomine Apostolus Colossenses ciues salutat, is tum in fide permanebat. Coloss. 4.

275 Quartus.) Nomine, non ordine, ut tertius, de quo supra. non Berythi, sed Nursiæ Episcopus fuisse, a nonnullis dicitur; inde in Hispaniam profectus, Christianæ religionis disciplinam post Iacobum Hispanis tradidit, tertio non. Nouem ex hac uita migravit.

275 Apollo.) Unus e septuaginta duobus, de quo 1. Corinth. 1. nã alter Apollo fuit, ex illis centum uiginti, qui in die Pentecostis Spiritus sancti lumine illustrati sunt.

275 Cephas.) De quo 1. Cor. 1. & 9. hunc in septuaginta Clemens numerat lib. 4. Disp. Sed Hieronymus rem hanc omnem explicat Com. libro 1. in epist. ad Gal. cap. 2.

275 Sosthenes.) Patria Corinthius, ut scribit Hugo Card. Colophonix Episcopus, ut Petrus, a Natal. & Volaterranus testantur, de hoc Sosthene in epist. ad Corinth. priore, cap. 1. & in Act. cap. 18. quo in loco aliqua de eo Oecumenius, & Chrysostomus narrant.

275 Epaphroditus.) De quo ad Philip. cap. 2. & 4. Hieronymus item de hoc ipso Commen. lib. in ep. ad Gal. cap. 1. Volaterranus Antrop. lib. 19. cap. 3. & Petrus a Natal.

275 Cæsar.) De hoc Philip. 4. Petrus a Natal. lib. 6. cap. 100.

275 Marcus.) Non ille euangelista, sed Barnabæ consobrini, Coloss. 4. qui & Ioannes dictus est, Act. 15. quo in loco Beda de hoc ipso.

Ioseph

275 Ioseph.) Barsabas, alius, at is qui Barnabas dictus est; de quo supra.

276 Artemas.) De quo Paulus ad Tit. cap. 3. Macedoniorum hunc Episcopum fuisse Petrus a Natal. scribit: alii uero Corinthiorum.

276 Tychicus.) Colos. 4. 2. Timoth. 4. Act. 2. Paphi in insula Cypro ex hac uita migravit.

276 Carpus.) Alio nomine Corpus apud Vuicellium, tanta morum suauitate fuit, ut mel Atticum a suis dictus sit. de eo 2. Timoth. 4. & Dionys. Areop. in ep. ad Demophilum.

276 Euhodus.) Enodius, uel Erodus ab aliis dictus est, primum Cappadociæ Episcopus, deinde Antiochiæ factus est, Petro ad urbem proficiscente. de eo Pet. a Natal. & Odo Cluniacensis.

276 Philemon.) Fuit & alius Philemon, Paphi Episcopus, non is scilicet, ad quem Paulus scripsit. de eo Pet. a Natal.

276 Zenas.) Alio nomine Zimas, de quo Apostolus in epist. ad Tit. cap. 3. quo in loco Athanasius, & Ambrosius de eodem.

276 Aquila.) Acylam aliqui dici oportere uolunt, de eo Act. 18. Rom. 16. & Clemens lib. 7. Recogn.

276 Priscilla.) Prisca potius, de quo Paulus eodem loco, quo supra de Aquila. fuit item & Priscus, unus e centum & uiginti, apud quem Iesus Christus ultimam cænam cænauit. De eo Pet. a Natal. lib. 8. cap. 17.

276 Aristarchus.) De quo 2. Colos. 4. ad Philem. & Act. 20. 26. Apameæ fuit Episcopus. Pet. a Natal.

276 Pudens.) Alio nomine Prudens, de quo 2. Timoth. 4. multa hic Iesu Christi nomine perpeffus, nono Neronis anno, capite obruncatur. Volater.

276 Trophimus.) Petri & Pauli Apostolorum discipulus, Act. 20. Arelaten sum a Paulo Episcopus factus, in ea ciuitate euangelium prædicauit, inde postea in omnem Galliam dimanauit, ut est apud Zosimum Papam. De eo item Apost. Timoth. 4.

NOTATIONES IN HAYMONEM.

278 Christo igitur nato.) Herodis anno regni 33. ut nos supra diximus, & Epiphanius contra Alogo.

278 Aduentantibus magis.) eiusdem anno 35.

278 Stella duce.) De qua item Chalcidius Platonius. Hæc stella duobus ante annis apparuit, quam Christus nasceretur. Niceph. & alii historix ecclesiasticæ scriptores.

278 Magi.) De quibus Dauid Psalmistes rot ante sæculorum conuersionibus dixerat, Psal. 72.

278 Interim iubet omnes pueros a bimatu & infra.) Cædis horum infantum meminisse uidetur Iosephus lib. 17. cap. 3. Iud. Antiq.

278 Ioseph puerum transfert in Aegyptum.) Quo in loco triennium, uel biennium mansit, ut placet Epiphanio; Herode autem mortuo in patriam suam rediit anno fere sexto ætatis Iesu Christi. Niceph.

279 Ioannem Baptistam uirum bonum.) Tale etiam testimonium huic dat Iosephus Hebræus, qui & huius nefariæ cædis, & Baptistæ meminir. additq. præterea ob eum ipsam causam multa Herodi grauissima incommoda euenisse; illa duo præfertim, unum scilicet, quod eius copiæ ab Areta Arabiæ Petreæ rege fusæ sunt ac uictæ; alterum, quod exilio multatus est, lib. 19. cap. 7. exulasse enim

kk dicitur

dicitur Viennæ in Gallia. Niceph.

279. Hic Herodes minor Ioannem Baptistam capite punit.) Hic minor Herodes Antipas dictus est, Herodis Aſcalonitæ filius, e Maltache uxore ſuſceptus, nam alii multi Herodes fuerunt, de quibus Iosephus lib. 5. Hiſt. Iud.

279. Omne autem tempus prædicationis ſuæ peregit intra quadriennii tempus.) Hæc quadriennii obſeruatio eſt item apud Euſebium lib. 1. cap. 10, & apud Nicephorum cap. 19. lib. 1. hiq. huius temporis auctorem afferunt Iosephum lib. 18. cap. 7. Sed hac in re fides habenda Lucæ Euangeliftæ eſt, ex quo animad uertimus Ieſu Chriſti prædicationis tempus triennium fuiſſe. id quod & Nicephorus affirmat lib. 1. cap. 19. & lib. 2. cap. 4. & Iosephi uerba, quæ illi afferunt, de alio tempore plane intelligenda ſunt.

280. Teſtimonium Iosephi de Ieſu Chriſto.) Lib. 18. cap. 6. Antiq. Iud. in codice ſcilicet Græco, & Latino, nam in Hebræo non extat, idq. impia Hebræorum iniquitate. non enim uerifiſimile fit, Iosephum, uirum plane bonum, hebraice tacuiſſe, quod Græce pluribus dixerat.

281. Frater Domini dictus eſt pro eo, quod eſſet filius Ioseph, qui Chriſti quaſi pater habebatur.) Iacobus enim Ioseph filius ex alia uxore ſuſceptus, quoniam una cum Ieſu Chriſto educatus, hac educationis ſocietate habitus eſt frater Domini, non natura certe; ut rem totâ explicat Epiph. lib. 3. cõtra Hæreſes, & nos ſupra.

284. Aduentus Petri ad Urbem.) Hoc omnium ſcriptorum litteris traditum eſt, neque ſolum Græce, ſed Hebraice, Syriace, atque Arabice, omniumq. pene gentium ſermone ſignificatum eſt, omniumq. principum uoluntatis optimæ erga ſedem Romanam ſignificatione declaratum, ut alias in uolumine contra Hæreticorum hiſtoriam oſtendimus. audent enim ipſi, quoniam ore impudentiſſimo ſunt, id negare, quod omnium nationum litteris & ſermone peruulgatum eſt.

286. De illa, quæ eſt ad Hebræos, quandoque apud Latinos dubitatum.) Dubitationis uero cauſa uel leuiſſima fuit, quod autem Pauli omnino illa eſſet, multæ quidem, & grauiſſimæ rationes ſunt, quas afferunt ii, qui hoc argumenti genus ſuſceperunt. cumq. iam res in promptu fit, quæ diſputatione non egeat, nolo rem certam, & iam exploratam, quæ ſua ſe ueritate defendit, in dubitationem adducere. nam quæ uera ſunt, nihil eſt, cur ad externa probationum præſidia deducantur.

287. Hieroſolymæ ſubuerſio.) Nicephorus in Chronol. & lib. 3. cap. 3. Iosephus, & Egeſippus, aliiq. pæne infiniti.

288. Linus & Cletus non ſederunt ut Pontifices.) Cum Petrus ſcilicet in hac uita eſſet; ſed poſt illius obitum unus & item poſt alter ad ſedis Romanæ gubernacula ſedit; itaque Linus ſecundus, & Cletus tertius in Pontificibus Romanis numeratur. noloq. de Clemēte quidquam commemorare. nam multi illum ſecundū numerant, alii quartum ſcribunt. quæ opinio probabilior plerique uidetur.

293. Euaristus.) Iudæa patre ortus, & tamen pontifex Romanus, ut Theodorus item. de eius pontificatus annis hoc non conuenit inter omnes.

298. Hoc Irenæi teſtimonium.) De ſeptuaginta Interpretibus hiſtoria, ac teſtimonia multa ſunt, quæ partim cum Irenæo conueniunt, partim uero non omnino. ſed Iuſtinus plane cum eo aſſentitur, cellulaſq. illorum diſtinctas narrat, ſeq. oculis uidiſſe teſtatur. Sed Ariſtæus, qui ab Ptolemæo ad Eleazarum Hebræorū Pontificem eo nomine miſſus eſt, hiſtoriamq. totam complexus eſt, nihil tale commemorat, neque Iosephus, neque Philo item, quorum auctoritate Iuſtinus utitur. De cellulis igitur eorum res controuerſa, in latinis etiam Hieronymo & Auguſtino. Sed totam de hac ipſa narrationem recte explicat Epiphanius in libello, quem de menſuris ſcripſit.

299. Quæſtio oborta de paſchali tempore.) Explicata poſtea, ac definita iudicio Eccleſiæ Romanæ, Synodo ſcilicet Romæ a Victore Pont. habita, cuius ſententiam reliquæ Synodi ſecuræ ſunt: nam Hieroſolymis a Narcifo, Cæſaræ in Palæſtina a Theophilo, in Gallia Lugdunenſi ab Irenæo, Corinthi a Bacchilide, in Aſia a Plaſma, item Edeſſæ ab octo & decē Episcopis, in Meſopotamia ab aliis Commodo imperante Synodus habita eſt; idq. cõtra Polycratis Synodum, quam Ephēſi habuit. Nicææ denique frequēti Patrum conſenſu Canon editus eſt, quem etſi Socrates negat, Epiphanius tamen, Theodoritus, Ambroſius, & Gregorius, Cappadox meminerunt.

314. Interea Conſtantinus Imperator.) Euſebius, Socrates, Sozomenes, qui hæreſis nomine ſuſpecti ſunt, ut Sacroſancti Concilii Nicæni auctoritatem conuellerent, ea de Baptiſmo Conſtantini commemorarunt, quæ illorum certe hæreſim arguunt. nam qui in extremo uitæ ſpatio in Iordane fluuio baptizatus eſt ab Ariano, Conſtantinus filius eſt, non Conſtantinus pater, quem Romæ baptizatum a Silueſtro eſſe, Damafi, Adriani, Gelafii, & aliorum ueterum Pontificum Romanorum litteræ declarant, Græcorumq. ſcriptorum omnium, qui bene ſentiunt, ſcripta plane teſtantur, & monumenta illius rei nomine relicta omnino indicant. quæ res etſi perſpicua eſt, alias tamen dabimus operam, ut ordine rem ipſam demonſtremus, ut qui obſtinato animo ſunt, etſi cedere ueritati noluerint, perſpicue tamen falli cognoſcantur.

INDEX NOMINVM, ET RERVM INSIGNIVM, QVÆ IN HOC TOTO

VOLVMI NE CONTINENTVR.

A ARON licet humiliatus, cur tamen lepra non deformatus,	pag. 12. ver. 5	adorare Deum verum, eiq. seruire, prerogatiua est regnandi,	109. 36
Abachum propheta breuis historia,	263. 26	aduenticus martyr Taurini passus,	165. 45
abdias tertius fuit ex quinquagenariis; cui percit Elias,	262. 40	aduentus Christi cur noctis tempore predictus fuerit,	85. 17
abdia propheta breuis historia,	262. 33	aduentus Christi cur per Balaam infidelem predictus,	100. 23
abel & Cain sacrificia,	6. 48	aduentus Christi a quibus predictus,	93. 5
abel iustus typus Christi exitit,	139. 23	aduentus Christi quibus operibus praeueniendus,	88. 20
abel primus sanctorum per maximum nefas occisus,	7. 21	aduentus Christi in carne quam pura conscientia suscipiendus,	88. 3
abimelech cur feminea manu percussus,	67. 12	aduentus Dominici efficacia,	91. 34
abiu & Nadab filii Aaron cur caelesti igne consumpti,	11. 31	adulterium religionis grauius est, quam corporis,	117. 49
abraham post diluuium quo anno natus,	214. 42	adulterij noxia non caret impudicus intuitus,	23. 46
abraham fit de paupere locuples, de ignoto potens,	8. 17	Aegyptius quidam magus Iudaeos: quondam disperfos decepit,	284. 44
abraham non solum diuino munere, sed & merito gratus Deo,	8. 19	aegyptii MARIAM Virginem in lecto, & infantem in praesepio collocant, & adorant,	267. 39
abraham quo aetatis suae anno defunctus,	216. 1	Africa olim opulentissima,	70. 47
abrahae cur dominus deus de caelo loquutus,	8. 16	africa olim quasi Reip. Romanae anima,	58. 38
abrahae protector & remunerator Deus,	8. 27	africa ob impudicas libidinum flammam Aethnae comparata,	71. 36
abrahae sacrificium, fuit passionis Christi figura,	130. 24	africae totum territorium nil aliud quondam fuit quam una domus uitiorum,	70. 28
abrenunciatio Diabolo, pompis, spectaculis, & operibus eius, etiam olim dicebatur in baptismo,	54. 27	africanus scriptor ecclesiasticus egregius,	304. 8
abfalon Davidis filius quo modo diuina vindicta percussus,	15. 39	africani soli euertio, est generis humani desolatio,	71. 9
abfalon an damnatus,	16. 47	afri Christiani cum barbaris comparantur,	74. 25
abfalonis impunitas, & crudelitas,	16. 49	afri omnibus impunitate generibus polluti,	70. 19
abstinentia, & orationibus superantur hostes animae,	138. 23	afrorum blasphemiae olim quantae,	79. 10
Achab rex ultra omnes in Dominum impius,	232. 19	afrorum impudicitia quam execranda,	72. 35
achar plaga omnium fuit, quia de anathemate aliquid furto abstulit,	50. 20	afrorum in monachos & seruos Dei quam execranda contumelia,	80. 44
achar solius furto fugit populus Hebraeus,	73. 46	afrorum mores cur sentinae profunda nauis comparati,	71. 24
achiae propheta breuis historia,	270. 42	afrorum quanta olim in omni obscenitatum genere impunitas,	71. 12, 32
Adam ante peccatum in quanta innocentia constitutus,	165. 1	afrorum scelera cur a Deo per Gothos punita,	69. 41
adam ante peccatum nudus erat mundanis uestibus, sed immortalitatis splendore uestitus,	165. 1	afrorum sceleri, non autem diuinae seueritati, deputandum quod ab Vuandis fuerint uastati,	70. 14
adam cur nudus creatus,	164. 45	Agabus propheta,	274. 37
adam in Paradiso innocens constitutus, sed reus expulsus,	6. 43	agape non ignobilis mulier Marci haeretici Gnostici discipula,	257. 35
adam & Petrus non dissimili modo decepti,	127. 35	agar Abrahae ancilla typum gessit synagogae,	281. 25
adam prius quam peccaret, erat honestatis coloratus,	164. 46	ager ex pretio uenditi saluatoris totum mundum redimendum significauit,	119. 27
adam postquam peccauit, additus est morti,	189. 13	aggai propheta breuis historia,	264. 12
adae & Euae ac posterorum breuis historia,	213. 41		

I N D E X

agnes infans nuda ad lupanar instigante Diabolo tracta, 145.39
 agnes nescit amare aliquid quod transit, 145.10
 agnes sancta annulo fidei seasservit subharratam, 144.34
 agnes, uirginis Dei matris pedissequa, 145.5
 agnes uirgo exoliata crinibus, tegitur ab Angelis, 145.44
 agnes uirgo ornata compellitur suscipere corporis, sed renuit, 145.12
 agnetis admiranda uictoria contra Diabolum & eius carnifices, 145.32
 agnetis uirginis & martyris encomium 144.35
 agnetis uirginis martyrium, 146.18
 agneti uirgini lupanar turpitudinis, efficitur locus orationis, 145.31
 agricola bonus cum terram uertit, per signum crucis id facere satagit, 122.3
 agrippa cognomento Herodes, regnum totius Iudæ obtinuit, 283.27
 agrippina ciuitas cur barbaris olim tradita 55.22
 Alanorum gens licet impudica, minus tamen per fida, 71.28
 alexander Papa, 292.2
 alexander uenerabilis Hierosolymorum episcopus in construenda sacra bibliotheca quam sollicitus, 301.6
 alexander Hierosolymorum ecclesie miraculo subrogatus episcopus, 300.49
 alexander Hierosolymorum episcopus, & uir eruditissimus martyrio coronatur, 302.22
 alexander Constantinopolitanus cuidam philosopho os obstruxit, 313.30
 alexander episcopus Alexandrinus zelo fidei Arium profecutus, 312.13
 alexander Magnus reliquias Ieremie prophetæ in Alexandriam transtulit, 267.31
 alexandri Magni erga Iudeos benignitas, 245.29
 alexandri Magni imperium per uentrem æreum significatum, 238.21
 allegorice loqui, 29.49
 altare Domini etiam Angelis quam metuendum, 163.44
 altaria ecclesiastica, 6.3
 altari Domini indignus accedens quantum sceleris admittat, 186.1
 altari reponitur Christus, 55.14
 Ambrosius adhuc catechuminus eligitur Mediolanensis episcopus, 318.7
 ambrosius aduersus hæreticos ualidissima turris, 318.23
 ambrosius Arianos episcopos probrosos auersatus, 258.34
 ambrosius non se manu ac telis, sed ieiuniis & obsecrationibus aduersus Iustinam reginam defendit, 318.25
 ammon ab Absalone iugulatur, 16.42
 amor rerum bonarum in nos ex bono Dei amore descendit, 33.33
 amorem Dei erga nos, nullus aestimare potest, 34.3
 amorem suum erga nos Deus per eum amorem, quem nobis erga nostros dedit, noluit intelligi, 33.40
 amore soluendum, Christo debitum, si morte non possimus, 34.31
 amorrhæorum completa esse peccata quomodo intelligendum, 32.33
 amos propheta breuis historia, 261.47
 amphitheatrorum seu spectaculorum portenta, 52.10
 amplias, cuius meminit Apostolus, Odisæ factus episcopus, 273.49
 ananias & Zaphiria cur a B. Petro morte multati, 50.37
 ananias sacrilegii damnatur quia Deum fefellit, 174.49
 ananias qui Paulum baptizauit fuit Damascenorum episcopus, 273.5
 ananias quia non recte diuisit, pecuniam quam obrulit perdidit, 174.46
 ananias cur a B. Petro non emendatus sed damnatus, 175.17
 ananias exemplum auaris omnibus propositum, 175.28
 anathemate quis ligari possit, 204.45
 ancilla excludit Petrum a Christo, Eua Adam a paradiso, 127.21
 andreas Apostolus ubi prædicauit, 271.12
 andronicus, cuius meminit Apostolus, Pannoniæ factus episcopus, 273.44
 angeli in splendidissimo habitu constituti non tunicis & palliis operiti, 164.48
 angelorum concursus Iudeos ad fidem ueritatis adducere non potuit, 103.27
 angelorum cum filiabus hominum matrimonia reprobat, 214.4
 anguinum monstrum ipsa occisione multiplicatur, 59.29
 anicetus Papa Romanus, 294.4
 anima fidelis timore corrigitur, correctione lætatur, 90.14
 anima fidelis lusibus dæmoniorum delectari non debet, 95.28
 anima exultat læta corpore affecto quasi aduersario subiugato, 5.14
 anima quo modo propter Christum perdetur, 50.4
 anime humane si reus non potest absolui, minus uiolator corporis Dominici, 185.41
 animus grauius uel leuius tolerantis qualis, 3.45
 anne & Mariarum breuis historia, 281.12
 anni noui sacrilegis iocis olim celebrati quam execrabiles, 96.14
 Anapsalpa uox ab Arianis inuenta, 254.47
 antherus Papa post unum mensem Fabiano Pontificatum reliquit, 302.2
 antidotum legis non sanat quos uitiorum uenenas occidunt, 42.2
 tidotum

I N D E X

antidotum nil prodest cui superfunditur uenenus, 42.1
 antichristus a quibusdam creditur Nero, 249.37
 antichristus sub finem sæculi persecutionem excitaturus, 85.21
 antichristus priusquam Christus adueniat regnaturus, 85.21
 antichristus decimam persecutionem, idest ultimam, illaturus, 251.46
 antichristi tempore lucem ueritatis nemo pene respiciet, 85.24
 antinoo, amasio suo, Hadrianus imperator templum & agones annuos dedicauit, 292.13
 antistitis & chrismatis in conferendo baptismum necessitas, 190.49
 antistitem summum lepra deformari non oportet, 12.6
 antonium Abbas Didimum uisitauit & consolatus est, 316.23
 antonii insignes uitæ merito discipuli, 315.48
 Apelles, cuius meminit Apostolus, Smyrnæ ante B. Poly carpum episcopus, 274.9
 apocalypsis liber uere B. Ioannis Apostoli & euangelistæ, qui olim non nisi a stultis uel impiis non recipiebatur, 251.7
 apocalypsim in exilio B. Ioannes euangelista conscripsit, 288.39
 apollinaris episcopus, uir alioqui in ceteris instructus, hæresim de solo corpore a Christo assumpto generat, 317.29
 apollinarista hæretici Romæ a Damaso damnati, 317.44
 apollonius, cuius recordatur Apostolus, Cæsariæ factus episcopus, 275.32
 apollinis quidam sacerdos quo miraculo ad fidem conuersus, 305.3
 apostatata faciunt a Deo uinum & mulieres, 59.47
 apostatatio fidei est in spectaculis, 54.18
 apostolatus Pauli in celo consecratus, 152.26
 apostoli græcæ quid latine, 150.23
 apostoli nomen etiam episcopis tributum 195.9
 apostoli ecclesiastici quinam, 20.47
 apostoli in Pentecoste spiritu sancto baptizati, 142.10
 apostoli non modo graues magistris, sed parentes indulgentissimi, 20.44
 apostoli non plus officiorum ab aliis exegerunt, quam sibi ipsi sumpserunt, 20.43
 apostoli & propheta cur tormeta tolerarunt, 5.18
 apostolici libri seuerissimam institutionem continent, 19.42
 apostolorum ad prædicandum diuisio, 286.13
 apostolorum beata merita, 150.27
 apostolorum festiuitates annuis solemnitatibus celebrata, 150.21
 apostolorum forma & potestas ad posteros deducta, 195.7
 apostolorum præcepta cur a quibusdam existimetur dura, 20.42
 apostolorum omnium & singulorum breuis historia, 271.3
 apostolis & eorum successoribus potestas ligandi & soluendi data, 195.2
 apostolis delata deuotio recurrit in Christum, 150.21.
 apostolos uelut quosdam radios Christus misit in orbem, 115.21
 apparitor quidam cum B. Iacobo Christianum fuisse confessus & martyrio coronatus, 283.33
 Aqua Christus quid una & eadem operatione efficiat, 178.6
 aqua per Moysen educta fuit spiritualis poculi figura, 104.47
 aquæ sub Moyse diuinitus data uel immutata speciem seruantes, naturam relinquentes, 9.37
 aquarum fluentia quomodo ab immensis ignium globis consumpta, 177.48
 aquas in uinum non potest uere conuertere, nisi qui illas fecit ex nihilo, 98.11
 aquas Christus sanctificauit in baptismo, & nobilitauit in nuptiis, 103.43
 aquila, cuius meminit Apostolus, Heraclia episcopus, 276.22
 aquila cur christus comparatus, 140.11
 aquila cur gratia baptismatis comparata, 136.29
 aquila membra senectutem non sentiunt, sed plumæ, 136.32
 aquilarum natura, 136.30
 aquitania prouincia nobilissima & locupletissima, 64.6. & 65.8
 aquitania fere omnium Galliarum medulla, 64.7
 aquitani specialia Dei munera possederunt, & tamen priores in uitis fuerunt, 64.30
 Ara sacræ muneribus implenda, 62.10
 arbor crucis Christi suæ uirtutis umbra circa sepositos custodit, 120.35
 arca Noe quid mystice continuit, 209.11
 arca legalis ubi, quomodo, & a quo reposita & obsignata, 267.42
 arcana quadam suæ mētis per sacras scripturas nos scire uoluit Deus, 19.1
 archelai breuis historia, 279.22
 argenti usum legibus coercuerunt præci Romani, 4.6
 argelai populi cur sic dicti, 267.36
 argumentis probari non debet, quod a Deo dicitur, 267.36
 aries inter uesperes hærens cornibus quid in scripturis, 130.28
 ariana perfidia quomodo a patribus confutata, 160.35
 arianorum hæresis, 252.34
 arianorum fraus & dolus circa usum uerbum, 256.8
 arianorum contra B. Athanasium historia, 253.1
 ariminense concilium bono initio inchoatum, sed exitu consummatum, 253.49
 arimini Synodus ab hæreticis Arianis congregata, 255.9. & 313.3
 aristarchus Pudens, & Trophimus cum B. Paulo Romæ

I N D E X.

Romæ martyrium passi,	276.35	balaam infideli cur de christi aduentu propheta reuelata,	110.23
aristobolus Britannia factus Episcopus	274.12	baoganda populi permalos indices Romanos spoliati, afflicti, necati,	44.34.45
aristobolus Pontifex Hebræorum nomen regium primus assumpfit,	249.6	baptifina est Dominicæ passionis sacramentum	202.43
arius quo tempore exortus, & qua hæresi infectus	319.41	baptifina per aquas Iordanis figuratum & consecratum,	105.29
arius B. Iohannis euangelio contradixit,	160.35	baptifina Iohannis non crimina delebat, sed errantes emendabat,	105.24
arius impius & blasphemus,	159.35	Baptifina Christi nostra sepultura,	120.10
arius fide & dolose subscripsit Nicenæ fidei,	312.2	baptifina uetus Iudæorum,	203.12
arius intestina & omnia uiscera in secessum defluxit,	312.30	baptifinæ gratia & efficacia,	19.31. & 178.3
arium de exilio reuocari iubet Constantinus a sorore seductus,	312.13	baptifinæ prima confessio est renuciare diabolo & pompis eius,	54.20. & 191.32
armeni ob scelera Maximini Imperatoris rebelles Romanis effecti,	308.30	baptifinæ gratia reuiuiscitur, 126.36. & 188.44	
artemas, cuius meminit Apostolus, Lystris fuit Episcopus,	276.2	baptifinæ munus salutare ubi significatum 96.49.	
Afab rex religiosus quintus a Davide,	231.29	baptifinæ sacramentum quid præstet, 178.11. & 170.20	
ascensio Domini quibus fructuosa,	124.42	baptifinæ gratia cur aquilæ comparata,	136.29
asina Balaam cur locuta, & cur gentilitas ei comparata,	100.30	baptifino Christi sanctificata aquæ,	103.43
aspides ab Alexandria ob reliquias Ieremiæ fugate,	267.33	baptizans, siue ad penitentiam cogens uel ueniã penitentibus relaxans sacerdos, Christo auctore facit,	202.40
assyrii caerimonias diuinas ab Hebræis captiuus acceperunt,	230.5	baptizari solebant omnes gentes in Paschate,	142.10.
assyriorum regis, terræ Israeliticæ uastatoris, responsum;	70.4	baptizatus est Iesus non sibi, sed nobis, quibus baptifinæ constituit sacramentum	105.45
asterius Ro. senator martyr gloriosissimus,	303.49	baptizatus quid agere teneatur,	191.2
asyncritus, cuius meminit Apostolus, Hyrcania factus Episcopus,	74.24	baptizati spiritu sancto fuerunt Apostoli in die Pentecostes	142.10
Athanasius Episcopus Alexandrinus 46, sacerdotii sui anno moritur,	314.38	barbari homines quam scientiam habeant, 42.29	
athanasius ob fidem catholicam quam graui persecutione afflictus,	312.45	barbari & infideles cur in Christianos præualeat,	47.45. & 148.29
athanasius per falsos testes ab Arianis condemnatus,	252.43	barbari minori peccato per damonia peierant, quam nos per Christum,	38.13
athanasius iussu Constantini in Alexandriam reuocatus,	312.41	barbari quondam castiores & puriores Romanis	77.
attalus quam glorioso martyrio Lugduni coronatus,	295.30	barbarorum hæreses olim de prauo Romanorum magisterio fluxerunt.	43.26
Auguria consulum,	51.41	barbarorum cur melior uideatur conditio, quam Christianorum,	18.21
auguria in lege uetita	96.23	barbarorum duo genera, hæreticorum scilicet et paganorum,	36.8
aurelianus malis consiliis deprauatus morte subita condemnatur.	306.7	barbarorum, & Christianorum uita inter se comparantur,	36.35
aurum, a Magis Christo oblatum, redemptionis generis humani figurauit,	100.41	barbarorum & Romanorum circa mutuam dilectionem comparatio,	23.33
auspicia uanissima,	100.4	barbarorum omnium uita uitiosa,	37.6
Azariæ propheta breuis historia,	270.49	barbaris uiam in exitium Christianorum aperit corrupta Christianorum uita,	148.26
B		barbaris an sint prauis Christiani deteriores,	35.30
BABYLAE martyris sepulcrum, a quo demonum responsa impediébatur, auferri iussit Iulianus apostata.	316.8	bardehanes apud Mesopotamiam hæreticis fortiter restitit,	294.36
baccharum in morem, olim crapulæ inferuebant Atri.	72.26	barnabas primus Christum Romæ prædicauit, & post Mediolanensium Episcopus factus fuit,	273.2
balaam Atrioli & sacerdotis gentilium propheta de stella,	100.18		

Barnabæ

I N D E X

barnabæ apostoli breuis historia,	273.2	cain sanguinis effusione prior mundi primordia maculauit,	214.26
bartholomæus apostolus ubi prædicauit, & ubi sepultus,	271.35	cain cur impiissimus circa prouidentiam, Dei, & stultissimus	7.6
basilidis & Saturnini hæresiarcharum breuis historia,	292.25	cainus, uide L. Gaius.	
basilius & Gregorius instar duorum calilluminarium,	315.31	calix martyrio sanctorum cur comparatus	162.44
basilii ad Valétem Imperatorem plenum fiducia responsum,	315.37	calybem quædam gemmæ affectu quasi spirante suspendunt,	34.35
Beati dicendi uere religiosi,	3.37	camelo animali tortuoso atque defomi cur diues comparatus,	164.34
beatitudo per tormenta quaritur, & refrigerium flammis præparatur,	157.44	candidus & Appius in Hexameron scripserunt,	298.35
beatus esse non potest nisi qui sit bonus,	4.24	canibus & suis comparantur impuri christiani	40.40
beatus qui quarit Christum,	123.48	caperneitarum grauis exprobratio,	32.42
beati quinam uere dicendi,	3.37	capræ feræ sagittis uenenatis confixæ sua nouerunt remedia,	187.35
beatorum merita iam in tuto posita magnificanda,	161.34	captiuitatis tempora a prophetis prædicta	237.21.
beatiores nulli, quam qui ex sententia sua atque uoto probe agunt,	3.29	captiuitatem corporis sustinere leuius est, quam animæ	58.42
bellum primum inter homines,	215.10	caritas in nobis quanta,	34.15
benadab rex Syriæ cum 32 regibus cur a paucis pedisequis uictus,	67.14	caritas Christi indiuisa	308.6
beneficia a Deo accepta, in illius iniuriam quinam conuertunt,	62.25	caritas Christi pretium pecuniarum non quarit	145.20
beneficia Dei oraculis prædicta, & præfigurata mysteriis,	130.8	caritatis per omnes scripturas commendatio	43.31
benignitas Dei mira erga suos fideles,	13.42	carnibus tempore ieiunii non uescendum,	113.1
Blandina nobilis femina languore ac senio confecta, glorioso martyrio Lugduni coronata,	293.27	carpocratæ hæretici blasphemæ, incestus, & stupra,	292.33
blasphemare alios peccando qui facit, criminis humani mensuram excedit,	40.11	carpus, cuius meminit Apostolus, Berrhoæ in Thracia Episcopus,	276.12
blasphemandi causam gentibus dare, quam enorme,	40.4	carthago armis quondam, fortitudine, splendore, dignitate admirabilis, & Romæ æmula,	72.1
blasphemia curiosarum mentium in Deum,	33.3	carthago Apostolorum doctrinis instituta,	73.29
blasphemia nullum scelus irrationabilius, atque infanlius,	33.12	carthago quot olim flagitiorum nequitiis inquinata,	58.42. & 72.18
blasphemia cur peculiare christianorum malum	40.13	castimonia quo modo duplici præsidio fulta,	76.21.
blasphemæ peccatum quo modo relaxetur penitentibus,	206.16	castimoniae studium apud Vuandalos olim quantum,	77.32
blasphemæ crimen quam graue, cuius ueniam in hoc sæculo nec per penitentiam potuit Dauid impetrare,	39.42	castimoniae uirtutem quam probet Christus,	87.47
blasphemæ in Africa olim quantæ,	79.10	castissimos Christus nos esse iussit, qui etiam uidenti licentiam absceidit,	213.41
blasphemus pro tot reus, quot secum traxerit in reatum,	40.6	castitas Sulannam defendit,	117.44
blasphemus per plurimorum conuicia inestimabilem Deo facit iniuriam,	40.12	catastæ martyr, & eclei,	21.33
blasphemus cur in lege ueteris lapidatus,	11.20	catharos, idest, mundos se uocabant Nouatiani,	302.42
blasphemi manus in Deum iniiciunt, quem nec esse credunt,	33.4	cathedram Apostolorum tenent episcopi,	195.13
Botrus Christum præfigurauit,	163.3	catholica ecclesia quibus uestimentis amicta,	6.30.
C		catholicus quid,	193.34
CAERIMONIAE diuinas Assyrii a Iudæis captiuus receperunt,	235.9	catholicum nomen nullos habet hæreticos sui auctores,	193.19
Cæsar, cuius recordatur Apostolus, Dyrrhacchii episcopus,	275.41	catholicus est uiri christiani cognomen,	193.32
cain post sacrificia castigatus,	7.17	catholici nominis epistola a B. Paciano conscripta,	192.1
cain & Abel sacrificia	6.48	catholici nominis præsumptio superflua, nisi obseruentur Dei mandata,	69.7

Catho-

INDEX

catholici nominis discussio, uetustas, & cur nomi-
 ni Christiano additur, 193. 6, & 196. 6
 catholici soli scripturas sacras, integras habent
 & inuolatas, 42. 18
 catholici resistunt heretici, sicut Iamnes & Mam-
 bres Moyfi, 209. 18
 cato Romanus alius Italiae Socrates, 77. 3
 cato uxorem suam alteri uiro tradidit, 77. 3
 caupones qui spiritualiter intelligendi, 181. 4
 Cephas, quem Apostolus Anthiochia reprehendit
 (eiusdem cognominis cum B. Petro) unus
 ex septuaginta discipulis, & Canis episcopus,
 275. 34, 280. 13
 cerdon episcopus Alexandrinus gloriosissimus,
 290. 30
 cerinthus haereticus, & eius noua dogmata
 289. 34
 cerinthi balneum a B. Ioanne Euangelista execra-
 tum, 291. 13
 ceruulus quidam reprehenditur, 183. 19
 Chaldaeorum imperium, 238. 18
 chaldaeorum & Iudaeorum nato Christo mirabile
 certamen, 103. 16
 chaldaeos una stella ad Christum perduxit, 99. 18
 charybdis uoracitas, 49. 33
 chelidonia ad quid utatur hirundo, 187. 36
 chrisma, & remissio criminum, atque huiusmo-
 di ex Apostolico iure ad Episcopos defluxe-
 runt, 195. 26
 chrisma ecclesiasticum, 19. 35
 chrismae diuini unctio, 19. 32
 chrismae minister antistes, 190. 49
 chrismae potestas ab Apostolis ad Episcopos de-
 scendit, 195. 11
 christiana simplicitas quomodo suam habeat in-
 fantiam, 135. 34
 christiana plebs ex quibus spiritualibus nuptiis
 nascatur, 190. 36
 christiana religionis initia unde oriri arbitrati
 sunt pagani, 39. 22
 christianitas quantum grauet sui prauaricatores
 54. 49
 christianitatis summa quenam, & quanta eius dif-
 simulatio, 164. 14, & 174. 34
 christianus populus ab haeretico diuiditur, cum
 catholicus nuncupatur, 193. 39
 christianus dici non potest, qui perfidis in obser-
 uatione auguriorum, & aliorum huiusmodi
 confors est, 96. 25
 christianus debet sicut Christus ambulauit & ipse
 ambulare, 20. 33
 christianus grauius ceteris gentibus peccat,
 35. 46
 christianus oculos castos habere debet, 24. 40
 christianus tepidus Deo exosus, 40. 29
 christianus uerus cum Christo regnaturus, prius
 est de resurrectione securus, quam de morte
 sollicitus, 134. 33
 christianus utilis quisnam, 172. 21
 christiani ebrietas quam Alemanni reprehensibi-

lior, 37. 9
 christiani nominis opus non perficiens, Christia-
 nus esse non uidetur, 27. 12
 christiani uita esse debet tam pura, quam oculi
 pupilla, 24. 1
 christiano rectius est domesticorum ministerio
 carere, quam ignis aeterni tormenta tolera-
 re, 24. 12
 christianum iubet Dominus fide ac spiritu esse
 feruentem, 40. 26
 christianum hominem spectaculis admisceri ge-
 nus est sacrilegii, 58. 2
 christianum nomen quando impositum, 282. 36
 christiani nec fame nec lue sub Maximini perfe-
 quutione lesi, 308. 26
 christiani omnes quondam immaculati, nunc in
 quam proborum moru angustia redacti, 50. 43
 christiani quidam sapientiam putant malitiam,
 51. 9
 christiani quidam etsi re ipsa mali esse non pos-
 sunt, uoto tamen ac uoluntate malis non ce-
 dunt, 51. 1
 christiani plerique non solum propria non distri-
 buunt, sed aliena diripiunt, 174. 26
 christiani perdunt uim sancti nominis uitio prauitatis,
 26. 42
 christiani impuri grauius peccant quam Barbari
 35. 39, & 37. 1, & 41. 14, & 51. 19
 christiani quidam lege catholica paganis sine co-
 mparatione meliores, uita & peccatis deterio-
 res, 36. 9. 26
 christiani Euangelia legunt, & impudici sunt,
 39. 4
 christiani soli diuinae legis prauaricatores, & qua-
 ti criminis rei sit, qui sanctum Dei nomen infa-
 mant, 38. 31
 christiani tantummodo Deum blasphemant, quia
 bona discunt, & mala faciunt, & eo deterio-
 res quia deberent esse meliores, 40. 14
 christiani in forilibus uiuentes cani & sui compa-
 rantur, 40. 40
 christiani fideles non sunt, si bona a Deo sibi assi-
 gnata corrumpunt, 19. 27
 christiani quidam dicti ad contumeliam Christi,
 79. 32
 christiani cur ceteris uideantur miserieiores homi-
 nibus, 19. 12
 christiani cum Dei mandata fecerint, ad premi-
 um laboris capiendum uocandi, 19. 35
 christiani cur ad erumnas & miseras praefere-
 debeant esse accincti, 19. 15
 christiani non incitiam, sed rebellionem peccant,
 43. 6
 christiani quomodo irritant in se misericordem
 Deum suis impunitatibus, 53. 27
 christiani maiore nunquam triumpho uicerunt,
 quam cum decem annorum stragibus sub Dio-
 cletiano uinci non potuerunt, 254. 36
 christianorum erga Christum, & seruatorum erga
 carnalem dominum comparatio, 53. 22

INDEX

christianorum quanta Roma multitudo sub Ne-
 rone, 250. 4
 christianorum quorundam uita cum Saxonibus
 & Francis paganis collata, 38. 47
 christianorum malorum uita, Gotthorum & V-
 andalorum conuersatione deterior, 43. 29
 christianorum & Barbarorum uita inuicem com-
 parata, 36. 35
 christianorum omnium culpa est diuinitatis iniu-
 ria, 32. 15
 christianos malos paganis comparat Apostolus,
 41. 1
 christianis oculi dextri ferro effossi cum sinistra
 pollice fauciata, 307. 25
 christus solius patris unigenitus, solius matris fi-
 lius, 94. 40
 christus paternae substantiae coequalis, 98. 32
 & 160. 17
 christus de Patre natiuitatis non habet tempus,
 qui per matrem nascendi tempus accepit,
 88. 44
 christus cur de caelo ad terras uenit, & in fine tem-
 porum natus, 88. 47, & 94. 35
 christus qua mundi aetate, & sub quibus principi-
 bus natus, 249. 25, & 278. 9
 christus quomodo non bis natus, 89. 20
 christus quam mirifice nobis nasci de uirgine po-
 tuit, 94. 5, & 99. 4
 christus omnibus quidem natus, sed dat salutem
 fidelibus, 93. 25
 christus cur pro nobis humiliter mundum ingres-
 sus, pauper natus, & mortem passus, 53. 30
 & 97. 20
 christus cur nouam nascendi legem habere uo-
 luit, 169. 6
 christus humilis, sed tamen admirabilis ad nos ue-
 nit, 101. 22
 christus incarnatus quam multa maiestatis suae
 dedit indicia, 99. 47
 christus cur in praesepio positus, 91. 9, & 94. 11
 christus apud Iudaeos sordebat in pannis, apud ge-
 tiles fulgebat in gloria, 102. 37, & 46
 christus cur seruitutis ministerium, esuriam, & ce-
 tera humani corporis infirma suscepit, 106. 45
 & 109. 15, & 113. 28
 christus quomodo natura Deus & homo, 160. 29
 christus cur icinuit, & post 40 dies esurierit,
 112. 17. 25
 christus contra Diabolum pro illis certamen inuit,
 quorum se carne uestiuit, 108. 22
 christus an Dei filius a Diabolo cognitus, 108. 31
 christus paulatim suam maiestatem aperuit mor-
 talibus, 98. 40
 christus pro nobis se subdidit mundo, 21. 2
 christus Apostolos 12, & discipulos 72, elegit, & in-
 tra quadriennium praedicationis suae tempus
 peregit, 279. 39
 christus ideo passus, quia perdere noluit quod for-
 mauit, 211. 5
 christus omnia ut homo passus, omnia uicit ut

Deus, 109. 22
 christus fleuisse, non risisse legitur, 54. 7
 christus apud Pilatum accusatus cur tacuerit, 116
 37
 christus in se uinci maluit, ut uictor esset in cun-
 ctis, 117. 12
 christus quas pro nobis pertulerit iniurias, 90. 42
 christus cur in cruce pependit, 120. 46
 christus quomodo a Deo derelictus, 115. 34
 christus stitabat non potum hominum, sed salu-
 tem animarum, 176. 45
 christus idcirco est mortuus, ut mors suam amit-
 teret potestatem, 169. 36
 christus anno regni Herodis 18 passus, 249. 31
 christus cur sepultus, & per Heliseum praefigura-
 tus, 130. 39, & 169. 25
 christus ueritas cui Iona figura confertur, 130. 47
 christus quo modo pro prauaricatoribus iam non
 amplius moritur, 191. 39
 christus cur ad dexteram Patris sedere & stare di-
 catur, 139. 1. 17
 christus regnum incorruptum & perpetuum san-
 ctis suis parauit, 238. 37
 christus quantum praestiterit pro iniquitate mun-
 di moriendo, 34. 13
 christus quanta dona ac beneficia seruis ingratis
 contulerit, 34. 39
 christus ut Deus & homo quid pro salute nostra sit
 operatus, 92. 24
 christus aures suas pro diuersitate precum quo-
 modo claudat, uel aperiat, 6. 25
 christus incredulis iudex, credituris redemptor
 praeparatus, 90. 17
 christus in fide credentium requiescit, 91. 18
 christus retributor iustissimus, 102. 18
 christus non tam nitorem uestium, quam animorum
 requirit affectum, 87. 45
 christus in malis christianis patitur opprobrium,
 39. 7
 christus idem nunc qui olim in nobis, sed non est
 idem animus nobis, 174. 23
 christus quando floruit et resloruit, 137. 40
 christus cur aquila, figulo, flori, & grano frumen-
 ti, gemmis, luci, pani, & lapidi comparatus,
 34. 36, & 110. 45, & 119. 32, & 132. 23, & 136.
 47, & 140. 4
 christus cur a senatu Romano in Deorum nume-
 rum non relatus, 85. 28
 christi generatio etsi narrari non potest, credi ta-
 men potest, 89. 23
 christi diuinitas asseritur, 159. 42
 christi ac Moyfi comparatio, 93. 11
 christi lex in malis Christianis patitur, 39. 7
 christi nomen a quibus iam non uideatur esse sa-
 cramentum, sed sermo, 37. 32
 christi ad tentatoris interrogata quam admirabi-
 lis responsio, 112. 36
 christi caritas nulla persecutionum immanitate
 deferenda, 34. 42
 christi insigne simulacrum Caesarea deposuit Iu-
 lianus,

I N D E X

lanus, & suam collocavit imaginem, quæ igne de celo fulminata est, 313.19
CHRISTO Circeses & mimos & theatrorum obscena pro beneficiis acceptis reddere quam blasphemum, 53.28
 christo fideliter hominem credere quid, 19.23
 christum non credit, qui christi mandata conculcat, 27.11
 christum habens non ueretur hominem inimicum, 17.22
 christum in altario dimittimus, ut oculos turpium ludicrorum fornicatione pascamus, 55.15
 christum occidit, qui illum occidendum tradidit, 117.36
 christi duæ generationes quales, 89.7
 christi pro nobis iniuriæ quibus uirtutibus decorantur, 90.42
 christi aduentus. uide, Aduentus,
 chyrographo delictorum rescisso Christus reatū absoluit, 91.36
Cibus christi uerus fuit Dei uoluntas, 109.19
 cibo sepe, nūquam detractioe saturamur, 23.20
 cibos uiles ac rusticos, idque ad uesperam sumebant prisca Romani, 4.3
 ciceronis de providentia Dei sententia, 2.39
 circeum poculum, 47.42
 circum ac theatrorum impuritates, 52.13
 circumcisio apud apostolum christianitatem designat, 40.48
Claudii Imperatoris mors, 285.2
 clausi Petro data a Christo est iudicandi potestas, 151.14
 clausæ cæli lingea est Petri, 151.12
 clauis, quibus Dominus tuerat affixus ab Helena ad Constantinum filium delati, 312.5
 clausæ potentia Petrus, scientia Paulus accepit, 155.23
clemens Alexandrinus quid de Nicolaitarum hæresi scripserit, 289.44
 clemens, cuius meminit Apostolus, Sardicæ uel Triditæ factus Episcopus, 276.3
 clemens sub Traiano Romæ Pontificatum tenuit, 289.4
 clemens Euaristo papatus ministerium reliquit, 290.40
 clementi Cletus papatum reliquit, 288.27
cleophræ confobrini Domini breuis historia, 273.27
 clericatus officium quem quæstū habere debeat, 180.29
 clericus fornicator grauius peccat, quam laicus, 35.38
 clerici debent se inuicem humilitatis sedulitate præuenire, 164.14
 clerici, monachi, uel laici idonei, cur nomine puillorum dicti, 165.12
 clericorum auaritia quam damna bilis, 223.25
 clericorum peccata cum laicis conferuntur, 48.32
clero & sacerdotibus Dei sua reuerentia seruan-

da, 73.1
 cletus Papa Lino successit, 288.20
 Cœcitas uentium infidelium quanta, 48.4
 cæcus affectu alieno quis efficitur, 49.20
 cælum quomodo in figuram crucis dispositum, 122.6
 cælo apta est nuda uirtus, 164.42
 cælorum regnum quibus acquiratur uirtutibus, 164.27
 cæmeterium eunuchi, de quo in Actis, est fidelibus insuperabile munimentum, 276.44
 cænobia monachorum Aegyptiorum, 80.41
 columbæ instar, sancti uiri ore potius quam dente configunt, 198.13
 cometes extialibus flammis ante Hierosolyma destructionem uisus, 185.42
 concilium Nicenum ex sententia sacerdotum sub Constantino congregatum, 310.16
 concilium Ariminense sub Valente imperatore bono initio cœptum, exitu scædo consummatum, 256.49
 concilii sacerdotalis sententiam Constantinus tantquam a Deo prolatam ueneratus, 310.26
 concilii Niceni decreta firma esse debent & catholica, 311.14
 concilio Niceno quinam gloriosi martyres & cœffesores interfuerint, 310.43
 concilio Alexandrino quid discussum, 313.30
 concilia libere congregare & ecclesias ædificare christianis concessit Constantinus, 308.44
 concupiscentia Hebræorum rebellis cur a Deo coercita in deserto, 57.25
 confessio ad manus sacerdotis, 185.18
 confessio sacramentalis & auricularis elicitur, 155.19
 confidens nimium indignus est uenia, 180.5
 confictus Diaboli cum Christo plenus ingenti mysterio, 108.17
 coniugii casti uiolatores grauitè reprehenduntur, 30.36
 connubii sacramenta raro diuites obseruant, 30.28
 conscientia bonæ causæ non tam suffragium, quàm iudicium Domini deprecatur, 17.27
 conscientia quid plus habere potest, quam sermo, 34.48
 conscientia recta ad sui iniuriam, quæ ab aliis dicuntur, spectare non sentit, 29.35
 conscientia uulnerata non tegenda, 186.11
 conscientia priscorum Romanorum diues, 4.5
 conscientia peccatrici nullus locus tutus, 127.46
 conscientia bonæ imago falsa desperatis peccatoribus sepe blanditur, 199.2
 conscientia propriæ sententia quantam uim habet, 118.34
 constantinopolitana synodus. 350. patrum tempore Damasi Papæ, 316.48
 constantinus Romanorum principum imperator primus quo miraculo & ubi baptizatus, 251.41. & 308.46. & 312.36

constantinus

I N D E X

constantinus signum sibi ostensum auro fabrefactum dextera manu gestauit, 309.2
 constantinus Imperator religiosissimus Constantii æque moderatissimi principis filius quando Christianus effectus, 308.39
 constantinus ecclesiarum statum sumptibus, priuilegijs & honoribus sublimare procurauit, & sacerdotalis concilii sententiam tanquam a Deo prolatam ueneratus, 309.26. & 310.26
 constantinus a sorore sua Constantia seductus, Arrium de exilio reuocat, 312.13
 constantinus quid suo testamento filiis reliquit, & quo ætatis suæ anno mortuus, 312.39. 42
 constantino dictum: **IN HOC SIGNO, VINCES,** 308.49
 constantinus Constantini magni filius, ab hæreticis seductus in errorem Arii deuoluitur, 312.44
 coræ Datan & Abiron murmurantes extinguuntur, 12.25
 cornelius a. 16. episcopis electus Romanus episcopus, & Romæ martyrio gloriosissimo coronatus, 201.39. & 202.7. & 302.21
 cornelii Romani episcopi castimonia uirginalis, & eximia uirtutes, 262.9
 corruptelarum causas quidam, & si non in illecebris, habent tamen in cordibus, 56.47
 corruptela seruorum quanta ubi tanta Dominorum corruptio, 65.32
 coruus cur in arcam Noe non reuersus, 254.18
 Craticula succensa nec animum B. Laurentii fatigauit, nec corpus exussit, 157.38
 craticula ignita crematus B. Laurentius, 156.42
 creare maioris est maiestatis, quam creata mutare, 104.40
 creator a creatura non discutiendus, 89.37
 credulitas seu fides quid, 19.23
 credere hominem Christo fideliter quid, 19.23
 credere in Christum quis uere censendus, 88.1
 creffentis, breuis historia, 203.20
 crimen castigare non est illud fateri, 202.31
 crimen non monstrat, qui criminis remedium ostendit, 203.20
 crimen unius non debet officere bonitati alterius, 50.17
 crimen spectaculorum quam graue, 54.39
 crimina recentia furgunt, nec repudiantur antiqua, 32.1
 cruciatus non in Christianos a satellitibus Diocletiani excogitati, 307.10
 crux Domini salutem contulit humano generi, 121.36
 crux domini quam portanda, 166.45
 crux in ecclesia est instar arboris in nani, 120.41
 crux nō solum est ligni patibulum, sed totius Christianæ uitæ & uirtutis propositum, 167.4
 crux Christi ad patriam caelestem reducit, 120.37
 crux Christi quo miraculo a sancta Helena reperiata, 252.12. & 311.44
 crucis Christi quam grande sacramentum, & eius efficacia, 120.33. & 121.42

crucis supplicium cur elegit Christus, 169.17
 crucis figuram & signum a bonis agricolis facere solitum, 122.3
 crucis signo erecto statim Diaboli iniquitas repellitur, 122.2
 crucis signo Romæ sub Constantino libertati restituta, 311.8
 crucis passio, quæ multis scædalum fuit, latroni ad fidem profecit, 25.36
 crucis signū in imagine a senatu Romano sibi erecta depingi iussit Constantinus, 309.7
 crucis signum in uestimentis Iudeorum, templum reparare satagentium, impressum, 13.18
 crucis Dominica signum quid efficiat, 122.16
 crucis Dominica Inuentio, 311.49
 crucem pingit incessus hominis, 122.9
 crucem saluatoris mittimus, quoties in uoluptatibus inquinamur, 67.8
 cruce Domini facta rumpuntur aquarum fluentes, 21.44
Cultus superstitionum olim obseruatus pro qualitate auctorum, 37.45
 curialis nomen potens & honoratus olim uidebatur, 44.4
 curiales rari, qui non sint & tyranni, 44.4
 curialium uita queriam, 25.34
Cyniphibus terra Aegypti a Deo per Mosem operata, 19.1
 cyprianus uir catholicus, sacerdos, martyr, eximia grauitatis & meriti, 198.17. & 209.41
 cyprianus uiuens exhortatione firmissima innumeros cælo martyres acquisiuit, hæreticorum dogmata oppugnauit, & iura catholica retinuit, 163.34. & 210.19
 cyprianus in concordia & communi fidelium pace martyrio coronatus est, 198.42. & 206.22
 cypriani martyrium quam legitimū ac gloriosum, 198.42
 cypriani martyris beatissimi quanta auctoritas, 193.22
 cypriani eloquentia diuinitus inspirata ecclesias docuit, & scæculum confutauit, cuius sapientia inter uarias hominum causas admirabilis eniuit, 163.27.47
 cypriani libellus contra Nouatianam hæresim magnificè editus, 303.14
 cypriani auctoritati ubi abutebantur Nouatiani, 209.32
 cypriani martyris beatissimi, eximia uirtutes, 163.24
 cypriani martyris festiuitas imminente uindemia celebratur, 162.34
 cyprianū nullus unquam infamare potuit, 201.40
cyrellus Hierosolymitanus episcopus aliquando in fide uariis, 313.9

D

Dæmon caelestis pro idolo apud Afros quisnam, 79.12
 dæmonem adoranti non signa caelestia, sed inferna debentur, 102.35
 11 dæmo-

INDEX

dæmones præsidet theatris & spectaculis, 57. 59
dæmones licet Deum credant, in perueritate ta-
men perdurant, 28. 15
dæmones minora hominum scelera Deo permit-
tente uindicare solent, 49. 26
dæmonum auxilia requirentes damnantur, 171. 34
dæmonum iustibus non debet delectari fidelis ani-
ma, 95. 28
dæmonum fides cum Christianis præuaricatoribus
comparatur, 28. 17
dæmonibus obfessi inuocatione sanctorum mar-
tyrum liberantur, 166. 24
damasus Papa Liberio successit, 316. 3
damasus Arianos episcopos probrosos se purga-
re uolentes, nec in conspectum quidem admi-
sit, 258. 33
damnationem Dei iudicantis iam perferimus, &
nec dum nos iudicari agnoscimus, 48. 5
daniel propheta quantum pro Nabuchodonosore
rege, cuius heres esse noluit in bestiam muta-
to orauit, 269. 34. 45
daniel tam castus fuit, ut spado uideretur Iudæis
269. 17
daniel iudex erga Sufannam, cum Pilato erga Chri-
stum confertur, 117. 28
daniel regibus Perfarum multa quæ non sunt scri-
pta edidit portenta, 269. 47
daniel cum focis deuorari ignibus, quam piaculū
committere maluit, 239. 17
danielis historia & prophetia, 237. 25 & 269. 4
darius dictus etiam Ochus, 241. 34
dauid beatissimus appellatus, quanti nominis &
potentia rex, 17. 6. & 39. 40
dauid rex sanctitate maior quam potestate, 16. 30
dauid sibi ipse psalmorum librum cõgessit, 265. 27
dauid numerari plebem iussit, & totus populus ul-
tionis cladem sustinuit, 50. 21
dauid cur ob numeratū populū castigatus, 230. 30
dauid semel lapsus quā grauiter punitus, 161. 2. 25
dauid securam penitentia sustinuit, 186. 37
dauid cur peccati ueniam etiam priuilegio maio-
rum operum impetrare in hoc sæculo nequi-
uerit, 161. 5. 33
dauid quomodo a Deo contra Nabal ultus 15. 30
dauid facinore utriusque filii punitur, 16. 43
dauid quā egestuosus ob peccatum redditus, 17. 8
dauid rex quem timuit orbis totus, unus in facie
insultat inimicus, 17. 13
dauidis culpam protinus damnatio est secuta,
16. 20
dauidis luctus & penitentia qualis, 39. 47
dauidis pietas eximia, 230. 22
dauidis sepultura, 266. 48
debbora typum gessit ecclesie, 224. 9
debitor qui redhibitione substantia satisfacere
non potest, satisfaciat uel corporis ultione,
180. 39
decus Imperator, 300 a dominica passione an-
nos principatum tenuit, 199. 35
decus Philippum patrem & filium interfecit, & ip-
se
serandem cum filiis occisus fuit, 202. 19. & 303. 18
dedicationes ecclesiarum sub Constantino libe-
rius fieri concessa, 309. 14
defensione qui non indiget, bene tacet, 116. 44
demas apostata, cuius meminit apostolus, simula-
crorum sacerdos Thessalonica factus, 275. 23
depositum filia Spiridionis commendatum mira-
culo inuentum, 313. 3
deuotio christiana plebis quanta sub Apostolis,
174. 12
deuotio fidei plena quænam, 125. 47
deuotio sanctis relata, recurrit in Christo, 150. 21
deuotior fieri debet uniuersis, qui potentior est
cunctis, 137. 37
deus quomodo credendus, 168. 35
deus omnia sentit & mouet, regit & temperat,
2. 38. & 4. 30. & 15. 27. & 19. 26
deus prouidentia ac ratione creaturarum curam
etiam prius quam eas creasset habuit, & omnia
creata moderatur & gubernat, 5. 33. & 33. 16
deus curam suā nunquam tollit a mudo, nec pro-
fus rerū creaturā quicquā negligit, 2. 27. & 5. 48
deus quomodo mundum gubernat, & quæ causa
hoc uel illud faciat nõ requirédus, 2. 45. & 18. 27
deus cõtemplator sollicitissimus gubernator piis-
simus, & iudex iustissimus, quid hoc ipso quod
rerum humanarum curam non despicit, iudicat
6. 33. & 13. 20
deus solus futurorum præsciens, fons & origo cun-
ctorum, & per omnes mundi partes diffusus, e-
tiam iuxta Pythagoræ opinionem, 2. 18. & 33. 34
& 96. 22
deus cum omnia uidere dicatur, quomodo cura
eius ostenditur, 7. 40
deus, cum sit omnium rerum creator, confitendus
est etiam gubernator, 33. 13
deus quando punire peccatos cogatur, quos etiā
punit inuitus, 8. 41. & 9. 10
deus nulli naturæ subiectus, nulli iracundia obnox-
ius, quo modo per nos irasci cogatur, 2. 41. 32. 6
Deus pro qualitate meritorum cuncta dispensat,
& singulis retribuit, 96. 29. & 119. 46
deus clementissima castigatione mauult nos cor-
rigere quam perire; & propiore, se semper
miserationi præstat quam ultioni, 11. 6. & 28. 28
deus neminem uult res malas agere uel profiteri,
qui censuram suam præstat non tam personis,
quam causis, 15. 47. & 25. 38
deus percussorem impium iusta animaduersione
cõdemnat: ac scelerum enormitates ulcisci cog-
gitur, ne iniustus uideatur, 7. 9. & 48. 24
deus grauiorem sibi esse iniuriam tolerantium
iniusta ostendit, & quomodo in afflictione suo-
rum lædatur, 15. 36. & 80. 2
deus quomodo ad ulciscendum iniquitates no-
stras cogatur, & cur in quibusdam inexorabi-
lis, 12. 9. & 48. 20
deus quomodo plagis tanquam cauteriis sectioni-
bus nos curet, qui dum inuitamur ad ueniam,
quotidie cumulamur offensam, 48. 19. & 61. 32
Deus

INDEX

dei & cuiuslibet illustris uiri honor comparatur
57. 4
dei pietas erga Israelitas urgentissima, 9. 40
dei uoluntas summa iustitia, 7. 36
dei consilio ac dispositione peculiaria quæque
permitteri, 7. 24
dei facta ineffabilia, 89. 26
dei & temporalis domini circa utriusque seruos
comparatio, 22. 34
dei sollicitudo & seueritas quo modo indicetur,
7. 37
dei in templis reuerentia deploratur, 25. 7
deo magis placendum per honestatem, quam ho-
minibus per impuritatem, 66. 16
deum offendenda nunquam fieri debent, 51. 33
deum quasi rebus humanis non intendente in-
cusare, quā contumeliosum & blasphemū, 35. 4
deum sibi iniuriosum existimant homines impro-
bi, cum ipsi sint Deo iniuriosissimi, 32. 13
deum impuritatibus nostris exacerbamus, & illū
ad puniendum nos trahimus inuitum, 32. 4
deum plus sub religionis titulo lædimus, quia posi-
ti in religione peccamus, 26. 49
deum iniustum dicere non possumus, quem con-
stat omnia ex iudicio facere, 7. 35. & 36. 44
deum humanarum rerum curam semper habuisse
scriptura probat, quæ nil negligere, sed omnia
rimari ostendit, 10. 20. & 13. 16
deum relinquit qui ad Diabolum redit, 54. 31
deum nosse non potest, qui legem per quam agno-
scitur nescit, 2. 17
deum cum ipsi relinquamus, impie nos a Domi-
no relinqui dicimus, 52. 42
deum colere in ecclesia is non potest, qui in obse-
nitate ludorum diabolo deseruit, 50. 10
deum gubernatori simile cur dixerunt stoici, 2. 26
deum fideliter credi quid, 19. 20
deum in ecclesia qui non honorat, eidem iniuriā
irrogat, 79. 27
deum nec diligit nec meretur, qui de acceptis be-
neficiis gratias non agit, 172. 20
deum accusare quidam præsumunt, ne ipsi accusa-
biles uideantur, 78. 21
deum colere se dicunt quidam Christiani, & dia-
bolo obtemperant, 43. 10
Diabolica consuetudinis est præcipitium perstra-
dere, 113. 49
diabolus ad deprehendendum Christum Deum
etiam quo artificio usus, 110. 30
diabolus aduentantem per Mariam Deum non de-
prehendit, 94. 47
diabolus an Christi uerbum incarnatum cogno-
uerit, 97. 9
diabolus cur Christum per scribas & phariseos us-
que ad crucis supplicium persecutus, 190. 3
diabolus cur optat omnes cadere, 111. 3
diabolus eodem artificio Christum aggreditur in
deserto, quo uicerat Adam in Paradiso, 189. 39
diabolus est in spectaculis & pompis, 154. 31
diabolus est tentare hominem præsumit, Christo
11 2 tamen

I N D E X

tamen adiuuante superare nequit, 110.24
 diabolus fideles uiros per mulieres oppugnare cō-
 sueuit, 127.31
 diabolus fraudis suæ uasculum in ostiaria ad deci-
 piendum Petrum recognouit, 127.30
 diabolus fuit in Paradiso deliciarum, fuit & in præ-
 torio Indæorum, 127.33
 diabolus mollia suspensaq. tentamenta contra
 Christum rimatus, 108.25
 diabolus nox omnium peccatorum, 85.27
 diabolus quid circa Christum ignorabat, 109.6
 diabolus quātis uinculis humanum genus uinxit,
 45.10
 diabolus quanto stupore circa Christi incarnatio-
 nem nutabat, 97.9
 diabolus super peccatores potestatem amisit, dū
 eam sibi super Christum immaculatum uindica-
 uit, 190.13
 diabolus uehementius alligat, quem post baptis-
 mum prauaricatorem recuperat, 191.38
 diaboli insidiis quomodo resistendum, 161.34
 diaboli circa Christum & eius ieiunium anceps cō-
 siliatio, 108.26. & 113.21
 diaboli passus & Dei offensus sunt in theatris &
 spectaculis, 53.10
 diabolum uincere quis poterit, 111.41
 diaconi cur ab Apostolis ordinati, 280.37
 diadema capiti Vespasiani ab exercitu imposi-
 tum, 250.27
 diatessaron Tacianus hæresiarcha composuit,
 294.32
 diæxi saltus, 187.33
 dies tertia resurrectionis ubinam in ueteri testa-
 mento habeatur, 261.37
 diei obferuatio spreta facit criminofum, 11.14
 diocletianus quam crudelis in Christianos, 306.19
 37
 diocletianus nutu diuino purpura exutus, 307.30
 dionysius Romanus Pontifex, 305.38
 dionysius Areopagita a B. Paulo instructus pri-
 mus Atheniensium episcopus, 294.14
 dionysius Alexandria antistes doctor celebris,
 303.32
 dionysius Corinthiorum episcopus, ubi & quo tē-
 pore martyrium passus, 285.45
 dionysius Mediolanensium sacerdos, 254.20
 diues hoc ipso Deum plus debet honorare, quo
 beneficiis illius sine cessatione perfruitur, 29.
 28
 diues cur camelo comparatus, 164.34
 diuiti tam angusta est porta celestis, quam came-
 loforamen acus, 164.31
 diuitem quam incongruum intrare in cælum,
 164.48
 diuites quinam omnium sceleratissimi, 31.31
 diuites, seu nobiles quam raro ab homicidio uel
 stupro immunes, 26.16
 diuites, seu nobiles quomodo eorūdem criminū
 accusatores & excusatores, 26.18
 diuites ac potentes quod in aliis reprehendunt,
 ipsi in sui fauorem constituunt, 46.12
 diuites & potentes hoc suo honori, non iustitiæ
 præstant, ut se absentibus nolint quidquam de-
 cerni, 46.10
 diuites ut sunt primi in decernendo, ita primi ef-
 se debent in conferendo, 45.45
 diuites ac potentes hac lege pauperes tueri uide-
 tur, ut eosdem spolient, 47.2
 diuites decernunt munera principibus, per quæ
 perditur turba miserorum, 45.42
 diuites inuicem irascentes quid sibi exprobrent,
 46.6
 diuites sacramēta cōnubii raro obseruant, 30.28
 diuites plurimi comparatione seruorum sunt ma-
 gis damnandi, 31.15
 diuitum tyrannides cum oppressiōibus paupe-
 rum conferuntur, 31.20
 diuitum pauperes opprimentium grauis increpa-
 tio, 49.20
 diuitia priuata stare non possunt egestuosa ac mē-
 dicante republica, 4.14
 diuitia maiores sunt aurum habentibus eminere,
 quam aurum habere, 167.43
 diuitias possides, nō potest esse perfectus, 164.42
 diuinitas oculis carnalibus inspicere nequit 89.42
 diuinitas est natura incogitabilis, 160.9
 diuinitas Christi asseritur, 119.42
 diuinitatis actio iniusta esse non potest, 7.27
 diuinitatis natura omnem diuisionem & inquali-
 tatem excludit, 170.11
 diuinitatis integritatem ledere grauius est, quā
 hominis integritatem uiolare, 118.1
 diuinitatis iniuria est omnium Christianorum cul-
 pa, 32.15
 diuinitatis iniuria facit grande, quod culpa uide-
 tur exiguum, 56.13
 diuisio Apostolorum ad prædicandum, 286.13
 doctores nominati patres, 277.19
 doctrinam omni perfectione plenam continent
 euangelia, 19.42
 dogmata hæreticorum falsa, & manus impiæ,
 116.22
 dominica domus quæ, 62.9
 dominica dies cur uenerabilis, 141.8
 dominus in domo sua quasi sui corporis caput,
 65.34
 domini cum sua domo cōparatio, 65.34
 dominorum impurissimorum feminas non li-
 cet esse castas, 65.43
 dominorum nequitia seruos per se malos reddit
 etiam peiores, 79.45
 dominorum temporalium cum summo omnium
 domino comparatio, 24.32
 domitianus Christianorum crudelissimus perfe-
 cutor, 288.34
 domus ecclesiasticæ, 6.2
 donariis limina sacra illustranda, 62.10
 dorothei episcopi Tyri uita & mors, 261.10
 dosytheus Samaritanus hæreticus, 192.14
 drachma in euangelio quid designet, 205.39
 Dux

I N D E X

Dux quidam christiana partis cur captiuus fuit,
 68.15
 Dydimus a pueritia luminibus orbatus doctor
 maximus, & a B. Antonio uisitatus & conforta-
 tus, 315.20

E

Ebionitæ hæretici a Menandro, & quamnam eorū
 hæresis, 289.28
 ebrius circa lunam quid agatur in cælo uidere
 non potest, qui circa se quid agatur in terra nō
 uidet, 179.48
 ecclesia quid, 200.7
 ecclesia est quasi oculus, 73.47
 ecclesia debet esse placatrix, & non exacerbatrix
 Dei, 24.42
 ecclesia catholica quibus uestimentis amicta,
 116.30
 ecclesia christi hæreses non habet, 201.15
 ecclesia catholica sola aquam uiuam habet, & eua-
 geliōrū iurā integra custodit, 200.19. & 201.26
 ecclesia ex sacro christi latereeducta, 130.21
 ecclesia ad supplicandum Deo ordinata, 6.15
 ecclesia tota ob exigua portionis infirmitatem
 non contemnda, 200.42
 ecclesia locuples domus omnium diuersitate na-
 forum & populorum, 220.22.48
 ecclesia nunquam maiore triumpho uicit, quam
 cum decem annorum stragibus sub Diocletia-
 no uinci non potuit, 251.36
 ecclesia cibus celestibus reficit, quos uiua aqua
 saluator refrigerat, 179.5
 ecclesia nulla domus fidelior, 179.2
 ecclesia in persecutione fulget, 315.17
 ecclesia est in clero & populo, 186.23
 ecclesia Romana quibus ministris quondam flo-
 ruit, 157.8
 ecclesia quam erga peccatorū asperitatem uigil
 ac discreta, 87.8
 ecclesia sine cruce stare non potest: nec liberat
 nisi Christi morte saluetur, 121.49. & 131.7
 ecclesia de gentibus collecta cur spiritualiter me-
 retri dicta, & per Samaritanam significata,
 177.36.42
 ecclesia cur regina dicta, & cur columbæ compa-
 rata, 209.7. & 219.22
 ecclesia quo uino spiritualiter abundet, 181.19
 ecclesia per uniuersum mundum in passionibus
 Apostolorum Petri, & Pauli exultat, 152.45
 ecclesia uniuersa in martyrio B. Cypriani exultat,
 163.23
 ecclesia toto orbe coruscat in natali B. Lauren-
 tii, 156.16
 ecclesia in quid nunc redacta, 50.44
 ecclesia uacuatur, circus impletur, 55.14
 ecclesia totius gubernacula B. Petro tradita,
 153.45
 ecclesia auctoritas & consuetudo quanta, 210.38
 ecclesia consuetudo ad renuencendos quoscumque
 fatis esse debet, 192.39

ecclesia series quam firmiter sequenda, 199.47
 ecclesia catholica insignes prerogatiuæ, 201.3
 ecclesia benignitas & misericordia erga omnes,
 201.27
 ecclesia lacrymis adiuuatur peccator, & Christi
 precibus absoluitur, 186.23
 ecclesia causam a iudice seculari iudicari nefas
 & inauditum, 259.28
 ecclesia festa ob ludos prophanos a quibus dere-
 liqua, 155.11
 ecclesia pars principalis cur oculo comparata,
 74.1
 ecclesia status sub Diocletiano diuina ultra-
 ne uindicatus, 307.26
 ecclesia ad solū destructa sub Diocletiano, 306.43
 ecclesiam Dei intrare debeant Penitentes, ut ma-
 la antiqua desceant, & ad placandum Deum,
 non ad exacerbandum, 25.17.20
 ecclesiam quis recte frequentet, 213.3
 ecclesiam non adire quam adire quando minoris
 est criminis, 79.25
 ecclesiam relinquunt qui lingua, manu, mori-
 bus inquinantur, 206.17
 ecclesiam suam quibus exemplis & doctrinis eru-
 dit Christus, 158.37
 ecclesiarum status, dedicationes, honores, priui-
 legia, etiam suis sumptibus sublimare procura-
 uit Constantinus, 309.12
 ecclesiarum quidam prælati cur cauponibus com-
 parati, 108.14
 ecclesiarum, templorum, & altarium Dei irreuerē-
 tia deploratur, 25.7
 ecclesias omnes pro uno peccatore damnabant
 Nouatiani, 207.39
 ecclesias Dei contra Arianos pacauit Eusebius,
 159.11
 ecclesias Dei & altaria quā Christiani spernāt,
 & theatra honorent, 55.1
 ecclesiis Christi totum proficiebat quod uiuebāt
 Apostoli, 150.37
 ecclesiastica festiuitas relinquatur, ludii publici a-
 deuntur, 55.5
 ecclesiastica domus, 6.2
 ecclesiasticum chrisma, 19.35
 ecclesiastici etiam pauci si sordida perpetrent,
 prope totum ecclesiasticum splendorem offu-
 cant, 73.49
 ecclesiasticorum quorundam quanta auaritia &
 corruptio, 24.45. & 223.25
 ecclesiasticis uiris cauendum ne nimis institutis
 philosophicis dent operam, 302.25
 eculi & catasta sanctorum martyrum, 21.33
 Egesippus Apostolorum Christi discipulus scri-
 ptor insignis, 292.37
 Elementa creaturarum ad nutum creatoris pen-
 dent, 98.23
 elementa omnia in resurrectione Christi glorian-
 tur, 132.42
 elemosyna cum ieiunio socianda, 107.40
 Elemosyna abstergit, quod auaritia pollue-
 11 3 fac

I N D E X

rar, 176.30
 eleemosyna post baptismum aliud animarum la-
 uacrum, 178.19
 eleemosyna cur aquæ comparata, 176.33
 eleemosynæ uirtus & efficacia, 176.17
 eleemosynam quoties feceris, toties ueniam pro-
 mereris, 178.23
 elymum oppidum opulentissimum, 247.41
 encratitarum hæresis, 294.26
 epæneti, cuius meminit Apostolus, Carthaginensis
 episcopus, 273.40
 epaphroditus, cuius meminit Apostolus, Hadria-
 næ episcopus, 275.39
 epicureorum circa diuinam prouidentiam deli-
 ramenta, 3.2
 epiphaniæ celebritas tribus miraculis decorata,
 & festiuitate ecclesiastica celebrata, 96.40. &
 103.38
 episcopus hominis contemplatione nullo pacto
 despiciendus, 195.16
 episcopus, si quid condonat in nomine Christi, nõ
 respiciendum, 195.26
 episcopus relicto suo officio, mundi oblectatio-
 nibus deditus cauponi comparatus, 181.10
 episcopi quanta dignitas in quo Dei nomen ope-
 ratur, 195.19
 episcopi Apostolorum tenent cathedram, 195.13
 episcopi & sacerdotes, quicquid in ecclesia circa
 fideles faciunt, Christo auctore agunt, 202.49
 episcopi chrismatis ministri, 195.11
 episcopi sua sententia proiiciunt de ecclesia cri-
 minosos, 118.42
 episcopi etiam nominantur apostoli, 195.9
 episcopi occidentales ad numerum 400. Arimi-
 ni congregati, 255.13
 episcopi Aquitani, Galli, ac Britanni Arimini con-
 gregati cur sumptus Valentis imperatoris re-
 pudiarunt, 255.15
 episcopi nonnulli deprauati nõ solum consensio-
 ne, sed etiam coniuratione, Priscilianum hæ-
 reticum susceperunt, 257.48
 episcopi Ariani largiendo & ambiendo Imperato-
 ris rescriptum elicerunt, 258.36
 episcopi catholici quanto pauciores contra Aria-
 nos relicti, tanto fortiores redditi, 256.21
 episcopi 318. sub Constantino Niceæ cõtra Ariũ
 congregati, 310.16
 episcopi Ariani & complices quibus suppliciis a
 Maximo Imperatore damnati, 259.42
 episcopi, presbyteri, diaconi, ceteriq. religiosi,
 quam atrociter sub Diocletiano cruciati,
 307.9
 episcoporum discordiæ populo Christiano quam
 noxiæ, 260.13
 episcoporum post Christi ascensionem catalogus,
 292.21
 episcopis plusquam 400. Arimini congregatis an-
 nonas & cellaria dare præcepit Valens Impera-
 tor, 255.14
 episcopos & sacerdotes Dei Gothi, & Vuandali,
 olim pagani, honorabant, Romani contemne-
 bant, 68.8
 epistola ad Hebræos a B. Paulo scripta, 286.28
 epistola Gregorii Põti sacerdotis ad simulacrum
 Apollinis, 206.49
 Erastus, cuius meminit Apostolus, Hierosolymi-
 tanæ ecclesiæ æconomus, & post Paneadis epi-
 scopus, 275.14
 Esau diuitiis potens, 217.4
 esca christiani est societas Christi, 141.22
 esdras connubia cum gentilibus contracta diri-
 mi iussit, 241.48
 esther historia inter sacros libros, 242.35
 Ethna & Lifaniculus, & Vesunius Capanus æstuat
 indefensis flammarum globis 188.6
 Eua excludit Adam a paradiso, ancilla Petrum a
 Christo, 127.21
 eua ex Adæ costa producta, 130.21
 euz & ostiaræ collatio, 127.20
 euangelistæ Spiritu sancto pleni euangelia scripse-
 runt, 204.21
 euangelium ieiunio Christi consecratum, 112.21
 euangelium Christi spernentes sunt ceteris homi-
 nibus peiores, 32.41
 euangelium cur lapidi molari rotæ comparatum,
 86.45. & 87.6
 euangelii cursum non nisi sapientes intelligunt,
 87.15
 euangelii officium & commendatio, 86.49
 euangelia legunt Christiani, & tamen sunt impu-
 dici, 39.4
 euangelia negligentes, plus sodomitis damnabi-
 les, 32.45
 euangeliorum dicta minus a multis diliguntur quã
 dicta thymelicorum, 55.9
 euangeliorum uolumina, plenam omnis perfectio-
 nis doctrinam continent, 19.42
 euaristus hæreticus tumidus, 200.4
 euaristus Romanus pontifex, 291.34
 euhodus, cuius meminit Apostolus, primus post
 Petrum Antiochiæ episcopus, 276.14
 euilmarodach filius Nabuchodonosor, 239.38
 eunuchus Candaces Regiæ Aethiopum uinam
 euangelium Christi prædicauerit, & martyrium
 subierit, 276.49
 eusebius Nicomediæ præsul Ario fuit, 311.37
 eusebius Nicomediensis cur exilio cum Ario rele-
 gatus, 311.43
 eusebius Vercellensis, & Lucifer Caralensis episco-
 pi ab Arianis relegati, 254.19
 eusebius facundus eloquio, 277.23
 eusebius uir illustris potens in uerbo & doctrina,
 & egregius diuinitatis Christi contra Arianos
 assertor, 159.21. & 314.2
 eusebius petræ firmissimæ soliditatem secutus,
 159.16
 eusebius Arianis impietatibus oblectatus, 159.11
 eusebii Vercellensis episcopi sollemnitas, & eximia
 præconia, 159. in titulo, & 161.9
 eutychnus Papa Felici successit, 306.25
 exactio

I N D E X

exactio uitam, depradatio tollit rem, 47.26
 exemplum generale a Christo christianis relicti,
 54.4
 exempla quando pro testimoniis habenda, 13.28
 exercitus christianorum, & dæmonum compara-
 tio, 52.5
 exomologesis peccatorum, 183.46
 exomologesis Babylonii regem liberauit, 194.25
 exomologesis extinguit gehennam, 188.5
 Ezechias rex sacrificia legitima & uerum Dei cul-
 tum restituit, 235.15
 ezechiel propheta quo tempore extiterit, 238.43
 ezechielis propheta historia, 268.12
 ezechielis liber magni est operis, & cum eura le-
 gendus, 238.44
 F
 Fabianus Papa per columbæ speciem Pontifex
 ordinatus, 302.6
 fabianus Papa Romæ sub Decio martyrio coro-
 natus, 304.21
 fabiis, Fabriciis, Cincinnatis cur paupertas mini-
 me grauis, 3.48
 fabula Vlyxis de syrenis ficta, non facta, 120.44
 facies Domini panno lineo impressa ad Augurum
 regem missa, 281.44
 fagadius Gallus, & Seruatio Turgorum episco-
 pi, constantissimi catholici contra Arianos,
 276.22
 Felix Liberii Papæ Diaconus in eius locum ab hæ-
 reticis surrogatus, 303.8
 femina Adam circumscrisit & Petrum circum-
 uenit, 127.29
 festa ecclesiæ ob ludos prophanos a quibus dere-
 licta, 55.11
 festa martyrum ibi præcipue celebranda, ubi pro-
 prium sanguinem fuderunt, 165.44
 festiuitas ecclesiastica relinquatur, ludi publici
 adeuntur, 55.5
 festiuitas B. Laurentii annua ecclesiam Dei iugiter
 lætificat, 158.14
 festiuitates sanctorum sub Constantino libere ce-
 lebrari concessa, 309.13
 festus dies passionis Apostolorum Petri & Pauli
 cur necessario celebrandus, 153.33
 Fides seu credulitas quid & quibus constet 19.
 23.37
 fides credentium sub Apostolis quam perfecta,
 173.44
 fides sine timore atque obsequio Dei nulla est,
 28.20
 fides christiani est fideliter Christi mandata serua-
 re, 27.10
 fides approbatur non tantum in uerbis, sed in car-
 ceribus & exiliis, 315.17
 fides Christianorum plus Deo debet, quando ipse
 minora exigit & maiora concedit, 21.25
 fides est fructus, sed sine bonis operibus infructuo-
 sis, 27.45
 fides Christianorum quorundam in quæ recidit,
 20.1
 fides perfecta est, Christum in cruce Deum, non
 reum, credere, 127.3
 fides falsa est hæreticorum crudelitas, 209.27
 fides Petri quam sublimis, 153.4
 fides latronis in cruce quam admirabilis, 127.47
 fidei merces, 19.21
 fidei commissa non seruans, infidelis est, 19.38
 fidei oculis plus intuemur, quam sensu carnali,
 168.40
 fidei plenitudo in Apostolo Paulo, 153.11
 fidei sunt manifesta, quæ sunt rationi cæca, 89.39
 fidei profectus circa Christi incarnationem quan-
 tus, 89.24
 fidei simplicitate quidam Christi confessor ueris-
 simum philosophum confutauit & Christia-
 num effecit, 311.23
 fidei religiose ardor in feruore spiritus ostendi-
 tur, 40.27
 fidei apostatario est in spectaculis, 54.18
 fidem Christi relinquit, qui ad spectaculũ redit, &
 qui pecuniam appetit, 54.32. & 175.32
 fidem sine operibus bonis non prodesse, testatur
 spiritus sanctus, 27.43
 filius Dei cur uerbum, lumen, uirtus, & Dei sapi-
 tia dictus, 154.40. & 159.39
 filius Dei efficitur qui inimicum diligit, 144.1
 filii membra parentum putandi non sunt, a qui-
 bus affectu discrepant, 26.40
 filii sanguinum non pacem, sed fratrum concupi-
 scunt sanguinem, 209.26
 Flauia Domitilla uirgo Christi egregia, 288.36
 Fornicatio cunctis interdicitur, sed maxime cle-
 ricis, 35.37
 fortunæ nihil prosperi, sed totum Deo ascriben-
 dum, 67.36
 Francorum gens infidelis, 37.4
 franci mendaces, sed hospitaes, 71.29
 franci olim scelus oppressionis pauperum nescie-
 bant, 46.31
 frater uerus quisnam, 174.6
 fratris nomine in scripturis omnis Christianus in-
 telligitur, 143.36
 fraternitas in Christo cur maior quam sanguinis,
 174.3
 fraternitatis christianæ & consanguineæ collatio,
 174.8
 fraude utitur uulpecula, uileo, 195.43
 fugitui omnes sunt, qui legem Domini derelin-
 quunt, 29.38
 fundamentum symboli si eueritur, uita spiritalis
 iugulatur, 54.41
 furtum diues facit, quando uetita a Deo præsu-
 mit, 29.47
 furtum in quibus magis damnabile, 35.36
 furtum omnes faciunt, qui illicita committunt,
 29.49
 G
 Gaius, cuius meminit Apostolus, Ephesiorum
 episcopus, 274.42
 Gaius Imperator Deum se appellari uoluit, 383.3
 Gaius

I N D E X

galileos solitus erat uocare christianos Iulianus
apostata, 314.8
gallia diu uastata, nec tamen emendata, 69.34
gallia quando primum martyribus illustrata, 251.
24.
galliarum ciuitates in diuersis partibus quam de
prauata, 60.3
galliarum omnium fere medulla Aquitania, 64.7
galli præcellentiores uiri quondam suis calamita
tibus peiores facti, 59.9
gallorum crimina neque barbararum gentium inun
datione cessarunt, 58.33
gallorum gens quam grauitur olim a Romanis ue
xata, 43.33
gaudium toti mundo suscitatur festiuitas natalis
Domini, 96.10
Gedeon Deo carus & iustus, 224.22
gedeon cur cum paucis pugnare iussus, 67.18
gehenna, quæ futuro iudicio referuatur, cur etiã
in hoc sæculo a quibusdam iam sustineatur, 32.38
gemmæ quædam admirabilis naturæ, 34.34
genealogia Iudæorum, quam delere conatus est
Herodes, quomodo seruata, 278.39
generatio Christi duplex quomodo inenarrabi
lis, 89.12
generatio cælestis reparauit, quod natiuitas ter
rena perdidit, 92.20
genibus flexis cur in ecclesia non oretur inter
pascha & pentecosten, 14.16
gentilium librorum nimium studium quam perniti
ciosum, 300.32
gentium uocatio in Magis præfigurata, 103.17
genus humanum quo ordine, iuxta prophetam sen
tentiam, in penam æternam ruit, 32.22
genus humanum per luxuriam Diabolus sibi sub
iecit, 108.47
gepidarum gens inhumana, & earum ritus imma
nissimi, 37.5. & 38.49
Gigantum ex Angelis genitorum opinio iam pri
dem explosa, 214.9
gigantum quondam temeritas, cui comparantur
presumptuosi Christiani, 53.14
gloria bonorum est quotidie melior fieri, 31.6
Gnosticorum hæresis intra Hispanias ab oriente
orta, 257.31
Gothum inter Gothos scortatorem esse olim non
licebat, 66.21
gothi cur Romanorum uictores effecti, 46.37
gothi diuino iussu se agi ac perurgeti ad uastan
dum Romanum Imperium sunt confessi, 70.1
gothi & Vuandali cum ingratis Romanis compa
rantur, 68.1
gothi olim execrabantur impudicitiam, & paupe
rum oppressiones, 46.3. & 66.24
gothi & Vuandali quales olim hæretici, 43.19
gothorum gens ignauissima cur Romanum Impe
rium uastare permissa, 69.24
gothorum & Vuandalorum conuersatio quondam
uita malorum Christianorum impurius, 43.29
gothorum gens olim licet perfida, tamen pu
dica, 71.28
Græci quidam sapientiæ sectatores cur se rei fa
miliaris usu nudauerint, 4.20
gratianus hæreticos extra omnes terras propelli
iussit, 258.20
gratiani Imperatoris egregiæ dotes, 316.14
gratia est peccati remissio, 189.29
gratiam diuinam prodigit qui aurum colligit, 175.32
gratiam principum qui solus muneribus uult ca
pere, solus debet expensam tolerare, 45.47
gratiæ & laudes mane & uesperis Deo ob accepta
beneficia agenda, 172.2. & 173.2
gregorius prouinciam Ponti sacerdos sermone & fi
gnorum opere celeberrimus, 304.36
gregorius rupem quæ ecclesie construenda obe
rat, in alium locum transtulit, 206.42
gregorius epistolam ad simulacrum Apollinis scri
psit, 206.49
gregorius suo aduentu idolo Apollinis silentium
imposuit, 206.43
gregorius martyr & episcopus Næocesariæ, me
taphrasim in Ecclesiasten edidit, 305.12
gregorius Nazianzenus impugnator hæreticorum
ualidissimus, 315.49
Gubernaculi diuini dispensatio in quo consistat,
14.21
gubernandi causam in se habet ratio aspiciendi,
14.18
Gymnasia ciuitatum linguarum olim apud Car
thaginem, 72.6
Hacham filius Carini propter furtum uestis occi
sus, 208.22
hadrianus in loco dominicæ passionis dæmonum
simulacra constituit, 251.12
hæresis Sabelliana, & quo tempore orta, 303.35.
& 313.42
hæresis Nouatiana a Cornelio Papa & episcopis
Romæ damnata, 303.8
hæresis Arii quando cepta, 352.29
hæresis est maculæ unitatis, 201.22
hæresis olim quam numerosè iam exorta, 192.12
hæreses ueteres de paschali die, paracleto, de A
postolis, de prophetis & multis aliis, 192.27
hæreses barbarorum quondam de cuius Romani
magisterii prauitate fluxerunt, 43.26
hæreticus uestem Domini scindit, 201.19
hæreticus Arius confutatur, 159.30
hæreticus quomodo proprio iudicio se condem
net, 118.38
hæreticus sententia suæ uoluntatis se de ecclesie
consortio & cætu sanctorum abiicit, 118.42
hæretici & Iudæi scelus confertur, 118.45
hæreticus pari pena cum Iuda proditore damna
tur, 118.43
hæretici post decessum Apostolorum in ecclesiam
inuesti, 190.24
hæretici Leruæis capitibus comparati, 192.23
hæretici quidam in tantum se catholicos iudicant,
ut ueros catholicos titulo hæreticæ appellatio
nis

I N D E X

nis infament, 42.36
hæretici instar noctuæ grandibus disputationum
oculis cernunt uana, non respiciunt sempiter
na, 173.34
hæretici nihil sciunt, 42.34
hæretici sunt acuti ad superstitiosa, ebetes ad di
uina, 173.36
hæretici per noctuam auem designati, 173.30
hæretici tenebras Diaboli amplectuntur, lucem
Saluatoris horrescunt, 173.33
hæretici male interpolatas, & male traditas scri
pturas usurpant, 42.14
hæretici Romani olim quales, 43.20
hæretici mandata diuina facere tenentur, 42.8
hæretici per milites Christum crucifigentes desi
gnati, 116.20
hæretici spoliantes Dominum, sua falsa dogma
ta illius spoliis uestiunt, 116.22
hæretici quia diligere non nouerunt, ab ecclesia
se sumouerunt, 201.24
hæretici sic catholicis, ut Iamnes & Mábres Moy
si, resistunt, 209.18
hæretici inter barbaros numerantur, 36.8
hæretici iudicio Synodi Cæsariensis olim
se committere non ausi, 258.6
hæretici, quidquid in scripturis & ecclesia secu
rum est, inquietant, 100.1
hæretici suis artibus, grandi pecunia data quid
ab Imperatore obrinuerunt, 258.49
hæretici rescripto Gratiani Imperatoris, non so
lum ecclesiis priuati, sed extra omnes terras
propelli iussi, 258.20
hæretici uulpeculæ & leoni comparantur, 295.45
hæretici sub bonæ interrogationis specie oculi
ta uerborum tela iaculantur, 295.39
hæretici sunt impii, 42.42
hæreticorum an rebaptizandorum ubi subortæ
quæstio & hæresis, 302.22
hæreticorum arma despicienda, non noscenda,
200.4
hæreticorum audacia & uincendi cupiditas, 204.25
hæreticorum contra Christi deitatem blasphem
ia, 140.47
hæreticorum dolus in interrogando, 192.32
hæreticorum mos in citandis scripturis, 204.14
hæreticorum blasphemis obuiare nouit scriptu
ræ sanctæ, 40.49
hæreticorum quorundam errori cur suam pa
trentiam Deus contumodet, 118.45
hæreticorum uetustissimorum nomina, 192.14
hæreticis pax cum catholicis esse nequit, 255.29
hæreticos sunt catholici, quod illi catholicis, 42
hæreticos Deus tolerat, ut eos plenam fidem faciat
noscere ueritatem, 43.17
Haymonis erga Eusebii historiam humilis excu
satio, 277.30
Haymonis de scriptis Origenis opinio, 298.2
Hebræa lingua non uerba modaliter est Domi
nus, 197.7
hebræus populus eo quem desiderabat, cibo pu
nitus, & quam Deo semper ingratus, 222.1.
& 221.47
hebræi peculiaris quondam & propria Dei gens,
19.33
hebræi cur in eremo longo tempore retenti,
222.36
hebræi in secundis rebus Dei immemores, idolis
sacrificabant, 224.13
hebræorum pars cur a Deo percussa in eremo,
57.22
hebræorum quam cito multiplicata progenies in
Aegypto, 218.17
hebræorum tribus duo sacrosancta nomina ces
santibus meritis perdidit, 27.23
hebræorum gens aucta malo inobedientiæ, 239.9
hebræorum incredulitas erga Dei beneficia mali
gnitas, 224.14
hebræis sub Iosue subiecta sunt 29 regna, 223.22
helena Constantini mater crucem Domini repe
rit, 313.44
helena quanta deuotione sacra Hierosolyma lo
ca restituerit, 252.1
helena 80 ætatis suæ anno defuncta, 314.11
helius cur pluuiam terræ subtraxit, 232.22
helias dux belli Christianorum contra Antichri
stum seruatur, 270.14
helie prophetæ breuis historia, 270.8
helisæus propheta sepulcro conditus typum Chri
sti gessit, 130.38
helisæi breuis historia, 270.26
helymam Magum B. Paulus fauente Sergio excæ
cat, 197.38
hepidius rhetor Marci hæretici auditor, 257.35
heraclitus uir ecclesiasticus Apostolum commen
tatus est, 298.34
hercules, & Inpiter Lapideus, & huiusmodi per
molam asinariam designati, 165.27
heremi ueneranda & sancta secreta pro monachis
80.42
heremi patres a Lucio episcopo Ariano traditi
exilio, 314.47
hermes, cuius meminit Apostolus, Dalmatæ fa
ctus episcopus, 274.33
hermogenes Angarentium episcopus, sed postea
apostata effectus, 275.20
herodes maior & minor, 278.12
herodes qualiter ad regnum peruenit, 278.18
herodes cur ob natum Christum tremuit & turba
tus est, 101.43. & 103.2
herodes contra Christum tunc gladium acuebat,
& cum chaldæis munera preparabat, 103.19
herodes tres filios supra paulo antequam morere
tur occidit, 279.15
herodes tandem cultro semetipsum interfecit,
279.19
herodes post natum Christum annos 4 regnauit,
279.18
herodis minoris breuis historia, 279.26
herodis facinorosus factus, 278.24
herodis regni anno 33 Christus natus, 249.25
herodis

I N D E X

herodis Regis & Maximiani Imperatoris similis interitus, 308.2
 herodis interitus quam horrendus, 279.2. & 283.44
 herodion, cuius meminit Apostolus, Patrarum episcopus, 274.18
 Hierico urbs ualidissimis armis munita, non tamen armis, sed Dei ope direpta & incensa, 223.1
 hieronymus cur in historia ecclesiastica a Rufino praetermissus, 319.7
 hieronymus presbiter in Bethlehem & toto orbe clarus, 319.7
 hierosolyma a Nabuchodonosore solo strata, 236.31
 hierosolyma dicitur ciuitas fidelium, 101.15
 hierosolyma subuersio, & cur 40. annis a passione Domini dilata, 287.3.21.38
 hilarius Pictauenfis episcopus uir naturaliter eruditus & ad persuadendum commodissimus, 316.4
 hilarius subscriptioni contra Athanasium minime consentiit, 315.1
 hilarius in exilio positus tres libellos publice contra Arianos Valenti Imperatori dedit, 257.7
 hilarius magno episcoporum occidentalium fauore exceptus, 255.43
 hilarius relegatus congregationi occidentalium episcoporum Seleucia adesse iussus, 255.37
 hilarii unius beneficio Gallia Ariana haeresi liberata, 257.24
 hirundo pullos de sua chelidonia oculare nouit, 187.36
 hispani iisdem Gothorum flammis arserunt quibus & Galli, 69.36
 hispanorum pars magna Romanis quantum olim cruciata, 44.43
 hispanorum fors ab Vuandalis mutata, sed non uirtutis, 58.34
 historia de Augaro rege E disseñorum, 281.31
 historia ecclesiastica quantum diuinarum rerum & humanarum confert, & quae gesta describit, 277.10.14
 historici saeculares cun nihil diuinorum uolamini suis scriptis inseruerunt, 244.12
 Holocaustum purgationis pro Christo oblatum, 106.23
 homicida cum a Iudice occiditur, suo scelere punitur, 79.12
 homicidæ non semper occidunt, & tamen homicidæ sunt etiam quando non occidunt, 115.34
 homicidas esse quos intelligere possumus, 120.14
 homicidium etiam in animo quam graui censura uetuerit Dominus, 120.17
 homicidium nõ sola occidentis manu, sed & odiõtis animo perpetratur, 120.15
 homicidia cur in feruis raro, in diuitibus assidua, 30.23
 homo secreta Dei intelligere non potest, nec autem deat inuestigare, 112.13

hominis humana curantis cum Dei prouidentia comparatio, 33.21
 homini fere omni generale est, ut Deo semper sit ingratus, 10.39
 hospitalitas inter ceteras uirtutes exequenda, 178.32
 hospitalitas quomodo discipulis a Christo prouisa, 178.35
 hospitalitatis quam magna gratia, 178.41
 hostias turpissimorum ludicrorum Christo immolare quantum nefas, 53.30
 Humilitas maxima uirtus sanctorum, 115.42
 humilitas omnis innocentia est, 199.3
 humilitas quanta inter Christianos esse debeat, 164.17
 humilitate uincitur Deus, 137.23
 hunni ab oppressiõibus pauperum olim immunes, 46.32
 hunnorum gens impudica, 37.5
 Hyrcanus in quem ultimus Iudæorum pontificatus deuenit, 278.20

I

Iacob annis 17. fuit in Aegypto, 218.10
 iacobus a Petro & Ioanne primus episcopus Hierosolyma statutus, 280.46
 iacobus cur frater Domini dicitur, 281.8
 iacobus frater Domini cur Oblitas appellatus, 285.21
 iacobus frater Domini unam scripsit epistolam, 286.20
 iacobi fratris Domini martyrium, 285.11
 iacobi fratris Domini breuis historia, 272.40
 iacobus quidam Antiochia Migdonia mortuus resuscitatus, & alia miracula fecit, 310.42
 iacobus Zebedei, ubi predicauit, & ubi martyrio coronatus, 271.17
 iafon, cuius meminit Apostolus, Tharsifactus episcopus, 275.5
 Idolorum inorum delicias ueteres pagani esse credebant theatra & spectacula, 52.54
 Ieiunat non Deo, sed hominibus, qui ostentatione sui ieiunii gloriam requirit humanam, 107.20
 ieiunauit tota Ninuitarum ciuitas in tribulatione, 130.10
 ieiunare bene quidam dicitur, 114.30
 ieiunando declinatur paratum animæ periculum, 178.18
 ieiunandi regulam dedit Christus, 107.18
 ieiunantes & peccata sua lugentes non repellit Christus, 107.46
 ieiunium a sacerdote indictum non ieiunans, peccat uide stolidior, 138.16
 ieiunium debet esse egentis refectio, 112.49
 ieiunium Deo gratissimum, 112.35
 ieiunium geminum corporis animiq. gratia Dei commendandum, 113.11
 ieiunium Moysis & Christi inter se conferuntur, 112.13
 ieiunium, paupertas, infirmitas quibus onerata, &

I N D E X

sa, & quibus non, 3.43
 ieiunium quadragesimæ Deo acceptabile, 114.27
 ieiunium quæ uere sanctificant, 113.9
 ieiunium sanctæ eleemosynæ sociandum, 107.40
 ieiunium sanctificare quid, & quisnam uere illud sanctificare dici possit, 109.42. & seq.
 ieiunio ad expiandum peccatum Dauid affligitur, 16.29
 ieiunio & marore corpus macerandum, 188.29
 ieiunio indicto celebratoque sacrificio hostes a Iuda Machabæo uicti & fusi, 247.26
 ieiunio suo euangelium Christus consecrauit, 112.21
 Ieiunia ad spiritalis uitæ pertinent documenta, 112.11
 ieiunia cur inter resurrectionem Domini & pentecostem ab ecclesia non indicta, 141.4
 ieiunia Deo placita quo modo exhibenda, 110.6
 ieiunia post pentecostem repetenda, 141.24
 ieiunia quadragesimæ quibus possint, 112.45
 ieiunia religiosi sanctificanda obsequiis, 109.41
 ieiuniorum mercedem quinam amittat, 107.25
 ieiuniis membra castiganda, ut anima uirtutibus saginetur, 112.42
 ieiuniis orationibus & eleemosynis Deo propinquandum, 138.8
 ieiuniis se & abstinentia ab omni delicato cibo afflixit Daniel terra fructibus uescens, 269.17
 ieremias quam grauitur ab impio rege afflictus, 237.1
 ieremias tempore Nabuchodonosor uixit, 236.44
 ieremias propheta historia & prophetia, 267.7
 ieremias propheta reliquæ ab Alexandro Magno in Alexandriam translata, & cum gloria ingenti reposita, 267.31
 ieroboam ad retinendum sibi populum dolus, 231.42
 isabel filia regis Basæ ex Sidone, 232.20
 iesu Nauæ suum ipse librum composuit, 265.49
 ignatius Antiochenæ ecclesie post B. Petrum successor, 290.43
 ignatius cur in canone missæ positus, 291.13
 ignatii martyris breuis historia, 290.42
 ignis Christi uincit Diaboli incendium, 158.6
 ignis sacer sub Maximino Imperatore a Deo missus, 310.25
 ignem æternum sibi primum homo accendit, quando peccare incipit, 32.27
 ignibus æternis uires præbet, qui peccata peccatis cumulat, 32.26
 ignorantia apud Paganos, præuaricatio apud malos Christianos, 41.16
 ignorantia peccantes agnito errore corriguntur, 62.29
 ignorantia quatenus ignosci possit, 43.3
 ignorantia reatus quando minor, 22.7
 ignota nemo contemnit, 41.7
 imago ecclesie quis populus fuerit, 205.37
 imaginem Christi a paganis contractam Christiani

recollegerunt, & in ecclesiam recondiderunt, 315.24
 imagines Maximini tyranni a Constantino iussu præcipitari uel obliterari, 311.16
 imperator tanquam homo, quia corda non conspicit, affectum bene erga se affectorum probat, 87.28
 imperatori causa de manifestis sacerdotum criminibus non permittenda, 259.15
 impudicitia ab Vuandalis etiam gladio compressa, 76.19
 impudicitia eius criminiosior qui castitatem promiserit, 35.42
 incestus Absalonis quam nephandus, 17.2
 incredulitas pagana in quibusdam Christianis, 2.12
 indulgentia Apostoli erga incestuosum Satanæ traditum, 208.1
 indulgentia sua Deus non nos armat ad culpã, sed abluat ad gloriam, 170.30
 indulgentiam solet citius mereri, qui uerecudius deprecatur, 128.36
 ingrati Dei beneficiis increpantur, 171.45
 inimicus cur diligendus, 143.20
 inimicum diligenti grande primum ex celo paratum, 143.49
 inimici diligendi efficax exhortatio, 144.3
 iniuria seruorum Dei in Deum ipsum redundat, 86.7
 iniuriosum quempiam esse Deo, quanti criminis est, 57.6
 innocens coronam accipit, pœnitens ueniam subit, 203.38
 innocentes propter se passos Christus fecit suæ passionis participes, 102.18
 innocentia est omnis humilitas, 199.3
 innocentia infantium reperitur in senibus, 135.43
 innocentie Dominica quæ magnum testimonium est, 118.27
 innocentie usurpatrix arrogantia, est maxima noxiarum hominum accusatrix, 35.26
 inuidia obfistit, ne Deum orare possis, 113.5
 Ioannes Anachoreta propheticis spiritu pollens a Theodosio consultus, 319.47
 iohannes Baptista ante meruit annunciare Dominum, quam nascendi initium, 147.14
 iohannes Baptista cur ex senibus parentibus natus, 149.12
 iohannes Baptista solus ultra legem nascentium, natiuitatem suam lætitiæ exultatione præuenit, 147.24
 iohannes Baptista prophetarum præcipuus, 107.3
 io. Baptista cur in deserto clamauit, 148.1
 io. Baptista salutare mysterium recognoscens, Christum baptizauit, 104.26
 iohannes uenientem ad baptismum suum Christum, Deum illum esse recognouit, 106.31
 iohannes Baptista omnium prophetarum supergressus est gloriam, 148.44
 iohannes Baptista maluit a rege prosterni, quam regem

I N D E X

regem non increpare errantem, 150.9
 io. Bapt. cur ab Herode occisus, 279.32
 ioannis Baptista natiuitas quam gloriosa, 147.38
 & 148.43
 ioannis Baptista egregiam ad turbas de Christo
 testimonium, 195.33
 ioannis Baptista cibus inimitabilis, 149.8
 ioanni Baptista carior fuit ueritas, quam ipsa ui-
 ta, 149.21
 ioannes Apostolus & Euangelista tres scripsit epi-
 stolas, 286.20
 ioannes euangelista cur ad scribendum euange-
 lium compulsus, 289.14
 io. euangelista sub Domitiano in dolium feruetis
 olei missus, 251.5 & 288.39
 io. euangelista martyr & doctor apud Ephesum dor-
 mit, 290.19
 ioannis Apostoli & Euangelista breuis historia,
 271.21
 ioath propheta breuis historia, 270.45
 ioathas rex admodum sanctus, fuisse traditur,
 234.26
 iob tempore Moysis uixit, 218.30
 ioci sacrilegi, 241.14
 ioelis propheta breuis historia, 262.24
 ionas cur predicare Ninuius primo detrectauit,
 234.34
 ionas non uerbis, sed re ipsa resurrectionem Chri-
 sti pronunciauit, 130.42 & 262.44
 iona propheta breuis historia, 262.43
 ionam, quem malicia hominum perdidit, bestia
 exuriens custodiuit, 131.17
 ionathas Hebraeus ab Alexandro Magno uicte pur-
 purea, & regis insignibus donatus, 248.23
 iofaphat rex uirtutibus religionis clarus, 232.17
 ioseph quo sua aetatis anno decessit, 218.16
 ioseph qui & Barfabas in Actis Apostolorum, eleu-
 teropolis episcopus, 275.46
 iosephi de Christo testimonium, 280.1
 iofias rex admodum religiosus fuisse traditur,
 236.4
 iofue uirtutibus Moyfi simillimus, 27. annis pater
 fuisse Hebrais dicitur, 222.43 & 223.47
 ionianus ad Imperium tractus, 316.26
 ionianus haereticos persequitur, 316.29
 Irenaci martyris breuis historia, 296.9
 Isaac cur a patre altaribus adnotus, 130.34
 isaac quo aetatis suae anno uxorem duxit, & quo
 mortuus, 215.39 & 217.4
 isaias propheta in duas partes sectus 146.20, 263.
 9. & 266.32
 isaie propheta historia & prophetiae, 266.12
 Irachis, cuius meminit Apostolus, Byzantii fa-
 ctus episcopus, 274.7
 italia quot olim cladibus uastata, nec tamen emen-
 data, 58.29
 ithacius episcopus quo ingenio praeditus, 259.19
 iudas, qui & Thadaeus, unam scripsit epistolam,
 286.20
 iuda suae Thadaei Apostoli breuis historia, 272.2

iudas pseudo episcopus prodidit saluatorem, 118.12
 iudas Domini sui traditor, a se ipso accusatus &
 damnatus, 118.20
 iudas ubi fidem perdidit, innocentiam apostola-
 tus amisit, 126.43
 iudas proditor iudex sui seuerissimus, 119.10
 iuda Schariot facti cum latrone cofertur, 125.42
 iudaea omnis quodam subiecta Persarum imperio
 241.6
 iudaea gens ad credendum durissima, 101.41
 iudaei ob illatas Christo manus impias extorres &
 ubique dispersi cerantur, 251.1
 iudaei ob seditionem innumeri sub Traiano pere-
 pti, 291.38
 iudaei quando caede ultima domiti, 292.12
 iudaeorum genealogia quomodo seruata, 278.43
 iudaeorum calamitates quantae, 284.40
 iudaeorum obsequio Hierosolymae quam calamitosa
 250.31
 iudaeorum impietas fidem nostram confirmat,
 133.37
 iudaeis propter piaculum in Christum multa mala
 acciderunt, 282.46
 iudex constans & bonus nec cuiusquam inuidiae
 cedere debet, ne timori, 117.36
 iudith 105. annos uixit, 245.21
 iudith liber inter sacras historias, 242.35
 iulianus apostata bono usus principio, sed sine
 malo, 315.19
 iulianus apostata primo clericus & insignis Philo-
 sophus, 315.11
 iuliani apostata historia breuis, 315.11
 iuliani apostata postremus sermo & interitus
 316.14
 iulianus Paatenus Stoicus ecclesiasticae scholae
 rector & predicator eximius, 297.1
 iustina Gratiani mater Arianam persequitur eccle-
 siam, 318.20
 iustini doctoris & martyris breuis historia, 293.47
 iustos homines cur dicatur Deus aspicere, 13.39
 L
 Lacryma delictum lauat, 128.4
 Lamech iuuenem, cuius nomen non refertur, occi-
 cidit, 213.46
 lapis sine manibus abscissus Christum praefigura-
 uit, 238.34
 lapides duo molares quo modo testamenta duo si-
 gnificent, 86.35
 latro in cruce cur tam cito paradysum a saluatore
 promeruit, 125.26
 latro plus in Christum in cruce, quam iudas in ca-
 na dilexit, 126.13
 lauacri, idest, baptismatis, chrismatibus, & Anti-
 stitis ad renascendum in Christo necessitas,
 190.49
 laurentius martyr diaconatus officio sub Xysto
 sanctus, eiusque res gesta, & martyrium,
 156.17
 laurentius martyr Romanae ecclesiae Archidiacono-
 nus, 157.8
 Leana

I N D E X

leana catulos caecos liberat a caecitate macharius
 317.7
 leonidas Origenis pater pro fide Christi capite
 plexus, 298.42
 leonidas Origenis pater quo tempore martyr effe-
 ctus, 251.26
 Iernais capitibus haeretici comparati, 192.23
 leuitis nulla terrarum portio data, quo liberius Deo
 seruirent, 223.23
 lex bona est muneris Christi, uita non bona crimi-
 nis nostri, 36.29
 lex bona nihil prodest, cum uita & conuersatio bona
 non est, 36.28
 lex nobis est antidotum, & uitiofitas uenenum, 42.1
 legis Mosaeicae compendium, 220.29
 legem Dei cetera nationes praeter catholicos aut
 debilem, aut conuulseratam habent, 42.23
 Liberius Papa in exilium eiectus, 315.8
 liberius urbis Romae, & Hilarius Pictauro Episco-
 pi ab Arianis exilio-dati, 254.29
 licinius Constantiae, Constantini sororis, maritus,
 311.9
 licinius milites suos litterare praecipit, 251.43
 licinii in Christianos crudelitas inaudita, 311.21
 licinii in Constantinum inuidia & insidia, 311.18
 ligandi & soluendi potestas non solis Apostolis, sed
 & futuris sacerdotibus data, 195.2
 lignum quod causa mortis fuit, fuit & sanitatis reme-
 dium, 121.16
 ligni sanctae crucis partem detulit filio, partem sibi
 reposuit Santa Helena, 314.8
 ligna sabbatis colligens cur Dei iussu occisus, 57.18
 linus primus post B. Petrum Romae Episcopus, 274.39
 linus Romanus Pontifex sub Tito Imp. obiit, 288.20
 lisaniculus astat in defessis flammis globis, 188.6
 Locus Apostoli: Haereticum hominem &c. pulchre
 explicatur, 118.36
 locus Apostoli: Si quis uidetur sapiens, stultus fiet &c.
 explicatur, 51.12
 locus Apostoli: Omnibus omnia factus sum &c. expli-
 catur, 208.40
 locus Euangelii de Samaritana, discutitur, 176.38
 locus Euangelii: Nisi efficiamini sicut puer iste, &c.
 explicatur, 136.3
 locus Euangelii: Omne peccatum & blasphemia re-
 mittetur &c. explicatur, 206.14
 locus Euangelii: Parate uiam Domino &c. explica-
 tur, 148.17
 locus Euangelii: Vt suspendatur mola asinaria &c.
 explicatur, 165.14
 locus Ezechielis: Si Noe, Iob, & Daniel &c. explica-
 tur, 209.34
 locus in Acta Apostolorum, In quo uiuimus, moue-
 mur &c. egregie explicatur, 14.45
 locus in Apocalypsi: Vtinam calidus esse &c. expli-
 catur, 40.24
 locus B. Iacobi, Tu credis quia unus est Deus &c. di-
 scuitur, 28.7
 locus B. Io.: Noli me tangere &c. explicatur, 124.18
 locus in Epistola B. Ioannis: est peccatum ad mor-

tem &c. explicatur, 206.42
 locus Isaia: Caupones tui miscent aquam uino &c.
 explicatur, 180.25
 locus B. Matthaei: Ego a te debeo baptizari &c. ex-
 plicatur, 104.11
 locus B. Matthaei & Lucae: Erunt duo molentes in pi-
 strinum &c. explicatur, 86.18
 locus B. Matthaei & Lucae: Illa nocte erunt duo in le-
 co uno &c. explicatur, 85.31
 locus B. Matthaei: Qui irascitur fratri suo &c. expli-
 catur, 20.18
 locus B. Matthaei: Si oculus tuus scandalizat te &c.
 explicatur, 24.4
 locus Numeri 24. de asina Balaam pulchre exponitur,
 100.30
 locus Num. de botro per duos exploratores delato-
 rum, 163.3
 locus Prophetarum: Vae ciuitati sanguinum &c. explica-
 tur, 70.36
 locus Psalmi: Deus meus respice in me &c. explica-
 tur, 115.32
 loca Euangelii & Deuteronomii explicatur, 207.12
 locuples in Ecclesia quis intelligendus, 174.37
 loth Angelus hospitio recepit putans esse homines,
 215.19
 lucas, dominicae generationis relator egregius,
 90.31
 lucas euangelista breuis historia, 286.36
 lucius Arianae pestis episcopus, 316.43
 lucius Laodiceae Syriae episcopus constitutus, 275.10
 lucius successor Cornelii Papae, 303.28
 lupanaria aedificare, & adulteria uetare, legibus re-
 pugnat, 76.25
 lupanaria e ciuitatibus Vuandali sustulerunt, 77.18
 lupanaria in Aquitania pauca, 65.6
 M

Macharius catulos leanae caecos a caecitate liberauit
 317.7
 macharii insigne miraculum, 317.2
 madianita cur a Gedeone superati, 67.17
 magi cur per aliam uiam in regionem suam reuerfi,
 99.36
 magi cur tres, & uno itinere ad Christum adoran-
 dum profecti, 100.38
 magi non suo arbitrio, sed Dei inspiratione typica
 munera Christo obtulerunt, 100.41
 magicam artem exercuerunt Maxentius Imperator
 & Priscillianus haereticus, 309.34 & 257.36
 maguntia ciuitas olim excisa & deleta, 55.22
 malachia propheta breuis historia, 264.40
 malchionis cum Paulo Samosateno haeretico dispu-
 tatio, 307.35
 maledictionis peccatum quam graue & pernicio-
 sum, &c. egregie explicatur, 23.15
 maledictum in malis christianis patitur lex christia-
 na, 39.7
 malus nemo nisi stultus, 49.49
 mammae Alexandri Ro. Imperatoris mater, discipu-
 la Origenis, & ualde christiana, 301.40
 manes magus a quo Manichaeorum haereticus, 308.19
 mm

I N D E X

manichæorum hæresis sua dogmata a diuersis hæreti- cis mutuata coaceruauit, 306.20	matthæi Apostoli & Euangelistæ breuis historia, 271.44
manna in deserto Hebræis data, Christum indica- uit, 116.7	matthias loco Iudæ traditoris electus Apostolus, (280.37
manus sacerdotum pænitiuibus imponendæ, 209.6	matthiæ Apostoli breuis historia, 272.9
manibus eleuatis cur orare præcipimur, 122.10	maurorum offerri mores, 38.49
marcellus Sabellianæ hæresis assertor, 253.24	maxentius, artem magicam secutus, totam Romam impuritatibus replet; 309.34
marcus, confobrinus Barnabæ, episcopus Apollonia dis, 275.43	maxentius tyrannus oratione Constantini in fluuiū demersus, 311.4
marcus primus ex gætibz Hierosolymæ episcopus, 251.20. & 292.20	maximinus Cæsar quomodo Imperator effectus 303.38
marcus, qui & Ioannes in actis Apostolorum, Bibli- fuit episcopus, 276.28	maximinus in orientis partibus quanta impuritate coinquinatus, & quā in Christianos saeuus, 309.40
marcus euangelista qua occasione euangelium scri- psit, 284.47	maximinus a medicis diffusus, legem scripsit ut cessa- ret in Christianos persecutio, & ut ecclesiæ re- ædificarentur, 310.8
marcus euangelista in Alexandria igni combustus, 272.25	maximinus diuina ultione uermes ebulliens, & feti- rem intolerabilem exhalans, horrendo interitu consumptus, 309.46. & 310.33
marcus & Lucas euangelistæ ad catalogum 70 disci- pulorum pertinent, 276.39	maximini Imperatoris & Herodis regis quam simi- lis probrosus interitus, 310.2
marci Euangelistæ breuis historia, 272.23	maximus ecclesiasticus uir illustris cõtra hæreticos scripsit, 298.34
maria contra Moysen locuta punitur, 12.2	maximi erga plebē sibi cõmissam sollicitudo, 179.19
maria quædam nomine in Hierusalem, filium suum comedit, 287.13	Medicina amaro poculo, magis quam dulci sanare solet, 196.3
maria Magdalenæ cur a Domino arguitur, 123.34. & & 124.27	medicinæ partes nudadæ quæ sanari possunt, 192.10
maria uirgo, suum parturiuit auctorem, & mundi salutem, 40.9. & 90.21. & 94.37	medicus non docet uulnera, dum ea assidue curat, 203.20
maria uirgo in spiritu futura prænocens, 98.2	melitonis Sardicenis Episcopi multa præclara opu- scula, 294.18
maria sola & pura, Mannæ comparata, Christum Dei filium genuit, 115.46	menepthoth Aegyptii græci crocodilos uocant. 267.27
mars in arenis olim colebatur, 57.44	mercedem æternam quibus, & quo modo parat Deus, 107.24
marcupia priscorum Romanorum qualia, 4.7	meretrices infelicissimam uitam ducunt, 65.7
martinus sanctus plane Apostolis conferendus, 259.24	meretrices & scorta in connubia uerterunt Vuanda- li, 76.9
martyr extra ecclesiæ cõcordiam nullus esse potest, 198.38	meritorum apud Deum diuersitas, cui uel gloria re- tribuitur, uel pœna, 14.23. & 119.45
martyr nõ solum sibi, sed etiam aliis patitur, 165.47	metallorum dissimilitudo diuersitates hominum de- signat in scripturis, 70.38
martyres apud Taurinum, Octauius, Aduentitius, & Solutor, 165.39	Micheæ prophetæ breuis historia, 262.8
martyres cur per totum mundum Dominus pati uo- luit, 166.6	militēs quatuor qui Christum crucifixerunt quid si- gnificent, 116.13
martyres porta inferni non possident, 166.22	minerua in paganis gymnasiis, Venus in theatris, Ne- ptunus in circis, Mars in arenis, Mercurius in pa- læstris colebatur, 57.44
martyrum gesta insignia sub Diocletiano, 309.2	miraculum Christi uinum in aquas uertentis, 97.32
martyrum Lugdunensium humilitas & caritas exi- mia, 295.38	miraculum in exerõitu Christianorum factũ. 298.40
martyrum erga suos persecutores admirabilis cari- tas, 296.3	miraculum ad imaginē saluatoris a muliere sangui- nis profluuiio sanata erectam, 204.10
martyrum sacro cruore sub Diocletiano totus or- bis resperfus, 251.33	miraculũ cuiusdã depositi a Spiridione editũ, 313.3
martyrum passiones literis mandata, 251.37	miraculum de rupe ecclesiam construendam impe- diente in alium locum translata: & de stagno ob- rixas duorum fratrum exsiccatõ. 304.38
martyrum omnium dies natalis deuotissime cele- branda, 165.42	miraculum Hierosolymæ sub sancta Helena circa pa- uimentum locorum sacrorum, 252.4
martyrium duorum iuuenum sub Diocletiano exi- mium, 308.20	miraculum inane quoddam, 109.31
martyrium sanctorum cur uindemiis & calici com- paratum, 162.40	miracula cæmisterii Eunuchi, de quo in Actis Apo- stolorum
martyria quando primum intra Gallias uisa, 251.24	
matrimonia non interdixit Deus, sed peccata, 49.4	
matrimonia cum gentilibus contracta Esdras ius- sit dirimi, 241.48	

I N D E X

stolorum, 276.44	186.47.
miracula spiritalia corporalibus longe excellen- tiora, 161.40	nabuchodonosor in feras mutatus & orationibus Danielis liberatus, 269.34
miseriordia Dei tanta est, ut malos castiget, mala non reddat, 48.12	nabuchodonosoris pænitiuæ quid operata, 269.29
miseriordia Dei suadet, ut pareatur sed peccato- rum clamor cogit, ut punitio sequatur, 8.43	nabuchodonosori cur Dei nutu seruatum imperi- um, 239.28
miseriordia Dei & uenia, qui nimium confidit, est indignus, 185.3	nadab & Abiu filii Aaron cur igne cælesti consum- pti, 11.31
miseriordia maculas mūdus tergit, quam puteus, 177.26	narcissus, cuius meminit Apostolus, Patrarum Epi- scopus constitutus, 274.15
miseriordia diuina impia calumniatio, 23.37	narcissus Hierosolymorum Episcopus, fide & signo- rum opere præclarus, 297.4
Montanus hæreticus, 297.10	nasci de Virgine cur potuit Christus, 95.5
mors Christi uita nostra, 121.37	natalis Dominici dies quanta lætitia & deuotione celebranda, 87.22
mors intrare per fenestras, quomodo intelligatur, 162.5	natalem Christi sordidus ac pollutus celebrare ne- quit, 88.7
mors nostra quam mors Christi multo minoris præ- titi, 34.28	natiuitas Christi reparatio salutis humanæ, 92.44
mors sanctorum dat eis uiuendi initium, 150.34	natiuitas Christi non coniecturis carnalibus, sed fi- de simplici confitenda & celebranda 103.28
mosaicæ legis compendium, 220.29	natiuitatis Dominicæ stupendum mysterium, 94.18
moyses ad Pharaonem qualis missio, 9.15	natiuitatis Dominicæ uilitas quibus mysteriis de- corata, 93.26
moyses ac Christi comparatio, 93.12	nathan prophetæ breuis historia, 270.36
moyses pro populo orans cur nõ exanditus, 209.44	naum Prophætæ breuis historia, 263.16
moyses Aegyptium calce percussulum interemit, 218 27	Neemias Hierosolymã curauit reædificandã, 242.14
moyses cur ieiunauit, 112.16	neophyti quinam dicantur, & cur aquilæ compara- ti, 132.8. & 136.23.39
moyses cur post ieiunium 40 dierum esuriisse non le- gatur, 112.23	neptunus in circis olim colebatur, 57.44
moyses cur serpentem ereum ærexit, 121.4	nero a quibusdam Antichristus putatus, 249.37
moyses cur orando eleuatis manibus superauit, 122.12	nero scelerum conscientia se ipsum gladio transfi- xisse creditur, 250.18
moyses in educenda aqua in quo notatus, 222.23.39	neronis inaudita flagitia, 249.34
moyses Pentatheucon conscripsit, 165.47	neronis in omnes & præsertim Christianos inaudita crudelitas, 25.8. & 285.36
moyses per 40 dies quid in monte a Domino edo- ctus, 221.17	neronis mors, 286.43
Mundus ex nihilo factus, 89.32	Nicanoris diaconi breuis historia, 273.15
mundi initium quot annos Sulpicii com- plebat, 213.37	nicæna synodus sub Constantino ex sententia sacer- dotum congregata, 252.38. & 312.16
mundum condito Adam & Eua facti, 213.40	nicolaus unus ex septem diaconis an ob zelotipiam apostata factus & hæreticus, 290.4
mundum Deus semper rexit & iudicauit, 6.36	nicolai diaconi & apostatæ breuis historia, 273.21
Myrrha a Magis Christo oblata quid significauit, 110.43	nicolaitarum hæresis, 289.39
mysteriũ baptismatis Christi quam mirabile, 106.6	nicostratus hæreticus, 200.4
mysterium cælestæ terrenæ argumentatione non cõ- fundendum, 92.1	niniue opidum caput regni Assyriorum, a quo con- ditum, 234.29
mysteriũ incarnationis & passionis Christi, & quam profundum, 89.5. & 169.13	niniuitarum humilitas & pænitentia, 137.13
mysteria Christi & uirtutes semper laudandã, 91.30	nitor uerborum a quibus queritur, 1.19
mysteria Christi capacitatem humanam magnitudi- ne sui excedunt, 93.42	Nobilis ad uulgi opinionem nullus magis habetur, quam qui est plurimum diues, 26.3
mysteria diuina non nisi ex ipsis fontibus hauriri queunt, 213.27	noctua cur comparati hæretici, 173.30
mysteria in festiuitate epiphaniæ facta, 103.49	noe quo anno a mundi exordio de arca egressus, 214.22
N	noe quo modo a Deo exanditus, 210.9
Nabal Carmelius propter Dauid a Deo extinctus, 15.30	nouatianus ob inuidiam Episcopatus Cornelii Pa- pæ sese ab ecclesia separauit, 161.39
nabuchodonosor Rex Babylonis terram Aegypti iubente Deo percussit, 70.7	nouatianus naufragium religionis incurrit, qui dum per tumorem & superbiam in altum leuatur, eli- sus est, 197.23. & 198.45
nabuchodonosor cur in formam iumentũ & leonis mutatus, & fenum ut bos comedit, 269.19. &	nouatianus pænitentibus non negandam pæni- mm ii

I N D E X

tentiam prius scripsit & docuit, 200.29 & 201.45
 Nouatianus cur ab Ecclesia recessit, 108.33
 nouatianus hæreticus graui increpatione confutatur, 199.8.34
 nouatiani amicitia cum Nouato, & eius breuis historia, 202.15
 nouatiani sunt quædam insolens portiuncula, tuber que collectum, & a reliquo ecclesiæ corpore separatum, 201.2
 nouatiani hæretici a Nouato uel Nouatiano appellati, 193.3
 nouatiani rapaces lupi, quando in suam hæresim incurrerunt, 202.6. & 208.14
 Nouatianorum hæresis penitentiam post baptismum tollit, 199.22
 nouatianorum superbia & frons aspera increpatur, 208.43
 nouatus hæreticus nullo confectante episcopum se finxit, 196.33. & 198.20
 nouatus patre prodito, Ecclesia derelicta, partu uxoris ab eo calce effuso apostaticus, 196.31
 nouatus spiritu immundo a natiuitate uexatus, 302.36
 nouatus inuidia stimulatus, Cornelii Papæ episcopatum ferre non poterat, 198.34
 nouati hæresis, furta, sacrilegia, & uita impia, 202.10.40. & 208.18
 nuptiæ legitimæ Deo auctore institutæ, 97.35
 nuptiis interesse cur Dei filius non sit dedignatus, & earum mysteria, 97.36
 nuptiis Christus ut homo interfuit, aquas in uinū ut Deus mutauit, 98.33

O

Ochus dictus Darius, 241.34
 octanius Martyr Taurini passus, 165.45
 oculis carnalibus deitas sicut est, non potest inspicere, 89.42
 odii mater est ira, 20.18
 olimpas, Romæ martyrium passus, 274.49
 Omu'atou in Concilio Niceno debere scribi decretū, 312.25
 onesiphorus, cuius meminit Apostolus, Coloniae episcopus, 276.8
 opera bona penitentia ad salutem requiri, 206.36
 opera Dei omnem humanam mentis excedunt meditationem, 89.46
 opera Dei qui uult examinare, non sequitur animæ sensum, sed carnis errorem, 90.2
 operum merita, 162.27
 oraculum dicti cælestis ad quamuis probationem debet sufficere, 18.25
 oraculum sacræ scripturæ quædam Dei mens est, 19.2
 orare Dominum quis recte dicendus, 113.5
 orare præcipimus manibus eleuatis, 122.10
 oratio ad Deum citius exauditur, cum Christus quem mens loquitur, etiam corpus imitatur, 122.11
 oratio Ieremia, pro Aegyptiis contra crocodillos, 267.26

oratio quorūdam cur magis est rixa criminis quam exoratrix, 25.23
 orationes beatorum martyrum in cælis profunt uiuentibus, 165.46
 origenes cur cōtra orthodoxam fidem aliquid scripsit, 300.19
 origenes quando moritur, 303.19
 origenes Romam a Mammæa Alexandri Imperatoris matre accitus & ualde honoratus, 301.4
 origenis breuis historia, 299.6
 origenis pater leonidas quo tempore martyr effectus, 251.26
 origenis pia excusatio, 300.8
 oriens unde Magi uenerunt, cur nominatus, 101.28
 ornamentum in luto, dignitas in indigno, 27.16
 ofeas ex Belemoth de tribu Isachar in pace sepultus in terra sua, 261.46
 ofeas primus duodecim prophetarum, 261.29
 ofeæ prophetæ breuis historia, 261.27
 ofeæ Rex ultra omnes superiores reges impius, 235.3
 ofus in perfidiam Arianorum concessisse creditus, 255.3
 ofitaria magis præualuit ad perfidiam, quam Petrus ad cautelam, 127.18
 Ozas cur occisus, 185.23
 ozias leuites cur a Deo seuerius uidetur percussus, 57.13
 ozias rex percussus ob usurpatum incensum sibi illicitum, solis sacerdotibus concessum, 234.22

P

Paganus intelligitur esse & frigidus, qui de ardore religionis fidei nihil habet, 40.27
 pagani omnes aut pagani sunt, aut hæretici, 37.3
 pagani quales esse crediderint primitiuos Christianos, 39.34
 pagani quam nefarie semper de sacris dominicis opinati sint, 39.19
 paganorum contemnenda disputatio, 19.6
 paganorum sapientum testimoniis quinam delectentur, 2.12
 paganis malos Christianos comparat Apostolus, 41.1
 panni Christi munerantur a Magis, honorantur ab Angelis, 91.2
 paphnutius a Maximiano ob fidem cruciatus, Nicæno Concilio interfuit, 312.48
 papias & Polycarpus B. Ioannis Euangelistæ discipuli, 289.10
 paradysum recte meretur, qui crucem Christi non scandalum, sed uirtutem credit, 125.39
 paradisi imaginem possedisse uidentur Aquitani, 64.13
 paralyticus quo modo non solum corporaliter, sed spiritualiter a Domino sanatus, 85.46
 parmenæ diaconi breuis historia, 273.24
 pascha hebraice quid, 135.29
 pascha octo & decimo anno Iosæ celebratum, 236.16
 pascha resurrectionis | Dominicæ die Dominica cele-

I N D E X

celebrandum, 298.5
 paschatis festiuitas ieiuniis & uigilia præueniendæ, & eius encomium, 235.4.23. & 202.14. & 110.11
 paschatis sollempnitas omnes creaturas ad lætandum inuitat, & cur die Dominica celebranda, 132.5. & 298.8
 paschatis celebrandi quæstio sub Victore Papa oborta, 297.24
 passio saluatoris quantam trepidationem discipulis intulit, 127.16
 passione Christi quæ uicissitudo reddenda, 53.39
 passionem Domini responsa ueteris testamenti ceterunt, 130.11
 passionem martyrum olim literis mandatæ, 251.37
 pastor christiani gregis quando ouium lacte reficitur, 179.28
 pater Deus quomodo uideatur in filio sibi coæterno, 160.6
 patrum antiquorum & catholicorum quæta debet esse auctoritas, 193.27
 paternus Petrocorienfis episcopus uecors & Arianus, 257.22
 patimur a Deo minora quam mercamur, 32.2. & 35.44
 patricius homo quod ad decem argenti libras diues esse uoluisse, curia Romana indignus iudicatus, 4.7
 Paulinus Treuerorum episcopus, 253.36
 paulus apostolus humillimus, 152.28
 paulus apostolus ecclesiarum doctor quanta fidei plenitudine claruerit, 95.31. & 153.12
 paulus quo animo ecclesiam Dei profecutus, & primo cæcatus, & post illuminatus, 152.2. & 153.46. & 154.37
 paulus doctor ecclesiarum futurus inter Angelos didicit, quod inter homines prædicaret, 152.23
 paulus cur de ecclesia unum pestilentem præuaricatum expulit, 50.25
 paulus apostolus imperat ut se imitemur, qui fideliter precepta Christi fuerat executus, 20.49. & 22.14
 paulus quomodo suorum meritorum conscius 21.6
 paulus ad ecclesiæ solatium, & credentium firmitatem, a Christo uocatus, qui & 14. scripsit epistolam, 153.47. & 286.21
 paulus & Petrus Romæ simul una die sub Nerone martyrium passi, 154.18. & 155.30. & 272.19
 pauli Christum adhuc persequentis pia reprehensio, mira conuersio, apostolatus in cælo consecratus, doctrina, uirtutes, et eximia merita, 151.46. et 152.8.21. et 153.14.
 pauli apostoli commendatio, et breuis historia, 21.7. & 272.16
 paulo apostolo cur clausi oculi, 153.18
 paulus Neocæsariæ gloriosus confessor concilio Nicæno interfuit, 112.44
 paulus Samosatenus in quam hæresim lapsus, & quæ plausum prædicando expetiuerit, & post in concilio Antiocheno damnatus, 304.28. & 305.33

pauli Samosateni hæresis, & arrogantia horrenda, & ambitio, 300.37. & 307.40
 pauperi iuste dat denarium, qui alteri non abstulerit, 113.7
 pauperem rem publicam facit diues potestas, 4.13
 pauperes in fide elegit Deus regni cælesti hæredes, 25.46
 pax & tranquillitas rerum sæcularum Dei sunt munerata, 61.45
 pacis diurnæ malum, 224.1
 Peccare nec semel uult hominem Deus, 203.21
 peccati iter aperit, qui peccanti blanditur, 193.48
 peccatorem relapsam tanquam perfugam uictum, uehementius alligat Diabolus, 191.38
 peccatores grauisissimi, contemptor Dei, sanguinarius, & fornicator, 184.32
 peccatores non uult perdere Deus, sed ipsi extorqueant ut pereant, 9.13
 peccatum etiam minimum in lege ueteri grauius punitum, 184.4
 peccatorum remissio, Christi gratiæ seruabatur in ecclesia credenda & recipienda, 105.25. & 170.22
 peccata nostra mauult Deus nos cognoscere, & meliorum operum compensatione curare quam sustinere, 48.13. & 184.26
 peccata hominum cur clamare testetur scriptura, 8.38
 peccatis, non Deo, uastatio locorum ascribenda, 70.11
 pentateuchum a Moyse conscriptum, 265.47
 pentecostes festiuitas nõ minore lætitia quam paschatis celebranda, 138.28
 periurium nullum esse constat, ubi nullum est sacramentum, 38.18
 perfarum reges quinam, 241.12
 perfarum regibus multa portenta, quæ scripta non sunt, edidit Daniel, 269.47
 persecutio in Christianos sub Diocletiano maxima, 308.37
 persecutiones decem in Ecclesia, iuxta numerum decem plagarum Aegypti, 251.47
 persecutionum in Ecclesia Dei decem, 250.12
 petrus cur operibus pauper, opere piscator, uocatus a Christo, 154.29
 petrus per Christum cur petra factus, 151.33
 petrus Apostolorum choriphæus, regni cælorum prius clauas accepit, quam cæli ianuas introierit, 151.10. & 271.6
 petrus potestatis sacerdotum principium, 204.43
 petrus gregem Christi tuendum accepit, factus petra ecclesiarum, & omnibus firmamentum, 128.35. & seq.
 petrus supra mare ambulans cur trepidari permittitur, licet magis dilectione quam pedibus ambularet, 129.1. & 151.16
 petrus pro meritis singulorum, regnum cælorum claudit uel aperit, executor præceptorum cælestium, 151.13. & 179.14
 petrus apostolorum princeps inuicta credendi fundamenta constituit, 150.37

m m 3 petrus

INDEX

Petrus claus potentia, Paulus scientia accepit, 155. 23
petrus cur post negationem dicti conscius non legitur locutus, sed ingemuit correptus, 127. 43. & 128. 10
petrus antequam fletet, lapsus est; postquam flevit, electus est, 128. 24
petrus & Adam modo simili decepti, 127. 35
petrus prorupit ad lacrymas nil uoce precatus, quo modo intelligendum, 127. 49
petrus quia Dominum tertio negauerat, tertio confessus est, 128. 22
petrus apostolus ad urbem contra Simonem Magum cum honore deductus, 284. 20
petrus Romae tempore Neronis episcopatum gessit, & quanta gratia ibi praedicauerit, 249. 46. & 284. 14
petrus & Paulus Simonem Magum iudice astipulante confuderunt, & in altum uolantem suis orationibus strauerunt, 155. 44. & 197. 36. & 250. 3
petrus, apostolorum primus, simul cum Paulo apostolo Romae sub Nerone, eodem die martyrium passi, 152. 34. & 154. 18. & 272. 2. & 285. 40
petrus & Paulus cur una die in urbe Roma sub eodem persecutore Nerone martyrium passi, 155. 30
petrus cur uerso se poposcit corpore crucifigi, 151. 40
petrus & Paulus quibus donis a Deo dotati, & quae apud Deum meriti, 153. 36. 44
petrus & Paulus ecclesiarum columna non solum ut martyres, sed ut magistri martyrumque patres praeteris Apostolis uenerandi, 155. 3. 27
petrus & Paulus praeter ceteris peculiari fidei uirtute praecelluerunt, & ecclesiam Dei caelesti doctrina, & pii sanguinis effusione fundarunt, 153. 12
petri Apostolorum principis fides quam sublimis, quanta meritorum gloria, & prerogativa, quam admiranda humilitas & alia stupenda praeconia, 150. 42 & 151. 2. 23. 43. & 153. 4
petri lingua est claus caeli, 151. 12
petri non turbatur semita, quae ducit ad Dominum, 129. 6
petri & Pauli fides & passio inseparabilis, 153. 33
petri & Pauli sacratissima corpora cur in Vrbe Roma recondita, 152. 36
petro communionem sui nominis Christus indulsit, oues & agnos pascendos comedidit, 151. 31
petro adhuc in corpore corruptibili posito regnum caeleste claudere & aperire permissum, & totius Ecclesiae tradita gubernacula, 133. 2. 45
petro soli locutus est Dominus, ut unitatem fundaret ex uno, 204. 34
petro claus data, potestas est iudicandi, ut in eius arbitrio caeleste poneretur iudicium, 151. 14. & 154. 12
petrum qui laedit, Dominum laedit, 205. 9
Phaon decies aduersum Deum rebellat, & decies uerberatur, 9. 19

pharisei maiori sollicitudine Dominum custodierunt in sepulcro, quam dum uiueret in saeculo, 134. 4
pharisei tenebras futuras iam super terram passi sunt, 133. 6
pharisei in obsidione Hierosolymitana ultro se ignibus intulerunt, 250. 38
phariseorum sacrilegium quam graue, 117. 49
phigellus, cuius meminit Apostolus, episcopus epheosiorum factus, apostatauit, 275. 17
philammon, ad quem Apostolus scripsit, Gaza episcopus, 276. 18
philippus primus omnium Imperatorum Christianus uigili paschae & mysteriis a Fabiano Papa interesse prohibitus, donec peccata sua confiteretur, & inter penitentes staret, 302. 13
philippus Apostolus ubi praedicauit, & ubi sepultus, 271. 32
philippi diaconi actus & breuis historia, 273. 9. & 282. 8
philo apud Hebraeos insignis scriptor, 282. 47
philo Romae Petro Apostolo praedicanti adhaesit, 284. 21
philologus, cuius meminit Apostolus, Sinopae episcopus, 274. 44
philosophiam Christianam professus cur cunctis gentibus deterius peccet, 35. 46
philosophus quidam in arte Dialectica uersutissimus a simplicissimo & indocto Christi seruo confutatus, & Christianus effectus, 313. 23
philosopho obscena uitia sectanti nihil turpius, 35. 44
philosophicis institutis non danda nimia opera, 300. 25
philego, cuius meminit Apostolus, factus Maratho, nensis episcopus, 274. 27
phoenicum pro coccino, 207. 31
photinus uenerabilis Lugdunensis episcopus, 295. 28
phorinus, episcopus Sirmienensis haereticus, & eius haeresis, 253. 9. 24
phraeneticus nil conferunt aliena silertia, quem suus clamor occidit, 41. 49
Pietas Dei quam inastimabilis, & uirtus quam mirabilis, 34. 6
pietas Dei quando peccatorum clamoribus uincitur, 8. 40
pietatem Dei quo modo nobis manifestat Apostolus, 34. 12
pilatus dum iustum sanguinem confitetur & tradit, furentis Synagogae sacrilegium confirmauit, 117. 30
pilatus manu propria se peremit, 283. 15
pilatus suggestio ad Tiberium de Christo, 282. 16
pilato praesidi cur Dominus accusatus non responderit, 116. 37
piraterium quid, 171. 11
Platonis & platoniorum de prouidentia Dei confectio, 2. 22
pli-

INDEX

plinius secundus pro Christianis precatur, 290. 32
Poenam culpam non facit, sed causa, 131. 27
poena criminum apud quosdam uidetur esse mater uitiorum, 59. 31
penitentia agenda, quae & salutem stabilem operatur, 66. 7. & 194. 45
penitentia tam catechumenis, quam fidelibus necessaria, 183. 37. & 194. 33
penitentia totius ecclesiae quasi fibula, & naufragio tabula, 183. 36. & 194. 19
penitentia malum non est, sed est animae uulnerum medicina, 186. 26. & 207. 21
penitentia publica olim in conspectu ecclesiae, 187. 24
penitentia Petri cur scripta, 204. 3
penitentia Nabuchodonosori a Daniele imposta, 269. 44
penitentia apud inferos tribui non potest, 188. 12
penitentiae satisfactione peccata confitenda, & reconciliandus Deus, 107. 49. & 186. 25
penitentiae labor paucorum est, 202. 46
penitentiae uera uenia quanta seueritate olim indulta, 195. 29
penitentiae bona opera ad salutem necessaria, 206. 36
penitentiae medicamenta & tempora cur indulgeat Deus, 162. 16. & 185. 34
penitentiae defensio contra haereticos, & eius necessitas, 193. 46
penitentiam post baptismum tollebat haeresis Noe uatiana, 199. 22
penitentiam non agentibus Dominus comminatur, 187. 40
penitentiam post peccata recusare, quam impudens, 185. 17
penitentiam requirit a nobis Deus, & nos iram thesaurizamus, 148. 18
penitentiam criminum quidam ita agunt, ut eos penitentiae peniteat, 48. 40
penitentes uerus amare optat, & amari: nec amplius est ecclesiae macula, 201. 7. 26
penitentes absoluuntur a iustis, 210. 12
penitentes delicati increpantur, 187. 4
penitentium quinam actus proprii, quorum lacrymas Deus non repellit, quamuis in baptismo te eorum peccata lauerit, 202. 36. & 206. 38
penitentibus uenia, etiam blasphemiae, nullo modo deneganda, 206. 17. & 234. 46
penitentibus quantus labor imponendus, 203. 25
penitentibus confertur uenia merito confessionis, 202. 44
penitere Dei uim demonstrat irati, 7. 45
penitere non pigeat, quem peccare non piguit, 194. 18
polycarpus martyr insignis commemoratione ecclesiae dignus, & eius breuis historia, 293. 10. 22
polycratis ratio circa paschatis celebrationem, 297. 39
pontianus Papa, 302. 2
pontifices iudaorum post Ionatham usque ad Christi

sti natiuitatem, 248. 49
Praeceptum Christi quodiam est maxime pretiosum, 180. 32
praeccepta Dei maiora uel minora quomodo implenda, & quam salutaria, 22. 42. & 111. 42
praeccepta euangelica seruare facillimum credentibus, 184. 15
praeccepta Apostolorum cur dura a quibusdam existimantur, 20. 42
praedicantium iuxta scripturas, etsi diuersa sint tempora, non tamen diuersa narratio, 90. 35
praelati de fructu ouium Deo rationem reddituri, 180. 41
praelati rerum humanarum sectatores quam damnabiles, 181. 80
praesepe Christi quid designauit, 91. 10
prauaricatio non est, ubi non est lex, 38. 22
preces lacrymarum sunt utiliores, quam sermonum, 128. 8
pretium uitae nostrae sanguis Domini, et quibus profuerit, 119. 6. 23
pretium iusti sanguinis metuit iniquitas possidere, 119. 14
priscillas, cuius meminit Apostolus, Colophonae fuit episcopus, 276. 25
priscillianus haereticus arte magica imbutus, & prophetarum rerum scientia inflatus, 257. 38
priscillianus laicus et omnium malorum princeps, ab haereticis episcopus constitutus, 258. 13
priscillianus ob flagitia conuictus, capitali sententia ab Imperatore, cum quibus suis complicibus damnatus, 259. 33
priscilliano occiso, cur illius non repressa, sed latius propagata haeresis, 260. 6
probrosus cur non possit esse felix, 63. 35
prochori Diaconi breuis historia, 273. 12
procula in comitatu episcoporum haereticorum supra Priscilliani grauida facta, partum sibi geminibus abegit, 258. 31
propheta apud Iudaeos loquitur, nec auditur: stella apud Gentiles tacet, & suadet, 103. 8
propheta & Apostoli cur tormenta tolerarunt, 5. 18
propheta ueteres testamenti quid uaticinati sunt ad Iudaeos, & quanta circumspectione legendi, 265. 16. 41
propheta Baal 450. 232. 36
prophetiae ueteris testamenti quo modo reuelatae & a quibus scriptae, 265. 29
prouidentia diuina quid circa resurrectionem Christi procurauit, 133. 40
prouidentia Dei cur a peccatore tollitur ne periturus euadat, 60. 14
Psalmos per se compositos, in medio ecclesiae canere fecit mulieres Paulus Samosatenus, 307. 42
psalterium nocturnis curriculum decantandum, 173. 29
Pudicitiae causam nisi uir pudicus audire non debet, 117. 22
Pyramidas septem Ionathas Machabaeus extruxit, 248. 39

pythago-

I N D E X

pythagoræ de natura & beneficiis Dei sententia, 2.18

Q

Quadragesimæ diebus Moyses & Dei filius ieiunaverunt, 112.13
 quadragesimæ dies deuotiore ieiunio præueniendi, 107.5
 quadragesimæ ieiunium, 108. in tit.
 quadragesimæ ieiunia subsequuntur quinquaginta feriæ lætitia, 141.16
 quadragesimæ sanctæ ieiunia quis rite celebrat, 112.5
 quadragesimam uenerabilem Christus dedicauit, 112.40
 quadratus Apostolorum discipulus librum egregium cum antistitibus Atheniensium ad Hadrianum scripsit, 290.17
 quadratus uir in prophetica gratia celebris, 291.21
 quadrati Apostolorum discipuli, & antistiti Atheniensium ad Hadrianum libri, 291.47
 quartus Dediti factus episcopus, 275.30

R

Raab, Nabuchodonosor Gabaonitæ &c. per penitentiam liberati, 207.4
 rabfaces in contumeliam Dei locutus, ideo 185000 hominum milia stragem pertulerunt, 50.22
 rachâ genus contumeliæ, 20.25
 rapacitas Christianis maior, quam Alanis, 37.9
 ratione rerum, non libidine agendum est, 76.34
 rebecca uiginti ferme annis sterilis, 216.3
 regnum mundi non uenit Christus inuadere, sed saluare, 101.45
 regna 29. Hebræis sub Iosue subiecta, 223.22
 regnorum sacri libri quomodo conscripti, 265.43
 religio Christiana iam sub Nerone Romæ inualuerat, 249.46
 religio Christiana uera esse & perfecta, sub Maximi persecutione inelamatur, 310.29
 religio Christiana cur ignobilis apud improbos Christianos uideatur, 31.35
 religio diuina tollitur, si humanæ persuasionis affectio recipitur, 6.5
 religionis adulterium grauius quam corporis, 117.49
 religionis Christianæ initia unde oriri arbitrati sunt Pagani, 39.22
 religionis Christianæ dogmata quanto motu ac disciplina tractanda, 6.29
 religionis munera Deus nobis tribuit ut ipsa muneretur, 64.29
 religionis euangelicæ arcanum permutationem a qua in unum designatur, 105.19
 religiosi honorum ambitores, & diuini cultus habitum magis quam actum, & uestem potius quam mentem induentes, taxantur, 48.36
 religiosi post ueterum flagitiorum crimina iterum

sub specie religionis uitæ secularibus mancipati, corripuntur, 48.34
 religiosi ueri sunt humiles, pauperes, sine ambitione, 3.30
 religiosi omnes cur ab omni populo Romano deprauato excipiantur, 36.12
 religionum merita atque uirtutes quibus retributionibus dignæ, 4.35
 religionum seculariter uiuentium iusta reprehensio, 48.46
 reliquiæ sanctorum, quas possidemus, præcipue uenerandæ, 166.10
 reliquiis B. Thomæ Apostoli decorata urbs Ediffa, 317.14
 remissio peccatorum Christi gratiæ seruabatur, 105.25
 renunciat in baptismo pompis, spectaculis, & omnibus diaboli operibus, 54.120
 renunciat primum diabolo, ut credatur Deo, 54.29
 resurrectio sola Christo fuit causa nascendi, & omnium est redemptio populorum, 139.42. & 170.33
 resurrectio carnis summa est credendi. 170.31
 resurrectionis dominicæ egregia testimonia, ac fiducia; & dies festus quanta lætitia celebrandus, ac quibus operibus præueniendus, 114.42. & 133.33. & 134.23.40
 resurrectionis dominicæ uirtus & sublimitas, 132.7
 resurrectionis tertia dies apud solum Osæam legitur in ueteri testamento, 261.37
 retributio Christiani est, ut Christo morte mortem reddat, 34.26
 retributionis bonorum operum futura expectatio, 108.5
 retributor spiritualium uirtutum iustissimus Christus, 102.18. & 108.5
 rex sapiens quo modo aduersa superare debet, 137.22
 rex Gothus olim priusquam manu pugnam aggrederetur, cilicio stratus supplicatione pugnavit, 68.39
 rex Syria accitis secum triginta duobus regibus Samariam adortus, & tamen uictus, 233.8
 reges Persarum post Artaxersem, 241.12
 reges post Alexandrum Magnum, 246.19
 rhodion, & Olympas Romæ cum B. Petro cruci affixo, capite truncati, 275.2
 Risisse non legitur Christus, sed fleuisse, 54.7
 Roma cõkursu lætissimo Apostolorum Petri & Pauli martyrium excolit, 154.18
 roma uelut uictorem mundi B. Paulum suscepit ad triumphum, 152.32
 roma fidem insuperabilem B. Laurentii miratur, 158.8
 roma obsessa & expugnata, 58.31
 romæ Petrus & Paulus una die, & sub eodem persecutore martyrio coronati, 154.18. & 155.30
 romam rotam suis flagitiis & impuritatibus inquinat

I N D E X

nat Imperator Maxentius arte Magica imbutus, 307.34
 romana ecclesia quam gloriosis quondam ministris floruit, 156.8
 romana ecclesia Xystum antistitem habuit, 156.20
 romana resp. quondam tibutorum uinculis, quasi prædonum manibus, iugulata, 31.16
 romana plebs quæ olim sceleribus fœdata, 35.16
 romana iniquitatis quanta olim crudelitas, 44.41
 romanum imperium per crura ferrea prædictum, 238.23
 romani pene omnes, quibus sceleribus quodam dediti, 36.15. & 52.41 & 55.30
 romani nulla olim pœna, nec ulla Dei beneficentia correcti, 61.42. & 64.1
 romani hæretici olim quales, 43.20
 romani quondam fortissimi, cur nunc sine uiribus effecti, & a Barbaris deuicti, 62.38. & 63.14
 romani ueteres priuatim pauperes, diuitiis communibus abundabant, 4.15
 romani prisca ab aratro ad fœces accersiti, uiles cibos sumebant, 4.3
 romani, urbe expugnata, nec blasphemi tamen, nec furiosi esse desierunt, 58.31
 romanorum opulentia in quantas miserias redacta, 56.34
 romanis prisca, cur paupertas minime grauis, 3.48
 rufus, Thebarum factus Episcopus, 274.21

S

Sabbatum Pentecostes ieiunandum, 138.32
 sabbatis ligna colligens cur Dei iussu occisus, 57.18
 sabelliana hæresis Marcello assertore orta, & a Dionysio confutata, 232.24. & 305.35. & 315.42
 sacco & cinere corpus affligendum, 188.18
 sacerdos quidam Apollinis quo miraculo ad fidem conuersus, 307.3
 sacerdos unctus, 200.23
 sacerdotem Dei decipit, qui ad communionem corporis Domini indignus accedit, 186.8
 sacerdotes Domini uolentia improborum debent resistere, & non in oppressione pauperum tacere, 44.17
 sacerdotes uice & potestate Dei penitentibus ignoscunt, 144.49
 sacerdotes iudæorum quando aquam uino miscuerunt, 181.13
 sacerdotes ecclesiarum quam immaniter sub Diocletiano cruciati, 309.7
 sacerdotes Dei olim ab infidelibus Gothis honorati, a Christianis Romanis sprete, 68.8
 sacerdotum administratio est spiritalis mercimonium, 180.47
 sacerdotum & cleri uita non discutienda, sed sua reuerentia seruanda, 73.1. & 164.14
 sacerdotum manus penitentibus exhibendæ, 209.6
 sacerdotibus Dei obnitendo, diu contendere non licet, 192.38

sacerdotalis functio cuius negotii uicem retineat, 180.28
 sacerdotium summum a Iudæis quibusdam libidine, auaritia, dominandi cupiditate quæsitum, & contra legem factum perpetuum, 245.42
 sacerdotiorum, id est, prælaturarum ecclesiarum cõtatio, quantum malum pariat in plebibus, 246.6
 sacra sollempnia in templis, 25.27
 sacramentum crucis quam grande, 121.42
 sacramentum salutis nostræ pretiosissimum quomodo fuit in uilitate saluatoris, 91.8
 sacramenta omnia symboli in spectaculis uiolantur, 54.19.33
 sacramenta uirtute priuata statum suum omnino non seruant, 42.17
 sacrificium Abel cur a Deo susceptum, 7.3
 sacrificia Christianorum qualia a Paganis olim existimata, 39.20
 sacrilegium pharisæorum in Christum admissum quam graue, 112.49
 sacrilegii genus est, Christianum spectaculis admisceri, ac Dei cultores odisse, 58.2. & 79.49
 sacrilegus cum flammis exurit, suis criminibus crematur, 70.13
 sacrilegi spiritus est, si plus scire cupias, quam sinaris, 18.31
 sacrilegi hominis contra se ipsum quale solet esse iudicium, 118.32
 salomon an prophetiæ domum acceperit, & quos libros sacros ipse conscripsit, 266.1
 saluator Christus pro nobis esuriit, & uicit, 108.20
 saluatoris sanguine redemptum est totum genus humanum, 119.20
 saluti, dum tempus est, omnibus modis consulendû, 171.4
 salutem propriam derelinquit, qui legem diuinam deserit, 41.42
 samarita lingua assyriorum dicitur custos, 235.9
 samaritana mulier ecclesiam de gentibus congregatam præfigurauit, 177.36
 samaritana fœdes melius Christus quam aquas samariæ diluit, 177.24
 sampson lampades ardentis uulpecarum caudis alligauit, 225.32
 sancti a principalibus ciuitatum cur quasi uiduæ & pupilli opprimantur, 44.8
 sancti in paradiso preces uiuentium audiunt, & pro eis exorant, 146.38
 sanctorum primus Abel per maximum nefas occisus, 7.21
 sanctorum uirtus maxima humilitas, 115.42. & 144.42
 sanctorum corpora Tartarus metuit, 166.16
 sanctorum inuocatione dæmones eiici, 166.27
 sanctorum patrum memoriæ religiosi conuentibus honorandæ: & uita non solis sermonibus exponenda, sed operibus cõprobanda, 159.6. & 161.4
 sanctorum passio cur uindemiis cõparanda, 162.38
 sapientia Christi cum humana comparatur, 116.23
 sapientia mundi Dei omnipotentia postponenda, 93.47

sapien-

I N D E X

fapientiam qui uult habere, debet nequitiam exure, 49.49
 fapientiam mali Christiani putant malitiam 51.9
 fapor aliquando peccatoribus a Deo infunditur, ut perditio subsequatur, 60.13
 fara uxor Abraham quo tempore moritur, 215.36
 fardonica herba quam uis, 63.43
 fatana cur traditus ab Apostolo incestuosus, 207.40
 satisfactio penitentiae quibus necessaria, 194.36
 satisfactio placandus Deus & requirendus, 107.49. & 188.22
 saturni simulacrum sub Theodosio deiectum, 319.35
 saturninus Arelatenfium episcopus, Arcanus, uir pessimus, de ecclesia eiectus, 255.2. & 257.19
 saturnini & Pasilidis haereticorum breuis historia, 299.25
 saul ante adeptum regnum modestus, sed post circa holocaustum illicita praesumptione usus, 227.45
 saxones crudelitate efferi, sed castitate uenerandi, 37.4. & 71.29
 Scalas sibi de eculis catastisq. fecerunt sancti Dei martyres, 21.33
 scandalum Iudaeorum in quo consistebat, 142.40
 scriptorum mundanorum quale studium, & quis finis propositus et quam reprehensibilis, 114.20
 scriptura sacra cur nominibus rerum terribilium utatur, & quid, 17.35. & 18.27
 scriptura sacra nouit obulare haereticorum blasphemias, 140.49
 scripturae sacrae studium friuolas & inuiles scientias excludit, 300.35
 scripturae sacrae a solis catholicis habentur plenae, in uiolata, integra, 42.18
 scripturae sacrae a Diocletiano coburi iussa, 308.43
 scripturarum testimonia cur a Christo contra Diabolum tenatore producta, 111.34
 Septuaginta interpretum breuis historia 296.15
 sepulcrum Christi quanta sollicitudine ab impiis Iudaeis clausum, 133.45
 sepultura aliena cur exceptus Christus, 123.24
 sepultura Christi, requies Christiani, 120.5. & 122.29
 sepultura Christi mysterium, 169.25
 serapion episcopus Antiochia multa edidit egregia opuscula, 301.4
 serapis quisnam existimatus, eius simulacrum quo artificio compositum, & uastum templum sub Theodosio deiectum, 319.19
 sermo diuinus quomodo intelligentiam scripturarum nobis exprimat, 7.43
 sermones sacri quam euidenter cunctis impiorum propositionibus contradicunt, 37
 serpens, a Moyse erectus, quid praefigurauit, 121.10
 serpentes spirituales, sunt cogitationum terrenarum morsus, 121.29
 seueritas Dei & sollicitudo quo modo indicetur, 7.37
 seuerus Maximinus pacem Christianis reddita perturbat, 310.11
 Sibylla uaticinium de ligno crucis, 314.10
 sicilia, ac Sardinia, Romanorum horrea, 58.37
 signum Christi est tuta rerum omnium prosperitas, 172.49
 signo Crucis mundus saluatur, 121.43
 filas Corinthiorum constitutus episcopus, 273.32
 silentium quando sufficit ad uincendum 117.8
 silentiarii 29.15
 filoe origo & mysterium, 266.37
 filuanus Thessalonicensium factus episcopus, 273.34
 simon Magus baptisma in dolo suscepit, 282.10
 simon Magus orationibus Apostolorum Petri & Pauli, fugatis Daemonibus in terram delapsus & prostratus, nondum tamen mortuus. 155.47. & 250.1
 simonis Magi breuis historia, 284.2
 simonem magum D. Petrus Iudice astipulante confudit, & cur illum in sublime ascendere permittit, 156.7. & 197.36
 simon filius Ioseph Hierosolymae post Iacobum ab Apostolis Episcopus ordinatus, 288.7
 simonis Zeloti Apostoli breuis historia, 271.48
 simonis Iudaei Apostoli breuis historia, 272.6
 simonis diaconi breuis historia, 273.18
 simulacrum Veneris in loco sepulcri Dominici a quibus, & cur collocatum, 313.47
 simulacrum Serapis quanto artificio compositum, sub Theodosio deiectum, 319.19
 simulacra demonum in loco Dominicae passionis constituit Hadrianus, 251.10
 sirenarum dulcis cantus quam fallax, & crudelis. 120.22
 sifera dux cur a muliere prostratus, 77.11
 Sobrietatem fronte praetendens, facilius inebriatur, 35.43
 socrates quas de pudicitia & uxorum pluralitate leges sanxit, 76.38
 socratis opinionem de communibus uxoribus totus mundus damnauit, quem lupanar ea opinione fecit, 77.8
 fodomae & uicinae urbes iudicii futuri typum gesserunt, 9.3
 fodomitae minus damnabiles, quam euangelia negligentes, 32.45
 foliustitiae cur Christi dictus, 115.18
 solis cursus cur sub Gedeone firmatus, 93.20
 solis matutina susceptio quid allegorica, 115.9
 solem in diem resurrectionis Dominicae fuisse solito clariorem, 132.43
 solon cur de magnis sceleribus tacere melius putauit, quam cauere, 183.17
 solutor Martyr Taurini passus, 165.45
 somnium Nabuchodonosor explicatur, 238.12
 sophoniae prophetae breuis historia, 263.49
 Sospiter, cuius meminit Apostolus, Iconii factus episcopus, 275.7
 sothenes, cuius recordatur Apostolus, Colophonias factus episcopus, 275.37
 soter Romanus Pontifex, 294.40
 Spectacula adulteros efficiunt, eos, qui puri fortasse ad theatrum accesserant, 52.37. & 54.25. & 57.39

spe-

I N D E X

spectaculis, & operibus ac pompis Diaboli renunciat in baptismo, 54.20. & 58.2
 spes bonis operibus ostendenda, 53.49
 spem suam in homine reponentes reprehenduntur, 67.30
 spe impetrandi sublata, nulla relinquitur precandi ratio, 6.3
 spiridion Cyprius Episcopus, & eius de credito filiae Virgini deposito miraculum. 313.1
 spiritus sanctus eiusdem substantiae, et deitatis, cuius Pater & Filius & unum credendus, 170.16. & 315.33
 spiritus sanctus ad haereticos non peruenit. 200.20
 Stella magis apprens, nouum aduentasse hominem reuelabat, 98.46
 stella magis apprens, quam lucida, & cum columna Iudaeis ostensa comparata, 97.23
 stella magis ostensa de caelo, fuit Christi propria, & quam mirabilis, 101.32. & 110.2.13
 stella in Christi natiuitate apprens, non arte magica a magis recognita, 100.16
 stella praefulgens, gladio similis, ante subuersionem Hierosolymae in caelo uisa, 287.42
 stephanus Papa de haereticis non rebaptizandis similem Cornelii fert sententiam, 305.29
 stephanus martyr adhuc in terris positus, Christum non super terram, sed ad Dei dexteram stantem recognouit, 125.11. & 142.42
 stephanus dum lapidaretur, plus dolebat Iudaeorum impietatem, quam mortem propriam, 143.12
 stephanus Apostolos beata morte praecessit, 142.48
 stephani Protomartyris caritas admirabilis, egregia commendatio, & breuis historia, 143.7. & 242.48. & 273.6
 stoicorum de prouidentia Dei sententia 2.24
 stratum spiritaliter quid, 85.42
 Substantia una & indiscrcta in Patre & Filio, 169.29
 suspicium Seneri historia, 213.1
 superbia Deo exosa. 101.42
 superbia non perducit ad regnum caelorum, sed humilitas, 164.26
 superbiae crimen intolerabile, 26.27
 superstitiones demonum & sacrilegia omnino fugienda, 112.2
 superstitionibus ira diuinitatis irritatur, 61.16
 supplicari iubet Apostolus etiam pro rebus praesentibus, 6.11
 supplicatione & cilicio ante pugnam exorandus Deus, 68.40
 susanna, 217.12.43. & 237.34
 Symbolum Niceni Concilii contra Arium, 312.30
 symboli fidei efficacia, 170.44
 sympronianus Nouatianus, 162.1
 synodus Ariminensis, Constantinopolitana, Nicena, 315.3. & 318.48. & 252.38
 Tacianus haereticus Encratitarum autor. 294.39
 talentum Christi est praecipuum quoddam, 180.32
 taurini Martyres effecti Octavianus, Aduenticus, & Solutor, 165.39
 Telephorus Papa Martyrio coronatus, 292.49
 templum Hierosolymitarum ultra omnia mortalia illustre, 250.42
 tertullianus confessus est, posse ab Ecclesia peccata dimitti, 210.19
 testamenti ueteris ac noui unum esse consensum, 90.29
 Thamar Ammonis fratris furore corrupta, 16.41
 theodosius pius ac religiosus Imperator, 318.30. & 319.16.46
 theodosii Imperatorii gloriosa mors, 320.2
 thomas Apostolus penitere non erubuit, 204.8
 thomae Apostoli breuis historia, 271.39
 thomae Apostoli reliquiis decorata Edissa Vrbs, 317.14.
 Tiberius erga Christianos clemens, 282.26
 timotheus Apostoli discipulus 5.1
 titi Cretenfium Episcopi breuis historia. 272.48
 titi Imperatoris Laudes, 288.10
 Traiani in Christianos persecutio, 290.29
 treuir ciuitas quarto periit incendio, 61.17-
 treuirensis ciuitatis quanta olim morum deprauatio, 59.11
 trinitas sancta tres ualde mirabiles nascendi species operata est. 92.14
 trinitatis arcanum sub uno Dei nomine confitemur 93.4
 trinitatis mysterium in adoratione trium Magorum mystice designatur. 100.39. in Christi baptismo reuelatum. 104.34
 Tychicus, cuius meminit Apostolus, Chalcedonae primus Episcopus. 276.10
 tyranni Sacerdotis Saturni fraus ad faminas illudendas, V 319.35
 Valens Arianorum Imperator, & quae ad eum spectant, 253.13.43. & 316.34. & 317.3
 ualentinianus a Iuliano pro fide nostra expulsus, 316.31 laqueo uitam finiuit, 319.43
 Veneris simulacrum in loco sepulcri Dominici ab impiis collocatum, 317.47
 uespasianus Hierosolymam a Nerone missus, 250.16
 Vinum spiritale Christus, 162.49
 uirgines Christi quid discere debeant, 144.41
 Vnctio diuini chrismatis, 19.32
 unguere caput quid re uera 107.39
 unguento regio olim uocata in regnum electissimi uiri, 19.34
 Vota pro incolumitatibus ac prosperitatibus facienda, 6.16
 uotis opem caelestis auxilii praecandam, 62.1
 Vrbanus, Macedoniae factus Episcopus, 274.2
 ursarius, & Valens, principes Arianorum, 253.13
 ursinus schismaticus, 318.3
 Utraque uerba quae dolose ab Arianis impugnantur, 256.8
 Vuandali, 43.19. & 58.34
 Xystus Romanus Pontifex, 156.20. & 292.16
 xysti Romanae Vrbs Antistiti ad beatum Laurantium exhortatio, 156.23
 Zacharias Io. Baptistae pater, sacerdos, Propheta, & uir iustissimus, 147.28. & 149.9
 zachariae Prophetae breuis historia, 264.20. & 270.32
 Zenas legisperitus, Diospoli Episcopus, 276.20
 zepherynus Victori Papae successit, 298.33. & 301.10

F I N I S.

